[illegible]

Convenit lex tituli et fallacie fecundinibus
in x pontificale ex parte orونis nunc dicit
auctor fallaciis in parte ex parte dictionis et
videtur istud per ingenium compositionis communis quoniam q
conveniat ad communem hunc falsam sed forte dicendum quod sequitur
i ea non appareat et movet dubitationem et primum actum
ubi ex parte omnis autem prima per videtur inter q in
indistinguitur actus principia speculationis grammatice
sed dicit primam in qua respectu et diffinit que ut addit
in consideratione sophistica i. accentus autem ut principium
iste remanent indistincte sed principaliter videtur inter p
in modus principium notam ad fecundus huius fallacie sed
numerat modos eius et determinat de primo ubi actus
aut alio sunt modi et prosequitur de sed modo ubi sit
modus prima istius magis una sed dicit in. pro in tenuit
modos accentus et declarabit primum modum sed parlo
arguat sed hunc modum et distinguit dicit ubi hic omnes

[illegible]

... in sequenti plenius dicetur.


Opposito modo accidunt. Habita hac parte in qua determinavit auctor de fallaciis contingentibus in accidentale sequitur illa pars in qua determinat de fallaciis contingentibus in [illegible] in duas, quia in prima determinat [illegible] ex quibus dependent cognitio istarum fallaciarum. Secundo ibi prosequitur [illegible] ibi huius huius. Prima in [illegible] dividitur in duas. In prima determinat de hoc quod confert ad cognitionem sequentium. Secundo monstrat quomodo [illegible] illa determinatione [illegible] prima in [illegible] enumerat fallacias contingentes multiplex potentiale. Secundo diffinite ostendit quid sit multiplex potentiale et [illegible] ad illius diffinitionis evidentiam ponit exemplum in dictione ibi ubi [illegible] quarto ponit ad exemplum in orationis [illegible]. Ostendit quid sit multiplex actuale [illegible] in quibus sit [illegible] actuale ibi [illegible] principalis dividitur in duas. Primo monstrat dubitationem [illegible] et solvit. Secundo monstrat quomodo ex illa solutione solvit [illegible]

II

Scda ps moram dni petri de wolfin licen in decr Archid Crac empta
cu pma pte 1414.

~~Iste liber est Canonicorum Regularium Monasterii Corporis Christi in Kazimiria~~

651



a Quid mirum si eterna dei sapientia inspici non valet. cum ipsa quoque invisibilia que per eam condita sunt humanis oculis comprehendi non possunt. In rebus igitur creatis discimus creatorem omnium quanta similitudine veneremur ut in hac vita utcumque sibi decompotet. dei specie humana mens non audeat nisi solum electis suis premium in subsequenti remuneratione fiat. Unde bene postquam dictum est. abscondita est ab oculis omnium viventium. illico subinfertur. Volucres celi quoque

b latet. In scriptura quoque sacra volucres celi aliquando in bono aliquando in malo dantur intelligi. Per volucres quippe nomine nunc potestates aeree designantur bonorum studiis adverse. Unde voce veritatis dicitur. Cum semen quod secus viam seminatum est venit volucres et comederunt illud. Quia nimirum maligni spiritus humanas mentes obsidentes. dum cogitationes noxias ingerunt. ubi

Mt 13 vite memoria [?] evellunt. Hinc rursum
Mt 8 cuidam diviti sapienti superba dicitur: Vulpes foveas habent et volucres

c celi nidos. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Vulpes valde fraudulenta sunt animalia que in fossis vel in specubus absconduntur. cum autem apparuerint nusquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currunt. Volucres vero ut novimus alto volatu in aera se sublevant. Ergo nomine vulpium dolosa atque fraudulenta. nomine autem volucrum hec eadem superba demonia signantur. ac si dicat. fraudulenta ac elata demonia in corde vestro id est in cogitatione superbie invenerunt habitationem suam. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet id est humilitas mea requiem in superba mente vestra non invenit. qui in quodam volatu volucris illic pro se extulit qui prelatum cogitationem dixit

Ysa IX In celum conscendam super alta celi exaltabo solium meum. sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium et ero similis altissimo. Ecce quam alta superbe volando periit. qui et volatu primis hominibus suasit. Ipsi quippe volando quasi superbe alio supra sc

ire conati sunt cum eis demon est ut gustarent et essent sicut dii. Cum enim profectus divinitatis appetunt in morlitatis Gen 3

munera perdiderunt. Quem in terra monendo non esset si super terram humiliter stare voluisset. At contra in bono volucres d

poni solent. sicut in evangelio dominus de grano sinapis cum profectus regni celestis Mt 13

denunciaret dicens. Cui simile est regnum dei. et cui simile estimabo illud. Simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in ortum suum. et crevit et factum est in arborem magnam. et volucres celi requieverunt in ramis eius. Ipse quippe est granum sinapis qui in orti sepultura plantatus arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum moreretur. arbor cum surgeret. Granum per humilitatem carnis. arbor per potentiam maiestatis. Granum quia vidimus eum et non erat aspectus ei. arbor autem quia speciosus forma pre filiis hominum. Huius arboris rami sunt sancti predicatores. et videamus quam late tendantur. quid enim de eis dicitur? In omnem terram exivit sonus eorum. et in fines orbis terre verba eorum. In istis ramis volucres requiescunt. quia sancte anime quibusdam virtutum pennis a terrena cogitatione se sublevant. eorum dictis atque consolationibus ab huius fatigatione vite respirant. Hoc igitur loco postquam de sapientia dictum est. Abscondita est ab oculis omnium viventium. recte subiungitur. Volucres celi quoque latet. quia in hac corruptibili carne constituti nec eius potentiam ipsi quidem videndo non penetrant. quam per minutum sancte contemplationis volatum ubicumque subiungitur. Perdicio et mors di- e

xerunt. auribus nostris audivimus famam eius. Quid perditionis et mortis nomine nisi malignus spiritus designatur. qui inventores mortis et perditionis extiterunt. Sic de ipso eorum principe sub ministri eius specie dicitur per Iohannem. Et nomen Apoc 6

illi mors. cui subiecti omnes superbi

spiritus / debebat sapientia que deus est dicentibus
auribus nostris audivimus famam eius. Quia
nimirum visionis eius plena beatitudine
frui nequiverunt / Videre quippe perfecte eter-
.q. nam dei sapientiam hoc est quod habere
ff Unde ad Iohannem de munere vincentis dicitur
Apoc 2 Dabo illi calculum candidum et in cal-
culo nomen novum scriptum quod nemo
scit nisi qui accipit / Debebat etenim
vita scire aliquid vel videre possumus
8 etiam quod non accipimus / habere nomen
novum in calculo scriptum .i. in eterno
premio noticia dei humanis mentibus
invisitata / quam scire non potest ni-
si qui habet accepit habere / Quia itaque ut
diximus videre deum hoc est quod habere
Ideo maligni spiritus hanc sapientiam videre
non possunt / quia repulsi sunt per superbia
nequaquam eam habere poterunt / ad lucem
quippe eius clauserunt oculos cordis
suffusis eius radiis repugnantes / Sed
intelligi etiam de malignis spiritibus
potest quod scriptum est / Ipsi fuerunt
Iob 28 rebelles lumini / Famam ergo sapientie
malignis spiritibus audisse est / sed eandem
sapientiam non vidisse / et eius potentiam ex
virtute illius [illegible] cognovisse et tamen
sub ea stare humiliter noluisse / Unde veritatis
voce de ipso malignorum spirituum capite
Io 8 dicitur / Iste homicida erat ab initio et
G in veritate non stetit / Sequitur / Deus in-
telligit viam et ipse novit locum
illius / Habet etiam dei sapientia aliter
et viam aliter locum / Locum vero si quis
intelligit non localem / nam teneri
non potest corporaliter deus / sed ut deum est
locus intelligitur non localis / locus
sapientie est pater / locus patris sapientia / Sicut
ipsa sapientia attestante dicitur / Ego in patre
et pater in me est / Aliter ergo sapientia
Locum habet viam aliter atque via per huma-
nitatis transitum / locum vero per statum
divinitatis / Inde enim non transit / Via
etiam est sed inde transit / Unde per
nos apparuit temporalis / Sicut namque
in evangelio scriptum est / Quia egredi-
ens ab iericho dominus transibat duo
Mt 20 ceci sedentes iuxta viam cla-
maverunt / Domine miserere mei fili
david / ad quorum vocem statim illuc

scriptum est / Stetit dominus et lumen
eis reddidit / Quid est autem
transeundo audire / stando lumen
restituere / nisi quod per humanitatem nostri
[illegible] misertus est / Qui per divinitatem
sue potentie a nobis mentis nostre
tenebras exclusit / Quia enim propter
nos natus passus qui resurre-
xit ascendit in celum quasi illius
transitus / quia hec nimirum actio
temporalis est / Sed stans eos tetigit
et illuminat / Quia non sit illa
dispensatio temporalis una ubi eternitas
transit / que in se manens innovat
omnia / Stare enim dei est
incommutabili cogitatione mutabilia
cuncta disponere / Qui ergo vocem
petentium audivit / transiens lumen
reddidit / Quia et si per nos
temporalia pertulit inde tamen nobis
lucem tribuit / unde habere immu-
tabilitatis transitum nescit /
Quia igitur qui per carnem apparet
hominibus incertum fuit / recte nunc
dicitur / Deus intelligit viam eius
et ipse novit viam illius
Ac si dicat / humane cogitationi
occulta sunt / qui per carnem ad
homines sapientia veniat / vel quo
apud patrem invisibilis et in-
corporalis apparuit [illegible] subsistit
Quamvis et aliter intelligi potest
via eius non invenienter accipi-
mus / hoc ipsum quod venit ad cor-
rigendos nos in tuitus infundit
locus eius vero fit cor ad quod
veniens permanet / De hac quippe
via dicitur / Vox clamantis in deserto Is 40
parate viam domini rectas facite semi-
tas eius / .i. in corde vestro venien-
ti sapientie aditum reserate / Sic alias
dicitur / Iter facite ei qui ascendit
super occasum / Super occasum fuit
ascendere ipsam mortem quam per-
tulerat resurgendo superare / Iter
ergo ei qui ascendit super occa-
sum est facere .i. resurgenti domino
in vestris cordibus per fidem viam parare
vel prebere / Huic Iohanni pressum dicitur Luc 1

Praebis autem faciem domini parare vias eius. Quisquis enim per desideriorum ardoribus vitiorum corda audientium mundat venienti sapientiae viam parat. Habet via ista sapientia habet et locum. Viam qua venit locum quo manet sicut ipsa ait Si quis diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Via est igitur qua venit locus quo manet. Sed quo venit qui ubique est. An venire est sapientiae per illuminationem menti nostrae indicare praesentiam maiestatis suae. et quia hominibus tantum est ut in cuius corde veniat ut in quo pertransiens veniat requiescat recte nunc dicitur Deus intelligit viam eius et ipse novit locum illius quia solius divinae visionis est cernere ut quibus modis intellectus sapientiae ad cor hominis veniat ut cuius mentis intellectum vitae quem percepit mortiferis cogitationibus non committit. Et quia haec eadem sapientia per summa nitatis gratiam manifestata cunctis mundi partibus electorum corda faciat repletum recte subiungit. Ipse enim fines mundi intuetur et omnia quae sub caelo sunt respicit. Respicere dei quippe est ea quae amissa et perdita fuerant ad suam gratiam reformare. Unde scriptum est Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum in intuitu suo. Respiciendo namque lenitatis nostrae mala contervit et magna nostra maturitate dedit. Unde adhuc subditur Qui fecit ventis pondus. Velocitate enim ac subtilitate ventorum in sacra scriptura solet animae designari sicut per Ezechielem dicitur Qui ambulat super pennas ventorum .i. qui transgreditur virtutes animarum. Fecit ergo ventis pondus quia dum superna sapientia replet eas maturitate modica graves reddit non illa gravitate qua dicitur Filii hominum usquequo gravi corde.

Aliud namque est gravem esse per consilium aliud namque per pravitatem aliud gravem esse per constantiam aliud per culpam. Ista enim gravitatis pondus est oneris illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animae ut ab intentione non iam levi motu dissiliant sed in certa fixa constantiae gravitate consistant. Absque hac ille proculdubio leviter movebatur de quo per prophetam dicitur Abiit vagus in via cordis sui. Vias eius vidi et dimisi eum. Gravitas autem consilium cordis omnem inconstantiae vagationem expellit. Et quia sunt animae quae levi motu nunc ista nunc illa desiderant omnipotens deus quia ipsas leves fluctuationes mentium non leviter pensat vagationem cordis relinquendo dimittit. Sed cum per gratiam respicit vagam mentem in consilii stabilitate figit. Recte nunc ergo dicitur Qui fecit ventis pondus quia cum leves motus animi misericorditer dignatur aspicere hunc protinus ad constantiae maturitatem format. Ut autem ventis est pondus fiat concessa hinc elatio de virtutibus gloria permixta in firmitate temperare. Unde et subditur Et aquas appendit in mensura. Aquae in scriptura sacra aliquando =/\ ~~[illegible]~~ sequentium designare solet. Per aquam quippe sanctus spiritus in sacro designatur. Sicut in evangelio legitur Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Ubi evangelista secutus adiungit Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Rursum per aquam sancta scientia designatur sicut dicitur Aqua sapientiae salutaris potabit eum. Per aquam quoque prava scientia appellari solet sicut apud Salomonem mulier quae typum haereseos tenet et callidis persuasionibus blanditur dicens Aquae furtivae dulciores sunt. Aquarum vero nomine nonnumquam solent tribulationes intelligi sicut psalmista dicit + Aquae vero sunt populi. Per aquam vero non solum fluxus decurrentium populorum sed etiam bonorum mentes fidei praedicamenta (al' doctrinam) sequentium designantur. Unde propheta ait Beati estis qui seminatis super aquas. Et psalmista dicit Vox domini super aquas. Hoc ergo in loco quid in aquarum nomine nisi electorum

=/\ spiritum sanctum aliquando scientiam sacram aliquando scientiam pravam aliquando tribulationem aliquando defluentes populos aliquando mentes bonorum fidei praedicamenta

+ Salvum me fac deus quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. Per aquam populi designantur sicut per Iohannem dicitur aquae +

Io 14 · ps 80 · ys XL · Aqua · ps 32 · Apoc 17

Temptacio virtutes humiliat

Helyas

4 Reg 1

3 Reg 19

Paulus

2 Cor 12

corda designat, que per intellectum superne auditum iam superne vocis acceperunt. De quibus recte dicitur: Et aquas appendit in mensura, quia scilicet ipsi qui sublevante spiritu ad summa rapiuntur, quantum tracti vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam temptationibus reprimuntur, ut nequaquam tantum proficere valeant quantum volunt, scilicet ne extollantur in superbiam, fit in eis quedam ipsarum mensura virtutum. Hinc enim est quod Helyas cum tot virtutibus in alta proficiens, quadam mensura suppressus est. Dum Iezabel per nuncium minaretur, regina tunc mulierculam fugit. Pensando quippe hunc mire virtutis virum ignem de celo trahere. Et secundo quinquagenarios viros cum suis omnibus peticione sub una concremare, verbo celos aperire, suscitatem quoque mortuos, futura quoque providentem. Et ecce rursus occidit quo pavore ad unam mulierculam fugit. Considero virum timore perculsum de manu Dei mortem petere, nec accipere, de manu mulieris mortem fugiendo vitare. Querebat enim mortem cum fugeret dicens: Sufficit michi, tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei. Unde ergo sic potens ut tot virtutes illas faciat? Unde sic infirmus ut istam feminam pertimesceret? Nisi quia aqua appenditur in mensura, ut ipsi sancti homines et multum valeant per donum Dei, et rursum quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam. In illis virtutibus Helias quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus quid de se esse poterat agnoscebat. Illa potentia virtutis fuit, ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostenditur quid acceperat, in illis infirmitatibus quod acceperat custodiebat. In miraculis mirabatur Helyas, in infirmitatibus probabatur. Sic Paulum video fluminum et latronum, civitatis et solitudinis, maris ac terre pericula sustinentem, ad ecclesiarum custodiam vigilantem ac pastoralitatis exercente. ~~Frigoris nuditatis erumpnam sustinentem, corpus ieiuniis ac vigiliis frenantem~~ [margin: corpus ieiuniis ac vigiliis frenantem, sustinentem frigoris et nuditatis erumpnam]. Ad tercium celum raptum, rursumque in paradisum raptum et audisse archana verba que non licet homini loqui. Et tamen angelo sathane ad

temptandum conceditur. Orat ut exui debeat et tamen non auditur. Cuius cum ipsa initia conversionis omnis aspicio, pensando quod ei superna pietas celos aperiat, seseque illi Ihesus de sublimibus ostendat, qui lumine corporis ad tempus perdidit, lumine cordis in perpetuum accepit, ad Ananiam mittitur, vas electionis vocatur, et tamen de civitate eadem quam post visionem Ihesu ingressus fuerat fugiens recedit. Sicut ipse testatur dicens: Damasci prepositus gentis Arethe regis custodiebat civitatem Damascenorum ut me comprehenderet, et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, sic et evasi manus eius. Cum legerem dicam: O Paule, in celo iam Dominum conspicis et in terra adhuc hominem fugis; in paradysum duceris, secreta Dei verba cognoscis, et adhuc ab angelo sathane temptaris. Unde sic fortis ut ad celestia rapiaris? Unde sic infirmus ut in terra hominem fugias et adhuc ab angelo sathane adversa toleras? Nisi quia ipse Deus qui te sublevat rursum te subtilissima mensura moderatur, et in miraculis tuis predicas virtutem Dei. Et rursum in timore tuo remissa nos facis infirmitatis tue. Que tamen infirmitas nec in desperationem nos pertrahit dum pulsat. Dum enim pro infirmitate tua Dominum rogares quia auditus non es, nobis quoque locutus es quod audisti: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Aperta voce Dei ostenditur quia custos est virtutis infirmitas. Tunc quippe bonum intimus custodimus, cum per dispensationem Dei tollerabiliter temptamur exterius. Alii quippe vitiis, alii pressuris. Nam eos quoque quos viros virtutum novimus fuisse temptatos, alii atque etiam a primis non defuisse vitiorum. Hinc est enim quod ad consolationem iterum egregius predicator de se quedam talia prodere dignatus est dicens: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis

Act 9

2 Cor 11

Rom 7

Iustus custodit cum optime temptationes scilicet vicijs pressuris

Ad yma quippe trahit caro ne ex
tollat spiritus. et ad summa spiritus ne
prosternat caro. Spiritus levat ne iaceamus
in infimis. caro aggravat ne extol
lamur ex summis. Si nos sublevan
te spiritu nos caro temptatur, protinus
nos in fetore temptacionis sue in yma
deicit. Rursum vero si nos temptante
carne ad summa nos spiritus levat,
in superbie casum ipsa nos peius sub
levatione prosternet. Sed fit miro modera
mine ut dum utrisque ex stor iam
gaudet intus ad summa rapitur,
sed ad hunc temptatus exterius. nec de
temptacionis lapsum nec elacionis incurrit
Quam nec temptacio exterior culpa
perficit quia interior sursum
trahit. Nec virtus interior elacior
in superbia elevat. Quam temptacio
exterior humiliat dum confundit. Sicque
magno ordine cognoscimus in interiori
profectu quod accepimus et exteriori defectu
quod sumus. Et miro modo agitur
ut nec de virtute quisque extolli
debeat nec de temptacione desperare.
Anima dum spiritus trahit et caro
retrahit subtilissimo iudicii mo
deramine infra summa et supra yma
in quodam medio anima librat. Bene
ergo dicitur Et aquas appendit in mensura
Sequitur Quando ponebat pluviis le
gem et viam procellis sonantibus
tunc vidit illam et enarravit
et preparavit et investigavit. Solet per
pluvias predicatorum dicta signari
unde per Moysen dicitur Expectetur sicut
Deut° 32 pluvia eloquium meum. Quorum vide
licet verba cum blande persuadent
pluvie sunt. Cum vero terribilia
de venturo iudicio intonant sonan
tes fiunt procelle. Et notandum quod pluviis
lex ponitur et via procellis sonantibus
aperitur. Lex quippe est ipsis predicato
ribus posita ut vivendo impleant quod
loquendo suadere festinant. Unde cuidam
vitam predicatori qui vocem opere non ad
implet hic typice [?] peccatori autem
dixit deus. quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum meum
per os tuum. Tu vero odisti disciplinam
meam et proiecisti sermones meos
retrorsum

Predicator impleat opere
quod docet sermone :-

Sermones vero dei post se proiciat predica
tor cum hoc quod dicit facere contempnit. Cum
ergo dabus [?] eius aliter obediat dum ipse
respuat opere, dum predicabat voce et
dissimulat audire quod narrat. De ista
predicatoris lege scriptum est Qui cap° 7
solverit unum de mandatis istis minimis
et docuerit sic homines minimus vocabitur
in regno celorum. Qui autem fecerit et
docuerit magnus vocabitur in regno celorum.
Regnum celorum videlicet ecclesiam presentem cap° 13
appellat. De qua scriptum est Et colli
gent de regno eius omnia scandala.
Qui ex eo colligi debeant non sentiunt.
Qui ergo solvit opere et sic docet
voce in isto regno celorum erit minimus
in illo nec minimus. Viam autem procellis
sonantibus posuit cum predicatoribus
suis ad corda hominum terrore venturi
iudicii per causam aditum fecit. Pluviis
itaque lex ponitur ut prius modum vivendi pro
dat, quia illa vox cor audientis
penetrat que hoc quod sonuerit opere
comprobat. Tunc autem cum legem
pluviis et viam procellis sonantibus
ponet. Hanc sapientiam deus vidit
enarravit preparavit et investigavit
Visitata sacri eloquii locucione videre
dei dicitur videre nos facere, sicut iusto
viro dominus dicit Nunc cognovi quod Ge 22
timeas deum. Et ista re premonet
Temptat nos dominus deus vester ut sciat
si diligitis eum, id est ut scire nos fa
ciat. Tunc ergo cum legem pluviis
ponet. hoc est mandatum custodie
predicatoribus daret, hanc in cunctis sapientiam
videri et enarrari a predicatoribus preparari
et in vestigiis ab auditoribus
fecit. sibi quippe illam preparat quisquis
illam bene vivendo in die iudicii pre
cia parat. Et notandum quod de ea consequenter dicitur
Et autem utrumque. Vidit namque quia scripta est // Vidit
Enarravit quia verbum est. Preparavit quia remanet
et investigat quia occultum. Sed hoc
quod eciam dei scriptura species patris et
verbum dicitur quod ab humana mente pene
tratur. Quod namque intelligit verbum
sine tempore, ut speciem sine circumscriptione
dicimus. Ergo de illa aliquid quod de illa homo // ecat
cognoscet ipse. Unde apte subditur. Et
dixit homini Ecce timor domini ipse

est sapia. et recede amalo intellige.
Ac si apte dicat. Ad temetipsum hac
reuerte. cordis tui secreta pscrutare
Si deum te amare deprehendis p
fecto constat quia hac sapia plenus
es. Qua si adhuc cognoscere non
potes quid sit in se. iam cognoscis
in te quid sit in te. Que eni apud
se abangelis metitur. apud te timor
dni vocat. quia hanc hre te certu e
si timere te dnm in certu non est
Hinc etem psalmista dicit. Inicium sapie
timor dni. Quia tunc penetrare
cor inchoat cum hoc ex timi iudicii
pauor pcutiat. ad puritate. igitur
intraz diuinus sermo se attehit sicut
pr cu filio loqr ut abeo possit
intelligi sponte balbucit. Quia
eni nam sapie penetrare no pos
simus quid sit in se ex eo descensione
dei audimus quid sit in nob cu dicitur
Ecce timor domini ipe est sapia.
Sz quia uacare iam dni timoris
intelligit qui se a cunctis prauis
opibus custodit. Recte subditur
Et recede amalo intelligencia. Ecce
igitur quod semitur quod pphie spu plena
sunt. ipa sacre hystorie uba testant
cum dicitur Cap xxix

Addidit quoque iob assumens
parabolam suam. Quia enim
parabola similitudo nominat apte con
stat quia pexteriorum uborum form
misticis loqr qui ad loqndum parabolaz
assumpsisse memorat. Cu eni sua
narrat quoque sce eccie uentura sunt
denunciat. et phoc quod ipe patitur
indicat quod illa paciat. Illo ming uo
iam sue hystorie uba puniscet
ut nichil allegoricu in sonet nisi
ming dolores suos sit loqr. ac
si ex uoce dolentis eccie dicat. In
hac uo ultima pte sui sermonis
ultimum tempus eccie designat. quando
aduersarios suos i carnales quosque
uel hereticos uel gentiles qos nunc
studet auctoritate sapie coprimere
effrenata iactancia elatos cogitur
irrisa tollarare. Vn in hoc quoque sermone
dicit. Nunc aut deridet me iuniores
tempe quorum dedignabar pres po
nere cum canibus gregis mei.
Etipa ordinis racio exposcit
ut puba bti Job ultima extrema
designet dies. qui psecucione
tercente apcius heticorum uoces tol
lerare copellitur. comotus cordis
sui quos nunc in tm cogitacoibus
suis contegunt. nunc i uoce mani
festi erroris apiunt. Nunc eni sic
p Johm dicitur Draco i abyssum
clausus tenetur quia diabolus malicia
i eorum sub dolis cordibus occultatur
Sz sicut illic dein e. Educitur
draco de puteo abyssi. quia
qui nunc ptimore tegitur tunc
etiam publice de in iquorum cor
dibus omne spectum uiri apitur
Nunc eni abscondit se sub bla
diente lingwa semens coscia
et malicia calliditatis qui quoda
se tegit abysso simulacionis. Nunc
dns sicut psalmiste uoce dicitur
Congregat sicut i utrem aquas
maris. Vter quippe est carnalis
cogitacio Aque ergo maris in
utrem congregate sunt cu amaritudo
puerse mentis no erumpit extime
i uoce pue libertatis. Veniet pfecto
tempus qui cotra hanc puersi atque
carles aptia uoce pdicet quod nunc
occulta cogitacione moliuntur. Veiet
tempe cu katholica ecciam no solum
i istis uocibus. sed etiam crudelibz
plagis pmentur. Ab aduersarus na
que suis duobz modis eccia p
secucionem patitur. scilz. aut ubis
aut gladiis. Sz cu ubis psecucionem
sustinet excercetur eius sapiencia
Cum uo gladiis exercet paciencia.
Sz uborum psecuciones nunc abhe
ticis tota die etiam tollerannus
Cum ipi hetici linguis nobis
subdolis et falsa humilitate blan
diuntur. Psecuciones uo gladiorum
in ipso fine mundi secuture sunt
ut grana celestibus orreis re
condenda tanto uberius apectorum
paleis exuantur. quanto arcius
affliguntur. Tunc elata omnis qui
i illa fuerit tribulacione deprehensa

Et p psalmista ait lucerna pedibus meis
verbum tuum domine Et quia a principali membro caput
est appellatio capitis mentis vocatur. In ps

xix. remiserit horum temporum In quibus nunc
ecclesia fidei pacem tenet et superba
hereticorum colla compressit non potestatum
culmine sed meritorum Remiserint
nunc quoque et ad fidei tempora dominum
qui et in bellis gentium non timuere
ex deus impugnantur. primum Beatus
ergo Job sancte ecclesie typum tenens
quod tunc in illis angustiis inveniatur
et tunc more ut dixi quam remiserit
sua transacta narrat et alius ve
tura denunciat dicens. Quis
mihi tribuat ut sim iuxta dies
pristinos. Multa enim talia sancta ecclesia
doloribus pressa dictum est. Tantis
quippe illam est futuris tribulationibus
angustiandam. ut haec tempora cum magno
suspirio desideret quam nos cum magno
dolore tolleramus. Dicat ergo
dicat pro voce Job. Quis mihi
tribuat ut sim iuxta menses
pristinos. quia autem statutis dierum
numeris menses volvuntur. Quid nomine men
sium signatur nisi collectiones animarum
Dies quippe dum colligit in
mensibus supputatur. Quia tunc
sancta ecclesia tempus dum virtute
luce resplendentes sanctas animas
colligit in terminis abscondit. Aliter
etiam mensis in perfectione ponitur
sicut propheta ait. Et erit mensis
ex mense perfecto videlicet eis erit in
requie quibus nunc perfecto fuit
in operatione. Remiserit ergo perfectionis
pristine reducat ad memoriam quam
predicationis sue collectis animabus
reputabat lucrum et angustiata
tribulationibus dicat. Quis mihi hoc
tribuat ut sim iuxta menses
pristinos. In quibus perfecto mensibus
qualis fuit mundo subiungit

x. Secundum dies quibus deus custo
diebat me. quando splendebat lucerna
eius super caput meum. et ad lumen
eius ambulabam in tenebris. Tunc
quippe videt ex se cogente persecu
tione in finorum multos cadere quos
nunc ut mira pacis sinu
parvulos fovet in tranquillis fidei

continet qui admixti fortibus
ipsa fidei tranquillitate nutriuntur. Tunc
vero tales multi casuri sunt. et per
visceram caritatis quid quis parvulorum
dampno sustinet se perire animus
perfectorum dolet. In firmorum etenim dampna
ad corda fortium per compassionem transeunt
Unde paulus dicit. Quis infirmatur et ego
non infirmor. Quis scandalizatur
et ego non uror. Tanto enim quisque
perfectior. quanto perfecte sentit dolo
res alienos. Unde sancta ecclesia infirmis
tunc cadentibus angustiata cum horum
remiserit temporum nunc dictura est
Secundum dies quibus deus custodie
bat me. quia sicut tunc in illis estimat
eadem qui se nunc in istis estimat
custodiri. Ubi autem dicit. Quando splen
debat lucerna super caput meum et ad
lumen eius ambulabam in tenebris
Lucerne enim nomine signatur lumen sacre
scripture. de qua ipse ecclesie pastor dicit
habemus firmiorem propheticum sermonem
cui bene facitis attendentes quasi lucerne
lucenti in caliginoso loco. donec dies
lucescat et lucifer oriatur in cordibus nostris
Unde psalmista dicit. Inpinguasti in
oleo caput meum. Ac si aperte dicat
Caritatis pinguedine replesti animam
meam. Nunc autem lucerna super caput
ecclesie splendet. quia sacre eloquia
tenebris nostre mentis irradiat. ut
in hoc caliginoso loco vite presentis dum
nondum dei lucem percipimus quid sint
agenda videamus. Nunc ad lumen
in tenebris ambulat quia sancta universalis
ecclesia. et si aliene occulta cogitationis
non penetrat. quia quasi facilem non
cognoscit in nocte ponit tamen gressus
boni operis directa lumine superne locu
tionis. Sequitur. Sicut fuit in diebus
adolescentie mee. quando secreto erat deus
in tabernaculo meo. Quid hoc loco taber
naculum nisi habitationem mentis accipimus
quia foris quod cogitando agimus
in consilio cordis intus habitamus. Quisquis
autem mandata dei tantum cogitat
secreto illi deus habitaculum est habitaculum
enim cordis sui ante dei oculos videat
qui dicebat. Et meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper. Exteriora namque

Cap 6 Sicut unumquemque hominis sic sancte ecclesie etas describitur. Parvula tunc quippe erat cum a nativitate recens non
nisi mitte predicare non poterat. huic de illa dicitur. Soror nostra parvula est et ubera non habet.
Quia nimirum sancta ecclesia prius quam perficiat per incuncta virtutis incrementa auditoribus
Dicitur no potuit nisi predicatione. Adulta non etiam quando iam verbo copulata sancto repleta spiritu
viii per predicationis ministerium in filiorum generatione fecundatur. quos exhortando pervenit
x pariter de hac ergo etate dicitur. Adolescentule dilexerunt te. Animas quippe ecclesie quod una katho
lica fecerunt adolescentule vocantur non in vetustate per culpam sed novelle per gratiam non
senio sed fecunditate Tunc ergo a in diebus illis
Cap 1 ecclesia quando senio debilitata per predicationem filios parere non valet venerit fecunditatis
antique. Sicut fuit in diebus adolescentie mee quibus post eos dies
quibus dispensantur ... ... finem tamen ... predicationis ...

opera patet oculis hominum. longe vero incomparabiliter interiora ac subtilissima cogitationis nostre patent oculis dei. Omnia enim sicut scriptum est nuda et aperta sunt oculis eius. Et sepe in exteriori parte ante oculos hominum inordinate apparere metuimus. et in interiori cogitatione illius respectu non timemus qui videntes omnia non videmus. Multo enim magis intuentis illius [illegible] quam exterioribus hominibus conspicabiles sumus. Unde sancti ob foris se intusque conspiciunt et [illegible] reprehensio se extimus ut nequaquam se viderit invisibiliter timent. Hinc est enim quod animalia que per prophetam videntur in circuitu oculos habet. et intus plena oculis esse memorantur. Quisquis enim exteriora sua honeste disponit sed interiora negligit. In circuitu oculos habet sed intus non habet. Sancti vero omnes qui exteriora sua conspiciunt ut bonis despicientibus exemplum prebeant et interiora sua vigilanter attendunt. quia sese interne probabiles internis iudicibus obtutibus prebeant. et in circuitu et intus oculos habere perhibentur magisque [illegible] se deo placeant in sua interna componunt. Unde recte etiam per psalmistam dicitur: Omnis gloria eius filie regis ab intus. Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit. iure de ea dicitur: In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. ut pulchra sibi intus sit et aliis foris et se prebens primitiva gloriam et alios erudiens per exteriorum operum exempla. Beatus igitur Iob dicat ex se. dicat ex persona universalis ecclesie. Quando in secreto erat deus in thabernaculo meo. Ut enim demonstraret etiam quanta intus perficeret. secreto deum in suo thabernaculo dicit. Ut et ostendat virtutibus opera quanta extrinsecus custodiunt adiungit. Quando erat omnipotens mecum. et in circuitu meo pueri mei. Omnes autem qui divina precepta metuunt dei thabernaculum sunt. Unde sicut iam diximus per semetipsam veritas dicit de eo. Qui illius mandata custodit ego et pater veniemus et mansionem apud eum faciemus. Quos contra prius quoque deum in tua non appetitur in suis se cogitationibus

foras fundunt. Unde eis per prophetam dicitur: Redite prevaricatores ad cor. Et rursum: Ve qui cogitatis inutile. In cordibus suis quippe veniunt homines quos corporaliter videt. et deum sibi presentem non estimat esse quem non videt. Quos contra in laude iusti dicitur. Cum egypti regem contempneret et mandatis dei obediret: Quasi invisibilem tamquam videns sustinuit. Quia absque timoris intuitu meo oculum non deflexit. Sed cum intus etiam in magnis cogitationibus deprehensa cum multos adeo conspicit prava cogitatione discedere. videt perfecto mentis contemplationem discedere deo vacuum remanere. et recte deplorans dicit: Quando in secreto deus erat in thabernaculo meo. Quibus verbis non in muto et simulato religionis plangitur quia non nulli tunc etiam boni esse non appetunt sed videri. Quibus videlicet deus in publico est. non in secreto. Sed sancta ecclesia deum in secreto habere desiderat. Quia illos vere fideles respicit quos ad vitam fidei corde permanere cognoscit. Que mixta exteriorem quoque vigoris sui multitudinem dicit. Quando erat omnipotens mecum. et in circuitu meo pueri mei. Pueri vocantur qui celestibus mandatis inserviunt. Unde per prophetam dominus dicit: Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus. Et rursus in evangelio: Pueri mei numquid pulmentarium habetis. Hinc ergo in circuitu eius pueri sunt. quia in cunctis fere gentibus reperiuntur qui celestia mandata custodiunt spiritualis discipline regulis obsecuntur. Perfecto tunc ad obsequium pueri deerunt quia pueri qui reperti fuerunt spiritualia eius mandata contempnunt. Sequitur. Quando lavabam pedes meos butiro. Quia christum et ecclesiam unam esse personam crebro iam diximus. illum videlicet huius corporis caput. hanc autem illius capitis corpus. Aliter hec verba nunc voce capitis accipi atque alternatim voce corporis debent. Quos ergo pedes ihesu nisi [illegible]

etiam quia quondam somno debilitata predicatione filios parere non valet reminiscitur fecunditatis antique dicens: Sicut fui in diebus adolescentie mee. quamvis post eos dies quibus deprimitur in ista ipsum finem temporis gaudium predicationis virtute roboretur. Nam susceptis ad plenum gentibus omnem israeliticum populum quem tunc invenerit fidei sinum tradit. Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium intraret et sic omnis israel salvus fieret. Sed cum omnia illa tempora erit dies in quibus ab adversariis paululum videtur oppressa tunc quasi horum dierum reminiscens dicit: Sicut fui in diebus adolescentie mee quando in secreto deus erat in thabernaculo meo

predicatores accipimus. De quibus dicit
Et ambulabo in eis. Butiro igitur
lavantur pedes quia predicatores sunt
bonorum operum pinguedine repleti
Ut cum iam super diximus quod vix
ipsa predicatio sine aliquo transigitur
ad minus quia quilibet predicans aut
ad aliquantulam titillationem in dictione extollitur
si contempnitur vel gratulantis gloria
ab auditoribus venatur. Unde apostolis
pedes loti sunt ut a quibusdam pro
contagio in ipsa predicatione contrac
to quasi aquosa itinere contracto
pulvere mundarentur. Et beatus
Iac 3 Jacobus dicit: Nolite plures ma
gistri fieri fratres mei. Et paulo post
In multis enim offendimus omnes.
Pedes ergo lavantur butiro quando
pinguedine boni operis infunditur
atque mundatur. Potest et de gratia
predicatoris intelligi quod butiro pedes
lavantur cum sanctis predicatoribus de
bita ab auditoribus stipendia con
feruntur et quos fatigat in itinere
predicationis labor exhibita a dis
cipulis boni operis pinguedo
fovet. Non quod ideo predicet ut alatur
sed ideo alatur ut predicet, id est predi
care subsistat. Non ut in tenore
sumendi victus transeat actio pre
dicationis sed utilitati predicationis
deserviat iustitia sustentationis. A
bonis ergo predicatoribus non tam
victus predicationi impenditur sed ca
predicationis actui victus. Et quoniam
prioribus predicatoribus necessaria ab audi
entibus conferuntur non solent de re ip
sa munere sed de conferentium gaudere
mercede. Unde Paulus dicit: Non quero
Phi e datum sed quero fructum. Datum quippe
est res ipsa que impenditur. Fruc
tus vero dati est si benigna
mente future mercedis studio
aliquid impenditur. Ergo datum iure
accipimus fructum in cordibus. Et cum
discipulorum suorum mercede apostolus po
tius quam munere pascitur nequaquam
se datum sed fructum se querere fatetur.
Unde subdit protinus dicens: Habeo
omnia et habundo. Butiro ergo

pedes lavantur cum pastores sancti ipsa
iam divinis predicatione fatigati au
ditorum suorum bonis operibus fovent
fessos namque pedes butiro vi
xerat ille qui audiebat: Viscera
sanctorum requieverunt super te frater. Hinc bu
tiro unctus fuerat pes qui in cathena
tenebatur dicens: Det misericordiam dominus
onesiphori domui quia sepe me
refrigeravit et cathenam meam non
erubuit. Si ergo ex voce capitis
hec verba pensamus, recte pedes
ut dictum est predicatores accipimus.
Si autem sentire ista ex voce solius
corporis debemus, nimirum pedes
ecclesie sunt inferiores operum ministri
qui dum ad usus necessarios ea
que sunt exterius exercent, extremum
ministerium velut pedes terre inheret.
Hos debet hic qui presunt et doctrine
studio invigilant solerti cura occu
patorum corda respicere eisque eam
quam ipsi vacando perceperunt crebrius
admonitionis voce infusione pingue
dinis ministrare. Nam quia in uno
corpore invicem pro se membra sollicita
sunt sicut illorum ministeriis interiora extre
ma fulciuntur ita necesse est ut inferiora
studiis illorum interiora repleantur. Cum
igitur doctores sancti quibusdam ~~quoti~~
~~diem~~ extrema mystica dedit unc
tione divine incarnationis predicant
butiro eloquii pedes lavant. Solet
pedes itineris asperitate lacerari. Hinc
et omnino difficile est in terrenis actionibus
huius vite iter agere et ulla ex labore
itineris vulnera sustinere. Cum ergo
vigilanter prepositi auditores suos
curis exterioribus intentos ad cor
revocant ut // que ipsa sancta opera
admiserint mala cognoscant et
que cognoverint defleant, pedes
butiro lavant quia eorum culpe pe
nitentie unguenta subministrant. Re
minisceretur igitur etiam tunc vehementer
afflicta quo pacis sue tempore per
exhortationis sue unguentum membra in
se etiam extrema mundabat et
dicit: Quando lavabam pedes me
os butiro. Quod beato Job mirabiliter [illegible]

#5 .ix. Nusquam quippe fuit princeps qui non videt, quia ab oculis sui cordis abiecit / iudicem invisibilem tanquam videns quia ab exterioris intuitu mentis oculum non deflexit

alias non despexit.

// sustinuit

intueri quam multe curas rerum mul-
tos affectus pignerum multa tot studia
sacrificiorum subiectis suis qualibus
exterius bona secularis vite predica-
bat. ut eos de celestibus imbueret
quam sibi ad eterna opera deservirent.
Quid ad hec nos episcopi dicamus qui
commissis nobis verba vite impende-
re non curamus quem coniugatum virum
prohibere non valuit abutiro pre-
dicationis nec secularis curatus vel
magne occupatio facultatis / sed
summam veritate hystorie ad sancte
ecclesie verba redeamus que per beatum
Iob in persona membri sui loquitur
quanta sit que tempore extremo pateat
cum tutatorum suorum reminiscitur. tunc
eam videlicet sibi pinguedinem
optimam multa laudaret quod propter opus
predicatorum suorum vigilantium plenius
E exequens subdit / Et petra fundebat
michi rivos olei. Quia petre
nomine christus accipitur predicator egregius
1 cor 11 fatetur dicens Petra autem erat christus.
Que videlicet petra ad usum ecclesie
olei rivos fundit. quia in se loquen-
tes diversas predicamenta unctionis in-
time emanant. De hac petra olei
rivus exiit liber Mathei. liber mar-
ci liber Luce. liber Johannis et diversis huius
mundi partibus quot predicamenta
dedit tot per eos hec petra apostolorum
rivos fudit / Totiens adhuc de
petra hac olei rivus funditur quotiens
spiritu sancto ungentis mentibus auditorum
ea que in libris veteribus de expo-
sita sunt explanantur. Et rivi vo-
cantur olei. quia docent et ungunt
in quibus quisque tangitur ungitur / Quas-
que tingunt in cunctis impugnantur
de qua nimirum pinguedine propheta
ait Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea / potest etiam
nomine olei ipsa sancti spiritus unctio olei
Ys. 10 designari. De qua per prophetam dicitur Compu-
trescet iugum a facie olei. Iugum
quippe a facie olei computrescit
quia dum sancti spiritus gratia ungimur
a captivitatis iure servitute liberamur.
Dumque maligni spiritus dominatio superba

repellitur iugum corruptionis quo libertatis
nostre colla ~~premebat~~ premebat. De christo
rursum oleo scriptum est. Vinea Ys. 5
facta est dilecto meo in cornu filio
olei. Filius quippe olei fidelis
populus dicitur qui ad fidem dei in-
terna spiritus sancti unctione generatur.
Multis ergo tunc sancta ecclesia tri-
bulationibus pressa dona spiritus et
miracula. et que nunc sibi predi-
camenta ad memoriam revocet
et suum silencium deploret dicens
Petra fundebat michi rivos
olei. Quibus verbis congrue subditur.
Quando procedebam ad portam civitatis
et in platea parabant kathedram
michi. videbant me iuvenes
et abscondebantur. et senes assurge-
bant et stabant principes cessabant
loqui. et digitum superponebant ori
suo. vocem suam cohibebant
duces. et lingua eorum gutturi suo
adherebat / Mos veterum fuit ut xi
seniores in porta consisterent et causas
introeuntium iudicarent. quatenus tan-
to esset pacificus urbis populus
quanto adhuc discordes in-
gredi non liceret. Sed nos sicut
hystoriam veneratores sic egisse
beatum Iob procul dubio iustitie certum
tenemus. atque ad indaganda
allegorie mysteria ducimur. Quid
ergo portam civitatis nisi bona
quaeque actio designatur. per quam anima
ad conventum celestis regni in-
greditur. Unde propheta ait Qui
exaltas me de portis mortis
ut annunciem omnes predicationes tuas
in portis filie syon. Porte mortis
sunt actiones prave quibus ad interitum
tendimus. Quia autem syon specu-
latio dicitur portas syon actiones
bonas accipimus. per quas superna
patriam ingredimur ut regis nostri
gloriam contemplemur. Quid vero
per kathedram nisi magisterii auc-
toritas designatur. Greca autem
voce platea latitudo di-
citur. Cum ergo sancta ecclesia ad civitatis

portum pergit. quia ut altitudinem
celestis regni percipiat in suis se
actionibus exerit. Cum in platea
paratur kathedra quia in magne
civitatis latitudine sui magiste
rii exhibet aut libertatem
Quia enim recta que sentit pu
blica voce predicat, quasi in platee
cathedra sedet. Cum multi contra sua
predicatione metuunt. nullis prava
tractibus se sub silencio abscondit
An non in publico ad docendum
presidet qui simul et senciendi
veritatis et docendi potens fulcit
Sed cum ad pratum procedit et in
cathedra platee sedet. quid
alienibus quid agentibus agetur
adiungit dicens Videbat me in
uenes et abscondebant et senes
assurgentes stabant Si hystorie
intendimus que dixi credimus
Si allegorie que predixi videmus
Juvenes namque dici solent qui
nulla consilii gravitate deprimuntur
Senes vero non eos sed scriptura
vocare consuevit qui sola qualitate
temporis sed morum gravitate maturi
sunt. Unde per quendam sapientem dicitur
Sap. x Senectus venerabilis est non diuturna
neque numero annorum conpu
tata. Cani sunt enim sensus hominis. et
etas senectutis vita immaculata
Unde recte quoque ad moysen dominus
dicit. Congrega mihi lxx. viros
de senioribus israel quos tu nosti
quod seniores populi sunt. In quibus
quid aliud quam senectus in cordibus
requiritur cum tales iubentur eligi qui
senes sciuntur. Si enim senectus cor
poris in eis quereretur. a cunctis sciri
poterant a quantis videri. Cum vero
dicitur quos tu nosti quod senes populi
sunt. profecto liquet quia senectus
mentis non corporis eligenda monetur.
Rectum ergo eum videt iuve
iuvenes et abscondunt. Senes
vero ei assistunt assurgentes quia
vigorem eius atque rectitudinem
imitari formidant grande

glorificant. Leves quique sunt fugiunt,
graves vero atque perfecti diligunt imper
fecti reprehendunt. Vident ergo hunc
iuvenes et abscondunt. qui depre
hendi in suis occultis actibus me
tuunt. Senes vero assurgentes stant
quia perfecti quique ex humilitate mirantur
quantum ipsos operatione precellunt. Sed
quia hic desuper loquitur. Narrat quod
quanti ab exterius timeantur. Principes h
cessabant loqui et digitum superpone
bant ori suo. vocem suam cohi
bebant duces. et lingua eorum ad
herebat gutturi suo. Quid hoc loco
alii duces in terris vel principes pos
sunt. nisi heretice pravitatis auctores
designantur per prophetam dicitur. Effusa est
contentio super principes et seduxe
runt eos in invio et non in via. Ipsi
etenim dum dispensatione dominum
per ipse in temptari sentiunt non metuunt,
pro se plebes subditas non in recta via
que xpus est. sed in invium trahunt. Super
quos recte quoque effusa est contentio
dicitur. quia suis se vicissim allega
tionibus contradicunt. Arrius quippe Arrius
tres personas in divinitate suscipiens
tres etiam deos adoravit. Econtra Sabellius
contra Sabellius unum deum suscipi
ens unam credidit esse personam.
Nos sancta ecclesia in trinitate unum personis xij. J
sine termino indeclinabiliter tenens
et unum deum predicans tres personas
contra Sabellium asserit et tres personas
asserens. unum deum contra Arrium
asserit et confitetur. Ecclesia autem in suo
colloquio, Manicheus virginitatem Manicheus
laudari conperit. coniugia dampnat Iovinianus
At contra Iovinianus. quia concedi
coniugia novit. virginitatis iudicia
despexit. Unde fit ut ipse hereticus prava
intelligentibus confusa vicissim eorum
nequitia et in culpa concordet et in se
tentia distrepet. At contra sancta ecclesia
per medias utriusque partium lites ordina
ta pace graditur. Que sic sit superiora bona
suscipit ut noverit etiam inferiora venerari
quatinus nec summa equet infimis nec
rursum yma despiciat cum summa veneratur

Hec tria sunt silicet grii
gg d Reg. c. 2

Nunc ergo hereticorum plebium principes auc-
toritate sancte ecclesie prependentes cessant loqui
et quasi ori suo digitum supponunt
dum falsis que libet non racione vocis
se reprimi sed virtutis manum significat
voces suas duces cohibet. quia
nimirum hii qui post se errantes po-
pulos trahere conantur ne loqui nunc
perversa audeant. et auctoritatis fre-
natur pondere et virtute racione. Quorum
lingwa suo gutturi adheret. quia
et si perversa loqui libera voce non
audent. tamen apud se contegunt
cuncta que contra veram fidem pro-
ponere falsa moliuntur. Horum ergo tempus
sensit tribulacione deprehensa remi-
niscens eciam deplorat. dicens. Quando
procedebam ad portam civitatis et in platea
parabant kathedram michi. videbant
me iuvenes et abscondebantur
et senes assurgentes stabant. princi-
pes cessabant loqui et digitum sup-
ponebant ori suo. vocem suam
duces cohibebant et lingwa eorum
gutturi suo adherebat. Ac si aperte
dicat. Cum prius michi voce publica
licuit omnis meus qui virtuti non
fuit subiectus expavit. Isto namque
tempore cum sancta ecclesia adversitate premitur
pravis quibusque protervis licencia
locucionis datur. Sed longe ante Ieremi-
k as in trenis ait. Sed et lamie nu-
daverunt mammas et lactaverunt ca-
tulos suos. Quid namque lamias
nisi hereticos appellat. humanam
k quidem faciem belvina per impietatem
corda gestantes. Qui tunc mammam
nudant. quia errorem suum libere
predicant. Tunc catulos lactant quia
male sequentes populorum animas dum
perversa insinuant. ad impietatem mo-
L nendo confirmant. Sequitur. Auris audi-
ens beatificabat me et oculus videns
testimonium reddebat mihi. Dum beatificari
se ab audientibus sibi testimonium reddi
a videntibus fatetur beatus Iob quis
in sermone qualis vero in opere fuit
ostendit. Neque enim in opere iam perfectus
[illegible] est cui adhuc lingwa fremit

contradicit. nec in sermone laudabilis
qui hoc quod loquitur opere non
ostendit. Ut igitur beatus Iob auctorum
suorum in increpacionibus ex actu vite
se hausisse perhibeat sese et audi-
entibus et videntibus in veneracione
fuisse memorat. Quod si ad vocem sancte
ecclesie referimus. ille eius verba beati-
ficat qui ea que audierit opere
consummat. Ille testimonium reddit
qui exemplis vite illius bene
vivendo [illegible]. Bonum etenim
eciam ille vacat videt. cuius
testimonium innita quia videlicet. Ad hoc
namque bonorum in terra est beatitudo
tenditur ut qui hanc viderint a
suis pravitatibus corrigantur. Nec
dum ergo in ecclesia videt bonos qui
non est emendatus a malis. sed o
cum ei testimonium reddat ostenditur
cum subiungit. Eo quod liberassem
pauperem vociferantem. et pupil-
lum cui non est adiutor. Bene- m
diccio perituri super me veniebat
et cor vidue consolatus sum.
Magna namque ista sunt opera. libe-
rare vociferantem pauperem et pup-
pillo adiutorium ministrare. perituros
eripere. cor vidue consolari. Su-
perius enim dictum est. Quid ex-
hibuit predocuit. Ait namque.
Auris audiens beatificabat me.
Nunc autem narrat que primum
Eo quod liberasse pauperem vociferan-
tem. et pupillum cui non erat
adiutor. Vox quidem cum opere
sibi nostro ~~[illegible]~~ concordat. Iter xm
beatus Iob exhibuit subditis n.
et tamen per spiritum eciam exhi-
benda signavit. Que utrumque
nunc incessabiliter exercet. ut videlicet
filios suos et loquendo pascat
et defendendo protegat. quatenus et p
per verba bonos faciat. et per patrocinia
tueatur a malis. Bene autem scrip-
tum est. Germinet autem terra
herbam virentem et facientem semen
et lignum fructiferum faciens fructum
iuxta genus suum. Qui sic est

Vocatus est filium ut significaret aliquid vocat faciendum. Pastorum quippe figuram etiam que et ubi nos pabulo reficit, et predonum vinculo custodit. que et los(?) passtit et optimulado protegit, cum non solum herbam refectionis preferat. sed etiam cum fructu operis arborem protectionis. Descendunt quoque video hiis qui plebium gubernacionibus presunt quod supius dicit. Videbant me iuvenes et abscondebantur. innuit astrinxit et cor vidue consolatus sum. Quanta disciplina regiminis ut quem eum iuvenes absconderent. quanta mansuetudo pietatis ut per eum viduarum corda consolaret. Sunt namque non nulli ita districti ut omnem etiam mansuetudinis benignitatem amittant. Et sunt non nulli ita mansueti ut perdant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda. ut nec in disciplinae vigore benignitate mansuetudinis. nec rursum in mansuetudine districtione deserant disciplinae quatenus nec ad compassionem pietatis obdurescant commissos cum corrigunt. nec disciplinae vigorem molliant cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinae vigor mansuetudinem. et mansuetudo ornet vigorem. et sic alterum commendetur ex altero. ut nec vigor sit rigidus. nec mansuetudo dissoluta. Haec autem quae diximus pietatis opera sancta etiam et corporaliter exhibet. et spiritualiter exhibere non cessat. Nam pauperem vociferantem liberat. cum peccatorum veniam deprecante eas quas commiserit culpas laxat. De talibus quippe peccatoribus dicitur: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et talium pauperum psalmiste voce dicentium clamore. Cito anticipent nos misericordiae tuae domine

quia pauperes facti sumus nimis. Pupillum vero cui non est adiutor liberat. Dum unusquisque mortuo antiquo patre Dyabolo ad ecclesiam recurrens in ea exhortationis adiutorium invenit quia iam desideria mundi prosequente fugit. Potest pupilli nomine fidelis quisque et iam propter mortem boni patris intelligi. cuius adhuc visione destitutus est. quamvis solacio destitutus non est. Benedictio etiam perituri super eum venit. cum peccatoris interitu prevenit et cum sanctis exhortationibus a culpae fovea reducit. Unde scriptum est Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae salvabit animam suam a morte et operit multitudinem peccatorum. Si ergo magne mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram. quanti est meriti animam a morte liberare et caelesti patria sine fine victuram. Cor autem viduae consolatur dum fideli cuique animae quia eternas domini retributiones narrat. quia viri sui bona ad memoriam revocat. Cui quia [struck through] spiritualis anima commixta est eo mortua vidua dicitur. Et saepe etiam vocibus ex eius virtute fovetur. Magna gratia consolationem cor viduae suscepit quia fidelis anima in tubis ecclesiae de adventu illius aliquid cum spiritualiter est commixta cognoscit. Sequitur Iustitia indutus sum et vestivi me sicut vestimento vestimento utique cum vestimur ex omni parte circumdamur. Ille ergo iustitia sic vestimento vestitur qui se undique bono opere protegit. et nulla parte actionis suae peccatum nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus iustus est in aliis iniustus quasi hoc latus operuit illud nudavit. nec iam bona sunt opera quae sordes aliis pravis operibus inquinantur. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui in uno offenderit multa bona perdit. Hinc Jacobus dicit. Quicumque

Jac. 7

Mt 7

Eccl 9 2

Pastoribus et Rectoribus duo necessaria: disciplina, Mansuetudo

Opus bonum intotum ulli pecto dz esse ad [illegible]

totam legem seruauit in vno autem
offendit factus est omnium reus. Quia
videlicet suam ipse diligit expo
suit cum subiunxit Qui enim dixit
xiiij B Non mechaberis dixit non occides
Quod si mecharis non occidas autem
factus est transgressor legis. Cordis
ergo oculis circumquaque porrectis
vndique nobis adhibenda est custo
dia. Vnde recte quoque per Salomonem
pu x dicitur Omni custodia serua cor
tuum quia ex ipso vita procedit
Diligentius enim custodiam premisit omni
vt videlicet vnusquisque hic vnde
se diligit respiciat. Et quia diu
in hac vita est contra spirituales in
inimicos in acie se positum sciat
ne incedens quod per has actiones
colligit per alias amittat ne hinc
hostis fores obstruat et aliunde
aditum pandat. Si qua etenim
ciuitas contra insidiantes inimicos
magno vallatur aggere fortibus cingitur
muris et summa munitur custodia
Vnum ergo in ea foramen inmuni
tum modo per negligentiam relinquitur
inde penitus hostis ingreditur
qui vndique exclusus esse videbatur.
Pharizeus | Phariseus namque ille qui in templum
orare ascendit ciuitatem mentis
Qui in vno delinquit reus omnium erit | sue quanta munitione vallauerit
audiamus. Ieiuno inquit bis in
sabbato. Decimas do omnium que possi
deo. Cum premisit Gratias tibi ago
luc 18 | Magna certe munimina adhibuit. Sed
videamus vbi insidianti hosti in
munitum foramen reliquit. Quia
non sum inquit sicut publicanus
iste. Ecce ciuitatem cordis sui in
sidiantibus hostibus per elacionem ape
ruit quam frustra per ieiunium et elemosinas
clausit. Incassum munita sunt cetera
cum locus vnus despicio hosti pa
tet aditus munitus non est. Gratias
recte egit sed per se super publicanum
se extulit. Ciuitatem cordis sui
se extollendo perdidit quam absti
nendo et largiendo seruauit. Victa
est per abstinentiam gula destructa
ventris ingluuies superata est

largitate tenacia auaricia depressa
Quantis laboribus hoc actum credimus
sed quot labores vno vicio percus
si ceciderunt. Quanta bona vnius
culpe gladio sunt perempta. Vnde
magnopere oportet bona semper agere C
et ab ipsis nos bonis operibus cau
te in cogitacione custodire. Nam
si mentem eleuant bona non sunt que
non auctori militant sed elacioni
De qua re non inordinate agimus
si ex libris licet non canonicis sed ad
edificacionem tamen ecclesie editis testimonium
proferimus. Eleazar namque in prelio 1 mach
elephantem feriens sed sub ipso 6
quem extinxit occubuit. Quos
ergo iste signat quos sua vic
toria oppressit nisi eos qui vicia
superant sed sub ipsis que subigunt
superbiendo succumbunt. Quasi enim
sub hoste quem prosternit moritur
qui de culpa quam superat eleuatur D
Pensandum ergo magnopere est
quia bona inuiolatenus prodesse poterunt
si mala que subrepunt non
timentur. Perit omne quod agitur si non
sollicite in humilitate custodiatur
Vnde bene quoque de ipso primo parente
dicitur Posuit eum deus in paradiso
voluptatis vt operaretur et custo
diret illum. Operatur quippe qui agit
bonum quod precepit sed quod operatus
fuit non custodit cum hoc sub
repit quod prohibet. Recte igitur iob
qui ex omni parte bono opere se te
xerit dicat Iusticia indutus
sum et vestiui me sicut vestimento
Vbi protinus subditur Et dyade
mate iudicio meo. Iustorum in E
dicia recte dyademati comparantur
quia per magni operis gloriam
a retributore ducuntur coronam
Que nimirum iudicia scilicet cot
tidie introrsum agunt quid deo
quid proximo debeant solerter
aspiciunt atque ad agenda bona
se vehementer attendunt et de
perpetratis malis districte re
darguunt. Vnde bene per Salomonem

Prv 12 dicitur Cogitationes iustorum iudicia
Intus quippe ab omni strepitu se
cum ad corda sua redeunt ibique
assedunt tribunal mentis atque
ante oculos mentis se et proximum
statuunt. deducunt ad medium re
gulam testamenti qua dicitur Quecumque
mt 7 vultis ut faciant nobis homines ea
dem et vos facite illis. Transfe
runt in se personam proximi contemplati
attendunt quid sibi si ita esset fi
eri nollent. Utrique districto
iure atque iudicio causam suam
et proximi iuxta tabulas divine
legis in foro cordis examinant.
Unde dicitur Cogitationes iustorum
iudicia. quia ipse eorum internus
motus cordis quasi quedam
libra est iudicarie potestatis
Quibus pactis quia retributionem
in finis non querunt. iustorum iudicia
dyademati comparantur. dyadema quippe
in superiori parte corporis ponitur. Iustorum
ergo iudicia dyadema dicuntur
quia per hec non in terrenis et in
fimis sed sursum remunerari con
cupiscunt. Sequitur. Oculus fui
ceco et pes claudo. Pater eram
pauperum et causam quam nesciebam
diligentissime investigabam. Inter hec
lectionis animus forsitan querit cur
beatus Iob virtutes suas tam subtiliter
xv enumerat. Electorum quippe virorum est bona
y que faciunt occultare ne contingat eos
lapsu elationis in terra. Unde per semet
ipsam veritas dicit. Attendite ne
mt 6 iustitiam vestram faciatis coram hominibus
ut videamini ab eis. Hinc est quod
duos cecos iuxta viam sedentes
illuminans precepit dicens. Videte
neque vos sciat. De quibus illico scriptum
est. Quia illi abeuntes diffamave
mt runt eum in tota terra illa
20 Sed querendum nobis est quid sit hoc
quod omnipotens deus cum hoc est velle
quod posset tacere suas virtutes vo
luit. et tamen ab hiis quos illuminavit sibi
est in vitiis iudicatur. Nisi quod famu
lis suis sequentibus exemplum dedit ut ipsi quidem
virtutes suas occultari desiderent et
tamen ne alii eorum exemplo proficiant
prodantur inviti. et facta quidem sua

Bona sunt facienda et occulte et publice.

occultando semper custodiunt. Sed dum
produnt in vita bona ad profectus suos
exempla transmittunt. Occultetur ergo studio
necesse publicetur. et eorum occultatio
sit custodia propria. eorum publicatio
sit utilitas aliena. Rursum quia
scriptum est. Neque accendunt lucernam mt 5
et ponunt eam sub modio. sed super
candelabrum ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat
lux vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Aliquando sancti
viri et coram hominibus compelluntur
bona facere et eadem sua facta nar
rare. sed ad eum fine omnia referen
tes. ut non ipsi eisdem operibus. sed
pater eorum qui in celis est glorificetur.
Dum enim sua produnt. ipsa eorum
predicatio fortasse despicitur. quorum
vita nescitur. Compelluntur vitam suam
dicere ut auditorum suorum valeant
vitium mutare. et facta sua refe
runt ut veneratione sint venerabili
appetunt ut reverenter audiatur. Scriptum
quippe est. Cum elevarentur animalia Ezech. 1
de terra elevabantur pariter et rote. Quia
videlicet cum auditorum mentes vitam
predicantium suscipiunt. necessario utique
et vim predicationis admirantur. Hinc
est quod predicatores boni et honores
propter elationem fugiunt. et rursum propter
imitationem honores volunt. Sed
minorum paulo apostolus discipulis loquens
et honorem fugit. et tamen quantum esse
honorandus ostendit. Nam Thessalonicen 1 Thess 2
sibus dicit. Neque enim aliquando fuimus
in sermone adulationis sicut scitis
neque in occasione avaritie deus testis
est. [illegible] Nec querentes
ab hominibus gloriam. neque a vobis.
neque ab aliis cum possimus eis oneri
esse sicut apostoli Christi. sed facti sumus ut
parvuli in medio vestrum. Rursum Co 2 cor
rinthiis honorem fugientes dicit
Non enim nosmetipsos predicamus sed Ihesum
Christum. Econtra videns falsorum apostolorum
persuasionibus eos a recte fidei tramite
deviare eis se summopere quantum
esset venerandus ostendit dicens. In quo
quis audet in insipientia dico au 2 cor 11
deo et ego. Semen abrahe sunt et ego

Hebrei sunt et ego. Israelite sunt et ego. Semen abrahe sunt et ego. Quibus etiam subiungit quod ei quoque tercii celi secreta patuerint. Quod raptus etiam paradisi archana penetravit. Ecce honorem fugiens summum se discipulorum predicat. Ecce honorem pro utilitate audiencium querens falsis apostolis vite sue merita supponit. Egit quippe doctor egregius ut dum ipse qualis esset agnosceret et vita et lingwa male predicancium eius comparacione vilesceret. Illos videlicet commendaret si se absconderet, cumque se non ostenderet errori locum dedisset. Miro ergo modo et humilitatis exhibet graciam et utilitatis querit incrementum, ut summum se discipulis proderet, et adversariis precorem se demonstraret. Ostendit disciplinis quid humilitatis acciperent, ostendit adversariis quid sublimitatis. Innotescit contra adversarios quid haberet ex munere, innotescat discipulis qualis apud se maneret in cogitacione.

xvi
Sancti enim viri cum coguntur bona narrare que faciunt non elacioni serviunt sed utilitati. Unde beatus iob angustiis se iniuste increpacionibus atque idcirco nescientibus bona sua narrando aperit, ut minime dissencient non contra vitam eius increpaciones erigi, sed hanc tacentes imitari. Quatinus ut super deprimi habitum admonitoria sancta sua reducere in victa ab increpacionibus desperacio impellebat. Nam inter tot dolores vulnerum et turba desperacionis cum bona que fecerat narrat, quasi collapsum animis et inberitis ad spem animum refert. Dicat ergo bona que fecit ut non cogatur inter tot mala de se desperare quam audit. Oculus fui ceco et pes claudo. Cum sancti operis exempla pensamus intuendum nobis primitus est quis rectus ordo narrandi fuerit, ut cum iusticie et post misericordie opera describuntur. Ille quippe bene agit que pia sunt, qui scit prius servare quam iusta ut collatus in proximis [illegible] de iusticie fonte ducat. Nam multi proximis quasi opera misericordie impendunt, sed in iusticie statu non deserunt. Qui si nimium proximis videatur facere studet, sibi ipsis prius debuerant iuste vivendo misereri. Unde scriptum est. Miserere anime tue placens deo. Esa 30
Cum igitur misereri vult proximis tractat a se originem miserendi. Scriptum namque est. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Mt 22
Quis ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc in iuste vivendo sit impius sibi metipsi. Unde per quendam sapientem dicitur. Qui sibi nequam est cui bonus erit. Eccli 20 3.
Ad exhibenda quippe munera ut in digentibus plene exterius valeant impendi, duo sibi necessaria cognoscuntur, id est homo qui prebeat et res quam prebeat. Sed longe incomparabiliter melior est homo quam res. Qui itaque in digenti proximo exteriora sua prebet, sed vitam suam a nequicia non custodit, rem suam deo tribuit et se peccato. Hoc quod minus est obtulit auctori, et hoc quod maius est servavit iniquitati. Beatus itaque probatum iob prius dicitur. Iusticia indutus sum et vestivi me sicut vestimento. et sicut dyademate iudicio meo. Ac deinde subiungitur. Oculus fui ceco et pes claudo.

Ad opus misericordie sunt necessaria duo scilicet homo res

9.
Quamvis tunc est apud deum oblacio rectitudinis, cum de radice iusticie procedunt rami pietatis. Sed quia in ipso misericordie opere plus solet apud internum iudicem animus pensari quam res. Nondum quod ceci oculus se fuisse asserit, pede claudo habet etenim dites perfecto in dicit, quia etiam illi per semetipsum manum prebuerat, et hunc portabat sustinendo. Ex qua re colligitur super egenos ac debiles quantum misericordie illius viscera fundebant. Unde et subditur. Pater eram pauperum. Que videlicet verba si ad vocem sancte ecclesie typica interpretacione referamus. Ipsa est oculus ceco quia predicata

lucet, ipsa est pes claudo. quia per ad
ll Sbuet iutorium. Cecos enim predicando illuminat,
claudos vero opitulando sustinet.
Cecus quippe est qui adhuc quo
pergat non videt, claudus autem
est qui non potest ire quo videt. Cre
bro itaque peccatum aut ignorantia
aut infirmitate perpetratur, vel ut vel nesciat
homo quid velle debeat, vel non
omne quod voluerit possit. Quo contra
psalmista dicit: Dominus illuminatio mea et
salus mea quem timebo. Quia
enim et scientiam dominus et virtutem prebet,
et contra ignorantiam illuminatio et contra
infirmitatem salus vocatur. Hinc Ie
remias dicit: Fiant vie illorum
tenebre et lubricum, ut scilicet per
tenebras quo ire debeant non
videant. Qui et si secreta non
vca viderint, in eis tamen stare per lubricum
non possunt. Iste itaque per lubricum
iter bona claudicat, ille per tene
bras que bona sequatur ignorat.
Sancta itaque ecclesia ex terrenis tri
bulationibus despiciens antiquos re
miniscitur quem qui et docendo illuminare
consueverat et adiuvando firmare
et precedentem membri sui ore loquitur dicens
Oculus fui ceco et pes claudo.
Que quia duos populos in se collegit
iudaicum scilicet atque gentilem, recte
per cecum gentilis, claudo autem
XVII A iudaicus populus designatur. Gentilis
quippe quasi oculos non habuit, quia non
accepta lege non vidit quo ire
debuisset. At contra iudaicus habens
oculos claudus fuit, quia legem
quid tenuit sciendo, sed in ea gressus
recti operis non tetendit. Si enim gen
tilis populus cecus non fuisset, propheta mi
ys 9 nime dixisset: Populus gentium qui
sedebat in tenebris vidit lucem
magnam. Rursum si israeliticus populus
a bono opere minime claudicasset,
nequaquam voce domini per prophetam dixisset:
Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni
inveteraverunt et claudicaverunt a semitis
suis. Qui nimirum populus claudus idcirco
vocatur quia scientiam gressum in operatione
non habuit. Quippe qui utroque uti

noluit. Dum unum testamentum recepit
aliud sprevit. Quem ad se venientem
sancta ecclesia suscepit, quia ei cum veteri
testamento etiam novum testamentum inserit.
Ad dirigendos igitur gressus illius, qui alterum
pedem tingit. Cum fideles sancta ecclesie
perfectos adhuc interius subiungit: Pater eram
pauperum. quia videlicet humiles qui pauperes
spiritu dicti sunt ex eius predicatione
generantur. Sed oportet ut in hiis omnibus
ipsa historie verba subtiliter pensemus.
Ait enim: Pater eram pauperum et causam
quam nesciebam diligentissime investi
gabam. Plerumque enim multa homines B.
pauperibus largiuntur, non quia corde
pauperes diligunt, sed quia si minime
tribuunt, iram superni iudicis formidant,
qui si deum non metueret quod habent
dare noluisset. Et quidem in bono
opere primus incipientium gradus est
ut qui adhuc nescit proximum sicut
se diligere, iam tamen incipiat iudicia
superna formidare. Quia igitur aliud
est bonum opus ex precepto, aliud vero
etiam ex affectu faciens, sanctus vir in
mente nobis sue operationis insi
nuet dicens: Pater eram pauperum.
Non ergo se proximum vel proximum
vel adiutorem pauperum, sed patrem
fuisse testatur. Quia nimirum magno
caritatis officio studium mentis vertit in
affectum nature, ut eos quasi filios cerneret
per amorem, quibus quasi pater preerat per pro
tectionem. Quia igitur vir mentis illius
naturam fecit imitata, patrem se pau
perum fuisse commemorat. Ubi etiam
subdit: Et causam quam nescie
bam diligentissime investigabam.
In quibus videlicet verbis pensandum est omnia C.
quod distincte narrat, quod nulla a bonis
mores pretermittat. Iustus quippe est
in actionibus suis, pius in infirmitatibus
proximorum, strenuus in negotiis pau
perum. Qui enim eius retributoris
bona cogitat, recte est ut ad omnem
se etiam securitatem incedens extendat.
Hinc per Salomonem dicitur: Qui deum timet Eccl A
nichil negligit. Hinc Paulus ait thet 3

Pius quidem / magis est / fecit / bene quam / timore / nes

ad omne opus boni pati. Sed inter hec
quia aliquando in actionibus vite minora
bona postmittenda sunt pro utilitate
maiorum. Nam quis ignorat boni operis
esse mortuum mortuum sepelire. et tamen
cuidam qui ad sepeliendum patrem se di-
mitti poposcerat dictum est. Sine
Luc 11 ut mortui sepeliant mortuos suos
tu autem vade annuntia regnum. Pro-
ponendum magis erat obsequium huius
ministerii officio predicationis. quia
illo carne mortuum in terra conderet
isto autem anima mortuum ad vitam
resuscitaret. Per prophetam quoque prelatis
synagoge dicitur. Quomodo medicum sub
ps. 1 venite oppresso. et tamen paulus apostolus dicit.
1 cor 6 contemptibiles qui sunt in ecclesia illos
ad iudicandum constituite. Auditores
eius enim suos ad iustitie scientiam ad
linguarum gratiam. ad prophetie quoque in
dagandam misteria succedebat dicens.
1 cor 14 Emulamini spiritualia. magis autem
ut prophetetis. Sed quia spiritualia do-
na capere si eos terrena negocia
depressissent longe ante premisit dicens
1 cor 6 xviii D. Contemptibiles qui sunt in ecclesia illos
ad iudicandum constituite. Ac si aperte
dicat. Qui minoris meriti sunt et etiam
et nullis magnorum donorum pollet
virtutibus. ipsi de terrenis negociis in
dicent. quatenus per quos magis reguntur
bona minora suppleant. Quos quidem
contemptibiles nominat. et tamen sapientes
vocat cum dicat. Sic non est quisquam
inter vos sapiens qui possit iudicare
inter fratrem suum. Quia ex re quid colli
gitur nisi ut terrenas causas exami
nent. qui exteriorum rerum sapientiam perce-
perunt. qui autem spiritualibus donis ditati
sunt. profecto terrenis negociis non
debent implicari. Ut dum non co
guntur inferiora bona disponere
excitati valeant bonis superioribus
E deservire. Sed curandum magnopere est
ut qui de donis spiritualibus eminent
nequaquam proximorum infirmantium nego
tia funditus deserant. sed hec aliis
quibus dignum est tractanda committant.
Exo 22 Unde et moyses viros quoque adiutorium
prestitit. constituit ut quanto se ab
exterioribus causis abscondent tanto

interioribus intima penetraret. Sicque
fit ut et summi viri magis ad
spiritualia dona proficiant. dum cor-
mentes res infimas non calcant.
Et rursus viri in ecclesia ultimi
sine bono opere non vivant. dum in
rebus exterioribus inveniunt recta F
que agant. Sancta quippe ecclesia sic
consistit unitate fidelium sicut
unum corpus unitum est compage
membrorum. Alia namque sunt membra
in corpore que in tuendo luce desi- a
nunt. Alia contactu tamen minime
distinguunt. Oculus quippe lucem in
tendit. et ne gravari valeat a
pulvere custodit. Pes cum summum
officium tunc recte peragit cum sustin-
endum terre pulverem non refugit.
Sed tamen corporis membra vicissim
sibi sua officia impendendo copu-
lantur. ut pes oculis currat et oculus
pedi prospiciat. Sic itaque sic sancte
ecclesie membra debent officiis esse dis-
iuncta et caritate coniuncta. ut sum-
mi viri eorum viam provideant qui
in terrenis negociis vacant. quibus
velut sine oculorum ambulent. et
rursum hi nimirum terrenis negociis
implicati agunt. hoc ad maiorum
rem utilitate referant. ut pes
cuius viam prospicit. non sibi tantummodo
sed etiam oculis conducat. Dum itaque
sibi invicem alterna administra-
tione conveniunt. miro modo agitur
quia ut electi quique vicissim sibi opera pro
met impendendo quod valet faciunt caritate
eorum fiant opera etiam que facere fit qua
ipsi non possunt. Sed inter hec sciendum G
est. quia cum proximorum causis ex-
terioribus qui apte disponat de
sunt. Debent hi quoque qui spiri-
talibus donis pleni sunt eorum
infirmitati condescendere terrenisque
eorum necessitatibus in quantum decenter
valeant caritatis condescensione
servire. nec tedere animum debet. si
sensus eius contemplatione spirita-
libus semper intentus. Aliquando dispe-
ratis rebus minimus quasi minor
ratus inflectitur. quia illud verbum
per quod constant omnia creata

Discordia inter
Theologos et
iuristas
quo ad officia

vt p̄desset hominibus humanitate
assumpta voluit parvulorum mo
rari. Quid ergo mirum si homo
se per hominem attrahat dum crea
tor hominum et angelorum formam
hominis pro hominibus suscepit. Et
tamen mirandus sit sursum cum se
attrahat. qui tanto subtilius
superiora penetrat. quanto humilius
pro amore conditoris nec inferiora
contempnit. Quid in dignum nobis
nil difficile est. si super infirmos
animum ducimus qui eandem manum
corporis lavamus faciem. que etiam
calciamus pedem. Beatus igitur Iob
quia cum magna ageret minima
non despexit dicens. Et causam
quam nesciebam diligentissime investi
gabam. Quia tunc nondum video
ne ad proferendam sententiam precipites
vindicte debemus. ne temere
in discussa iudicemus. ne quelibet
mala audita nos moveant.
ne passim dicta sine probatione cre
damus. quod pro facto perpetrare pertimes
cimus. si auctoris nostri subtilius
facta pensamus. Ipse quippe ut nos
a precipitata sententie prolatione compesceret
cum omnia nuda sint et aperta oculis
eius. Mala tamen sodome noluit
audita iudicare qui ait. Clamor
8 sodomorum et gomorreorum multipli
catus est. et peccatum eorum aggravatum
est nimis descendam et videbo
utrum clamorem qui venit ad me
opere compleverint. an non est ita
ut sciam. Omnipotens itaque dominus
et omnia sciens. cur ante probationem
quasi dubitat. nisi ut nobis gravitatis
exemplum proponat. ne mala hominum an
te presumamus credere quam probare. Et
ecce per angelos ad cognoscenda ma
la descendit. moxque facinorosos
percutit. atque ille paciens ille misericors
ille de quo scriptum est. Dominus paciens
7 redditor in tanto crimine involutos
inveniens quasi pacientiam pretermittit
et diem iudicii expectare ex
tremi ad vindictam noluit. sed eos
igne iudicii ante diem iudicii pre

A Tu autem domine cum tranquillitate iudicas
Ille de quo nimirum scriptum est dominus pac.

Cap 12

Redarguitur precipitatio
et facilitas credendi

De Gen. et hely

venit. Ecce malum etsi cum difficul
tate credidit cum audivit. Et tamen
sine tarditate percussit. Cum vero
cognoscendo reperit. ut nobis videlicet
exemplum quod maiora crimina et tarde
credenda sunt cum audiuntur. Summus
ergo diligencie beatus iob sollicitudine
geres ait. Et causam quam nesciebam
diligentissime investigabam. Que J.
scilicet illa etiam per vocem ecclesie ad
in spiritualem typicam possumus non
inconvenienter referre. Ipsa quippe peccatores
cum mala carnalium iudicat. hoc
quod nescit investigat per iudicium cor
rigendo. Beata itaque ecclesia cum iniqui
torum sint ad tempus in prosperitate
compressa remissa dicens. Causam
quam nesciebam diligentissime investiga
bam. Ac si dicat. Mala que in electis
meis agendo non noveram iniquis
hominibus districte iudicando plectebam
Et quia nunc in virtute predicationis suum
contrivit atque de eius ore vim eorum
que iam susceperit animam rapit
exequitur dicens. Conterebam molas E
iniqui et de dentibus illius auferebam
predam. O quale decore dyaboli pre
dam tulit cum ipsum raptorem saulum
convertendo rapuit. qui adhuc spi Sul 9
rans minarum accepto epistolis per
gebat in damascum. et dum persequendo
fideles congregaret. Dyabolo con plebem
gnoscendo fidem ipse aggregatus
est xpo. Toties ex iniqui dentibus eccla
predam tulit. quoties ex interiori mor
su animam pereundo diripuit. Mo +
las quippe occulte eius insidie. pre
dentes vero aperta iam culpe perpetrando
demonstrat. Quibus nimirum dentibus
psalmista scriptum est. Deus non con 2
teret dentes eorum in ore ipsorum. molas
leonum confringet dominus. Sed sanctus vir
cum asserit molas leonum contere
ut per dentibus illius predam potuisset
auferre. Quia tunc predam de eius dentibus
tollimus cum prius molas illius contere
scimus. Prius enim nocere est occulta
consiliorum illius machinamenta prodere
ut auditoris nostri cum valeamus
postmodum ab aperto lapsu revocare

+ Omnis namque iniquus verius dici potest
quam dyabolus. Omnis molas conte 2
rimus quociens dispensando contra
eius insidias occulta illius machi 2
namenta nudamus ac sic de eius dentibus
predam tollimus quod nocebit quia iam
ad peccatum frangendo momorderat
ad salutem vite convertendo revocamus +

Huius nimirum molas ipse summus pas-
tor ecclesie predicando conterebat cum
1 pet 5 diceret Sobrii estote et vigilate quia
ipse adversarius vester dyabolus tanquam leo
rugiens circuit querens quem devoret
cui resistite fortes in fide. Cont-
erit leonis sancta ecclesia. quia eius in-
sidias conspicit fidei callibus innuit
Cuius tociens molas frangit quociens
hereticorum argumenta destruit. tociens
quasi ab eius dentibus predam excutit
quociens ab errore predicando conversa
convertit. Et quia plerique infirmorum tunc
erunt qui se ab ecclesiastice pacis
tempore absque hoc nido exituros se esse
crediderunt. Beatus Iob dum sua
narrat voces quoque infirmorum secum
P cum indicat dicens Dicebam quoque
in nidulo meo moriar. et sicut
palma multiplicabo dies. Quid hoc
loco niduli nomine exprimitur nisi
tranquilla quies fidei. qua unus
quisque infirmus nutritur. Multitudo
quippe illa bonorum que in persecutionibus qui-
bus fuit deprehensa intinctorum su-
orum dies quasi in nido sic in loco quietis
explere credidit. Nam nisi sancta
ecclesia infirmos quosque filios nutri-
ret in nido pacis. Psalmista non
diceret Et enim passer invenit sibi
domum et turtur nidum ubi reponat
pullos suos. Iam quippe domum
invenit passer. quia eternum celi habitacu-
lum noster redemptor intravit. Turtur
nidum. quia sancta ecclesia conditoris sui
amore affecta gemitibus utitur et velut
nidum sibi i. pacatissimam fidei quie-
tem construit in qua crescentes filios
quasi plumescentes pullos quousque
ad superiora evolent caloris gremio
calefactos fovet. Igitur quia tunc erant qui
pacis tempore se ad superna migrare id est
a nido volare crediderunt eorum
vox beati Iob voce premittitur cum ait
Dicebamque in nidulo meo moriar
Tenui vero idem tempus pacis omnem ex
multorum longitudine promittebat laborum
Recte subiungit dicens Et sicut palma
m multiplicabo dies. Palma quidem tar-
de proficit sed diu in viriditate subsistit
cum multis autem difficultatibus sancta

Palma

ecclesia ad fidei statum venit et per col-
lectionem plurimorum in eisdem fidei
gloria diucius stare concupiscit.
Sic palma ergo multiplicare se
dies credidit. que emergente subito
temptacionis articulo pacis sue gratiam
et tarde a fidelibus adeptam et
citius ab infidelibus interceptam
dolet. Nec immerito infirmorum vita xx
palme comparatur. quia sub palma N
inferius tactu aspera est. et siccis aridis
corticibus obvoluta. superius vero et
visu et fructibus pulchra. Inferius
corticum suorum involucionibus angustatur
sed superius amplitudine pulchre
viriditatis expanditur. Sic quippe
electorum vita despecta inferius
superius pulchra. In yma ista quasi
multis corticibus obvolvitur dum
in minus tribulacionibus angustatur
In summa vero illa quasi pulchre
viriditatis foliis amplitudine retri-
bucionis expanditur. Est et aliud O
palma. quo cunctis arborum generibus
differt. Omnis namque arbor in
suo robore iuxta terram vasta sub-
sistit. sed crescendo superius angustatur
et quanto paulisper sublimior. tanto
in alto subtilior redditur. Palma
vero minoris amplitudinis ab ymis
inchoat. et iuxta ramos ac
fructus ampliori robore exsurgit
et quo tenuius ab ymis proficit
vastius ad summa succrescit. Quibus
itaque arbusta alia nisi terrenis men-
tibus inveniuntur esse similia. in fine
vasta. superius angusta. Terrena
nimirum omnes seculi huius amatores Xl. di
in terrenis rebus fortes sunt. in celesti- Vinces
bus debiles. Nam pro temporali gloria
usque ad mortem desudare appetunt
et pro spe perpetua ne parum quidem
in labore subsistunt. Pro terrenis
lucris quaslibet iniurias tollerant
et pro celesti mercede vel tenuissimum
verbi contumelias ferre recusant. Ter-
reno iudicio tota eciam die assistere
fortes sunt in oratione vero coram
deo vel unius hore momento lassantur.
Sepe nuditatem deiectionem famem
pro acquirendis divitiis atque honori-
bus tollerant et earum rerum abstinentiam

Dua aator
Seclari
et celestium

crescit atque ad adipiscenda festi-
nat. Superna autem laboriose quere-
re tanto magis dissimulat quanto
ea verbum tardius pertingit. Ita
quasi aliarum arborum more de-
orsum vasti sunt, sursum angusti,
quia fortes in inferioribus existunt,
sed ad superiora deficiunt. At contra
ex qualitate palmarum designatur
perfectorum vita iustorum, qui nequaquam
in terrenis studiis sunt fortes et
in celestibus debiles, sed longius
atque distentius studiosos se Deo
exhibent quam seculo se fuisse meminerunt.
Nam cum quibusdam predi-
catoribus suis Paulus diceret: Humanum dico propter
infirmitatem carnis vestre; sicut
exhibuistis membra vestra servire im-
munditie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc
exhibete membra vestra servire iustitie
in sanctificationem, eorum procul dubio infir-
mitati cordis condescendit. Ac si
eis aperte diceret: Si nequaquam
amplius potestis, saltem tales es-
tote in fructu bonorum operum, quales
fuistis dudum in actione vitiorum,
ne debiliores vos habeat libertas
sancte hereditatis, quos in carne tenuit
usus validos terrene voluptatis.
Sunt vero nonnulli qui cum celestia
appetunt atque omnes mundi noxia
sua delinquunt, ab inchoatione sua
cotidie in constantie pusillanimitate
deficiunt. Quibus hos nisi arbustis
reliquis similes dixerim, qui ne-
quaquam tales supernis surgunt, quales
inferius oriuntur? Hi quippe in con-
versione vementes, non tales quales
ceperunt perseverant. Et quasi more
arborum in inchoatione vasti sunt, sed
tenues crescunt, quia paulatim per
augmenta temporum pacatur desideria
virtutum. Sensim quippe desideria
superna languescunt, et qui robusta
ac fortia proposuerant, debilia atque in-
firma consummant, sicque etatis aug-
mento perficiunt quasi flexibiles
crescunt. Palma vero sicut dictum est
vastior in summitate est quam esse cepit
in quantitate exordii, quia sepe electorum

cordis studio plus fervendo peragit quam propo-
nendo inchoando. Et si tepidius summa in-
choat, ferventius extrema consummat.
Semper videlicet inchoare se estimant,
et ideo in novitate infatigabiles in
novitate perdurant. Hac videlicet
iustorum constantia propheta intuens ait:
Qui confidunt in Domino mutabunt for-
titudinem, assument pennas ut aqui-
le, current et non laborabunt, ambulabunt et non
deficient. Mutabunt quippe fortitudinem,
quia fortes student esse in spirituali opere,
qui dudum fortes fuerant in carne.
Assument autem pennas ut aquile, quia
contemplando volant. Current et non
laborabunt, quia velocitatis magne celeri-
tate predicant. Ambulabunt et non de-
ficient, quia in tellure sua veloci-
tatem retinent ut tardioribus
condescendant. Iusti vero bona
que accipiunt, quanto aliis libentius
accommodant, tanto sibi incommutabi-
les in novitate perdurant, et qui tenues
avidius in inchoatione exeunt, for-
tes in culmine perfectionis convalescunt.
Dicat itaque beatus Iob ex persona sancte
ecclesie, sive ex voce sancte ecclesie plene, quid spei de
pace sue adhuc consideratione habuerat
atque in bonis operibus crescere debebat: In
nidulo meo moriar,
Et sicut palma multiplicabo dies.
Quasi enim palma multiplicare
se dies credidit, quia mentes fidelium
ad extremum usque robustiores ex-
surgere putabat. Cum enim multorum
corda persecutionibus cepit lassata
molestie dolorum iam in se quasi ad
debilitatem tendere, quos mirabatur
fortia proposuisse. Et quia per mentem
spiritalem intelligentie intendit recte
subiungit: Radix mea aperta est secus
aquas. Iuxta aquas etenim radix
aperitur, cum adipiscenda virtutis
fluenta latentem cogitationis intentionem ex-
pandit. Ut enim in superiori libro
iam dictum est, solet in sacro elo-
quio radicis nomine occulta cogi-
tatio designari. Radicem igitur
nostram secus aquas aperimus, cum
in fusione intime cogitationis

Marginalia: xx n; Ro 6; p.; xxi q; ad di / uines; tepidius; ys 40; perseveraturos; R

tacito cordi intendimus. Que scilicet
verba si a voce sancte ecclesie
dicimus, radix illius ipse debet [intelligi]
in carnacione nostri redemptoris, que
nobis absconsa aperta est, dum deus invi-
sibilis per assumptionem humanitatis sue
patuit aspectibus visionis nostre.
Creator quippe qui in divinitate vi-
deri non poterat, assumpsit ex nobis
unde videretur a nobis. Radix ergo secus
aquas aperitur, quia auctor humani
generis per humanitatem suam hominibus
demonstratur. Unde recte quoque psalmista dicit:
Et erit tamquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum. Decursus
quippe aquarum sunt cottidiani de-
fluencium transitus populorum. Et de semet-
Luc 23 ipsa quoque veritas dicit: Si in viridi
ligno hec faciunt, in arido quid fiet?
Lignum ergo secus decursus aquarum
est, quia fructu et protectionis sue
nobis umbraculo perfectus apparuit
creator in carne, ut humani generis
primicias faceret. Vide quod per defectum
cottidie ibat in mortem. Sequitur:
Et ros morabitur in messione mea.
b Subaudis dicebam. Messio enim sancte
ecclesie non inmerito accipitur, cum perfecte
animas ab hac vita accepit, velut ma-
turas segetes a terra decisas in ce-
lestia horrea demigrat. Et quia
non nostra virtute, sed celesti gracia
largiente agitur, bene ait: Et ros
morabitur in messione mea. Ros
namque desuper cadit, messis deor-
sum colligitur. Ergo ros morabitur
in messione, quia gratia desuper ve-
niens agit ut digni sint qui de-
xxij c inferioribus colliguntur. Ipsa quippe nos
desuper infundente fructum bonorum
operum ferimus. Unde recte per verbum Pau-
lus dicit: Gratia dei sum id quod sum, et
gratia eius in me vacua non fuit.
Si enim quamvis nos despicientes
1 Cor 15 gracia dei sum id quod sum. Si in-
tuemur messem subiorem crescentem
ait: Et gratia eius in me vacua non
fuit, sed habundancius omnibus laboravi.
Sequitur: Gloria mea semper innovabitur
et arcus meus in manu instaurabitur.

subaudis dicebam. Superiori sue
coniungitur quod locucione continua
subinfertur cum ait: Dicebam quod
in nidulo meo moriar et sicut
palma multiplicabo dies. Ac de-
inde subiungit: Radix mea a-
perta est secus decursus aquas
et ros morabitur in messione mea.
Gloria mea semper innovabitur et ar- b
cus meus in manu mea instaurabitur.
Cunctis scientibus liquet quod ad vetus-
tatem vitam vicia pertinent, virtutes
ad novam. Hinc et Paulus dicit:
Expoliantes vos veterem hominem cum
actibus suis induentes novum.
Hinc rursum ait: Vetus homo
noster simul crucifixus est. Hinc psalmista
per typum humani generis loquens inter
malignos spiritus deprehensus ait:
Inveteravi inter omnes inimicos meos.
Afnore etenim mentis ut inter
spiritales inimicos vel inter car-
nales quosque proximos ipso aliquo
modo vivendi usu vetustatis
et assumpte novitatis speciem fusca-
mus. A qua tamen vetustate cot-
tidie si studia circumspectionis invi-
gilent, orando, legendo, bene vi-
vendo renovamur, quia vitam nostram
lacrimis lavat, bonis operibus ex-
ercet, sanctis meditacionibus tendit et
ad novitatem suam sub confessione reparat.
Beatus igitur Iob sic sua narrat
ut nostra significet, quia eciam cum
fideles suos conspicit ad vite ve-
teris culpas redire, eos quos
a novitate magis intuetur perire, co-
git plorare. Predicator quippe egregius
discipulis dicit: Que est enim spes nostra
aut gaudium aut corona glorie?
Nonne vos ante deum? Sancta ergo
ecclesia quasi amissam gloriam
deplorat, cum fideles suos ad vitam
veterem redire considerat. Ait enim:
Dicebam gloria mea renovabitur.
Sancta enim eos quos in novitate militare
credidit vetustis desideriis servire
cognoscit. Arcus autem nomine in sacro x
eloquio aliquando malorum insidie, aliquando
dies iudicii, aliquando vero ipsa ea-
dem sacra eloquia designantur.

Partium quippe insidie figurantur
sicut psalmista dicit Intenderunt arcum
rem amaram. Per arcum quoque dies
iudicii designatur. Sicut per eundem
rursus dicitur. Ostendisti populo tuo dura
potasti nos vino compunctionis
dedisti metuentibus te significationem
ut fugiant a facie arcus. In arcu
enim quanto longius corda tanto ab
eo districtior exit sagitta. Sic ni
mirum sic ex tunc iudicii dies quanto
longius differtur ut veniat. tanto
cum venit de illo districtior sententia
procedit. Ideo autem dulcis nunc
gladiis percutimur ut hiis correcti
parcores tunc in veniam valeamus
unde illic percussimus est. Ostendisti populo
tuo dura. flagella videlicet seculi
que securitis gravius diem iudicii
preveniunt. Potasti nos vino compunc
tionis ut eterna gaudia in lacrimis
querant. Dedisti metuentibus te significationem
ut fugiant a facie arcus. Ac si di
ceret Hoc tempus nunc est illud tempus
iudicii erit. Pista ergo huius
temporis flagella significans quo tunc
percussurus es qui non prece indicas
qui sic districte modo percutis quam
parcis. Alii autem etiam per arcum sacram
scripturam designatur. Ipsa quidem
arcus est ecclesie quia arcus est domini
dequa ad corda hominum sicut fe
rientes sagitte. sic terentes sententie
veniunt. Unde recte quoque psalmista
dicit Arcum suum tetendit et paravit illum
et in ipso vasa mortis sagittas
suas ardentibus effecit. Arcum namque
suum dominus tetendit. quia cunctis peccatori
bus scripturam sacram minas exhi
buit. In quo arcu scilicet vasa mor
tis preparavit. quia per eloquium suum sententiam
eos qui corrigi negligunt dampnat.
xxiij y In quo etiam sagittas suas arden
tibus effecit. quia ad eos quos timore
corrigit. accensos amorum suorum emit
tit. De hoc predicatorum arcu propheta
ys / A dicit Cum sagittis et arcu ingrediuntur
illuc. Quia nimirum sancti apostoli ad feri
endum gentilis vite duriciam cum
districtis amorum spiculis venerunt
Quid igitur hoc in loco arcus nomine

nisi sacrum eloquium debet intelligi
In corda etenim testamentum novum.
In cornu vero testamentum vetus accipitur.
In arcu autem dum in corda trahitur
cornu curvatur. Sicut in hoc eodem sacro
eloquio. dum testamentum novum legitur
duricia testamenti veteris emollitur.
Ad omnia namque spiritalia et blanda pre
cepta illius se littere rigor inclinat
quia testamentum novum dum quasi
quodam bone operationis brachium tra
hitur in testamento veteri severitatis inva
flectitur. Flexi in decenti dicimus cordi
testamentum novum congrue quod deum
carnacione dudum certum est extitisse.
Qui corda ergo trahitur et cornu
curvatur. quia dum in novo testamento
in carnacione mediatoris agnoscitur ad
spiritalem intellectum rigor testamenti
veteris inclinatur. Hinc igitur sanctus vir
dicit Gloria mea semper innovabitur
et arcus meus in manu mea in
staurabitur. Arcus in manu est scriptura
sacra in operatione. In manu etenim
arcum tenet qui divina eloquia
que intellectu cognoscit operatione
perficit. Instauratur ergo arcus in
manu. dum quod quis despicit eloquio
studendo cognoscit vivendo complet.
Hinc etiam Salomon dum fortes spiri
tales pugne describit bellatores ait Cant. 3
Omnes tenentes gladios et ad bella
doctissimi. Quid autem in divina scrip
tura per gladium figuretur. Paulus a
peruit dicens Et gladium spiritus Ephe. 6
quod est verbum dei. Salomon autem non
ait. scientes. sed tenentes gladios. quia
verbum non est mirabile scire sed
facere. Habet quippe sed non tenet gla
dium. qui divinum quidem eloquium
novit. sed per illud vivere negligit.
Et doctus esse ad bella non valet
qui spiritalem quem habet gladium non
exercet. Nam resistere temptationi
bus omnino non sufficit. qui hunc
verbi dei gladium male vivendo
tenere postponit. Bene itaque ecclesia
quasi sub sancti tribulatione deprimitur
malorum habundancia et bonorum copia
pensatur. beati iob vocibus dampna
sua pronunciat dicens Dicebam

Opus est melius
quam scire ::

in nidulo meo moriar et sicut
palma multiplicabo dies. radix
mea aperta est secus aquas et ros
morabit in messione mea. gloria
mea in novabit semper. et arcus
meus in manu mea instaurabitur.
Qui ne videlicet cuncta considerans. neque
qua causa spe fallebatur. Nam persecutor
quisque multos nunc conspicimus eius
auditores. Sed pensat procul dubio
quod exigente persecutoris articulo ex his
plerique hostes eius fiunt qui pacis
tempore cives esse videbantur. Non autem
de omnibus ita desperant. sed tamen
plerumque contingit. ut hii de quibus
maiorem fiduciam fidei habuerunt
ipsi eiusdem fidei hostes atrocio
res fiunt. Ut eos tunc videant
contra sacra eloquia agere. ex quorum
se operatione crediderant hec eadem sacra
eloquia ad predicationis gratiam resta
urare. Quene tunc temporis iam inchoasse
in gemiscimus. cum multos cotidie cernimus
tenuimus. qui aut nolunt operari quod
intelligunt. aut hoc quod sacrum eloquium
intelligere ac nosse contempnunt. A ue
ritate enim avertentes auditum ad
fabulas convertuntur. Dum omnes que
sua sunt querunt. non que ihesu christi
Scripta dei ubique repta opponunt
oculis. sed cognoscere hoc homines
dedignantur. Pene nullus querit scire quod
credidit. Multitudo ergo bonorum
precedentium antiquorum de scriptura dolet
que sacrum eloquium restaurari semper
per studium subsequentium credebat. Se

Incipit liber xx.

Quamvis omnem scientiam atque doc
trinam scriptura sacra sine aliqua
comparatione transcendat. ut taceam quod
vera predicat. quod ad celeste patriam
vocat. quod a terrenis desideriis ad
superna amplectenda cor legentis
inmutat. quod dictis extioribus exercet
fortes et parvulis humili sermone
blanditur. quod nec clausa est ut pavesceri
debeat. nec sic patet ut vilescat
quod usu fastidium tollit et tanto amp
lius diligitur quanto amplius meditatur

quod legentis animum humilibus verbis ad
iuvat. sublimibus sensibus levat.
quod aliquo modo cum legentibus crescit quod a
rudibus lectoribus quasi recognoscitur
et tamen doctis semper nova repperitur.
Ut quo dererum ponderare taceam.
scripturas tamen omnes atque doctrinas ipso
etiam locutionis sue more transcen
dit. Quia uno eodemque sermone
dum narrat textum prodit misterium
et sic scit preterita dicere. ut eo ipso
noverit futura predicere et inmutato
dicendi ordine eisdem ipsis ser
monibus novit. et acta describere
et agenda nuntiare. Sed ecce
beati iob verba sunt. qui dum sua
dicit nostra predicat. Dum quod sancta
ecclesia per sermonem indicat eius sig
nificatione per intellectum sonat. Aut
enim. Qui me audiebant exspec
tabant sententiam et intenti tacebant
ad consilium meum. verbis meis nichil
addere audebant. et super illos stilla
bat eloquium meum. Exspectabant
me sicut pluviam et os suum ape
riebant quasi ad ymbrem serotinum.
Hec et cetera fuisse aperte beatum iob sub
iectorum reverentia indubitanter cre
dimus. Sed sicut sepe iam diximus
sancta ecclesia hereticorum vel carnalium tri
bulationibus pressa preteritorum reminiscitur
temporum. in quibus omne quod libera di
cebat metu a fidelibus audiebatur
et adversariorum suorum presentiam de
plorans dicit. Qui me audiebant
exspectabant sententiam. et intenti ta
cebant ad consilium meum. Ac si
aperte dicat. Non ut hii protervia
tumidi. qui dum veritatis verba
suscipere renuunt predicatores mee
formas quasi docendo preveniunt
Eius enim discipuli intenti ad
eius consilium tacet quia verba
eius non audet impugnare sed
credere. Ut enim ex ipsis perficere pos
sint ea procul dubio non iudicanti
sed sequenti audiunt. de quibus recte
subiungitur. Verbis meis nichil addere
audebant. Quia minime tunc heretici

cum contra hanc libertatem pessima
fuerint effrenati. Dictis eius adde-
re aliquid presumunt. cum predicatoris eius
rectitudine quasi emendare molliuntur.
Quia ad hunc debemus auditoribus
C subdit. Et super illos stillabat eloquium
meum. Iudicat stillatione eloquii quid
aliud quam mensuram predicationis accipi-
mus. quae opus est ut exhortationis gratia singu-
lorum capacitatis ingenio conferatur.
Post haec ergo quam dicitur Verbis meis nichil
addere audebant. reverentia laudatur
audientium. Post hoc vero quam subditur Et
super illos stillabat eloquium meum.
indicatur discretio magistri. Debet
enim subtiliter is qui docet perspicere
ne plus studeat quam ab audiente
capitur predicare. Debet ad similitatem
audientium per semetipsum condescende-
re. dum perennis sublimia. et id
circo non perfectum loquitur se magis
curet ostendere quam auditoribus prodesse.
Iubente autem deo non solum phiale
ad mensam dei tabernaculi. sed etiam
Exo 31 cyati preparantur. Quid enim per phialas
nisi predicatio larga. Quid vero per
cyatos nisi minima et tenuis de deo
locutio designatur. In mensa igitur
dei et phiale parantur et cyati. quia
videlicet in doctrina sacri eloquii non solum
exhibenda sunt magna et arcana
que inebriant. sed etiam parva et sub
tilia. quasi per gustum notitiam pre-
stant. Huius ergo discretissime dispen-
sationis sue. scilicet etiam extremis per-
sonis temporibus reminiscatur et dicit. Et super
illos stillabat eloquium meum. Ubi
apte quoque subditur. Expectabant
me sicut pluviam. et os suum ape-
D riebant quasi ad ymbrem serotinum. Ver-
ba quippe sancte predicationis sicut
pluviam sustinemus. cum verba humilitate
ariditate intimum cognoscimus. ut
potum sancte predicationis intingemus. Un-
de recte deo propheta dicit. Anima mea
sicut terra sine aqua tibi. Hinc docte
fluere in fundi nos propheta amonet
dicens. Sitientes venite ad aquas. Cum
Ysa 77 dum in extrema parte
iam seculi verba sancte predicationis
accipimus quasi ad ymbrem serotinum

os cordis aperimus. Nam si os in corde non
esset psalmista non diceret. Labia dolo-
sa in corde et corde locuti sunt mala. Os ·n·
igitur cordis. quia verbis intendimus E
ultime predicationis hoc velut seroti-
nis aperimus fluentis. Quae nimirum
predicatio ex eius ad nos sacrificio
prodiit. quem propheta testatur dicit. Elevatio ma-
nuum mearum sacrificium vespertinum. Ma-
gis enim redemptor noster in morte mundi sine
dum presentiam protulit. semetipsum sacri-
ficium vespertinum dedit. De hoc ymbre
serotino alias scriptum est Da nobis Deut° 9
pluviam temporaneam et serotinam.
Temporanea quippe pluviam dedit
quia electis suis priori tempore legis
in testamentum dedit. Serotina quoque
pluviam tribuit. quia predicationi diebus
ultimis incarnationis sue mysterium fecit.
Et quia sancta ecclesia cottidie inmittere
non desinit. ora cordis audientium
velut ex ymbre serotino infundit.
Sequitur. Si quando ridebam ad eos non crede- ff
bant michi. et lux vultus mei non
cadebat in terram. Hoc si iuxta hystorie
verba accipimus. credi recte est quod vir
sanctus talem se exhibuerat subditis
ut etiam ridens timeri potuisset.
Sed cum superius patrem pauperum. vi-
duarum consolatorem fuisse se perhibet.
magna valde discretionis res indiget
quo in tanto terrore regiminis. tanta
quoque affuit lenitas et mansuetudo
pietatis. Sine magna enim benignitatis
lenitate non fuit hoc se patrem pau- x
perum et viduarum consolatorem dicat.
Sed rursus sine magna severitate
non potuit etiam ridens timeri. Qu-
ia re. Quid aliud docemur nisi quod terribilis
sit et dispensatio regiminis. ut is qui
preest ea se contra subditos mensura mo-
deretur. quatinus et arridens timeri debeat
et iratus amari. Ut enim nec nimia
letitia vilem reddat. nec inmoderata
severitas odiosum. Sepe enim subiectos
frangimus. dum plus iusto vigorem
iustitie tenemus. Cum profecto vi-
gor iam iustitie non est. si se sub iusto
moderamine non custodit. Et sepe a
disciplinae metu resolvimus subditos

Sitientes venite ad aquas.

Codicem predicatorum. Est de S. li. VI c. 13.

Codicem professum a Rectoris

si nos regimine hylaritatis frena re
laxamus. Quia dum nos quasi
licentes letos aspiciunt audacter ipi
indisciplina replentur. Sed ut rectoris
vultus etiam letus debeat timeri
Necesse est ut ipse sui conditoris vol
tum sine cessacione timeat. Illi in-
menti difficile creditur leticia. que
quod se pro amore dominum continue affli
git a subditis scitur. Que enim in
cessanti estu spiritualis desiderii
superna appetit. valde de ea in
dubium venit. hoc quod aliquando ante
oculos hominum hylarescit. Unde et post
isdem beatus iob non longe dictus
est. Semper enim quasi tumentes su
per me fluctus. timui deum. Sic
quippe metuebat iudicem suum quod
subter imminentes impetus fluctuum iam
iamque moriturus. Cuius ergo mente
tanta meror divini timoris infude
rat. recte hylaritati illius subditi
non credebant. quia cogebatur videri
non credere. cuius cor in timore conditio
ris moverat. quod continua mesticia
tenebat. Hoc quoque modo hystoria
non inconvenienter accipitur quod protinus sub
infertur. Et lux vultus mei non
cadebat in terram. Scriptum quippe est
Pv 18 Oculi insipientum in finibus terre. Rursum
Eccl 2 quod per eundem Salomonem dicitur. Oculi
C sapientes in capite eius. Paulus
quoque ait. Caput viri Christus. Oculi
1 cor 11 ergo sapientes in capite eius sunt. qui
redemptoris sui opera que imitari de
beant semper contemplantur. Lux itaque
vultus huius in terram non cecidit. quia
ea que terrena sunt pro concupiscentia non
aspexerit. Sed quia superficie hystorie
sub breuitate discussimus. quid in hiis de
intellectu mistico lateat perpendamus
per sciam Quia esse Christum et ecclesiam plerumque
iam diximus. et sepe vox capitis ad
vocem corporis. Sepe vox corporis
ad vocem capitis transit. Quia enim sunt
in carne una nil obstat ut queniant
etiam in voce una. Dicat ergo ex voce
capitis de electis suis dicat etiam. Si
quando ridebam ad eos non credebant michi

Ridere autem dei est secundum vias prescriptas
favore prosperari. Hinc deceps dicitur
Pu illum quoque quos in hoc seculo h iij
felicitatis blandimenta comitantur. Ar
risit illis tempus. Hinc econtra ira
appellatur domini. a bonis actibus iudicium.
sicut scriptum est. Nequam irascatur dominus
et pereatis de via iusta. Sic igitur irasci
dominus perhibetur. cum via iusticie homines
perdunt. recte arridere dominus dicitur. cum
iam bona opera favor superne gratie
comitatur. Sed electi quique quamdiu I
in hac vita sunt securitatis sibi
confidenciam non permittunt. homines enim
omnibus contra temptamenta suspecti.
occulti hostis insidias metuunt.
Quia etiam cessante temptacione
ut sola quaerunt suspicione turbantur.
Nam sepe multum gravius periculum
in cauta securitatis sunt ut callidi
hostis insidias non temptati sed etiam
persentiant cognoscentes. Vigilandum quippe K
semper est. ut continue sollicita nunquam
relaxetur in tercio. ne superna et la
boriosa deserens in fluxioribus cogita
cionibus quasi in conuersatione mollibus
sternatur iaceens. Veniente corruptore
deprauatus mens soluta prosternitur. Sepe
vo est ad eternitatem ad usum erigendus
animus. semper contra occultas insidi
as cautela providenda. Hinc etenim
Abacuk propheta ait. Super custodiam 2
meam stabo. Hinc rursus scriptum
est. Statue tibi specula. pone tibi ama ys 21
ritudines. qui evangelizas syon.
Hinc per Salomonem dicitur. Beatus qui L
semper est pavidus. qui autem mentis
est dure corruet in malum. Hinc pv 28
item dicitur. Uniuscuiusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos. Nocturni Ca 3
quippe timores sunt insidie temptacionis
occulte. Ensis autem super femur est
custodia vigilans carnis illecebras
premens. Ne igitur nocturna occulta
et repentina temptacio sub
repat. necesse est ut femur nostrum semper
positus custodie ensis premat.
Electi etenim viri sic desperent cum sunt
ut tamen semper de temptacione suspecti sunt
quippe quibus dicitur. Servite domino in timore

et exultate ei cum tremore. Ut et de
spe exultatio, et de suspicione nascatur
timor. Quorum voce item psalmista ait:
Letetur cor meum ut timeat nomen
tuum. Ubi notandum quod non ait letetur
ut securum sit, sed letetur ut timeat.
Meminit namque quamvis eorum qua-
cumque perficiatur, quia adhuc intra vitam
sunt in temptatione. Dicente per se Iob:
Iob 7 Temptatio est vita hominis super terram.
Meminerunt rursum quod scriptum est: Corpus
Sap 9 quod corrumpitur aggravat animam, et de-
primit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Meminerunt et ince-
rtitudine et certitudinem stabilem pro-
mittere non presumunt, sed positi inter
gaudium spei et temptationis metum
confidunt et timent, confortantur et
titubant, certificantur et suspecti sunt.
Bene ergo per vocem electa membra sub fi-
gura nostri capitis dicitur: Si quando riderem
ad eos non credebant. Quia redem-
ptori nostro quasi arridenti non credimus
dum multis iam donis ditamur
et gratiam favoris eius accipimus
et tamen adhuc sub eius iudicio
de nostra infirmitate titubamus. Vide-
Act 9 amus quomodo iam Paulo arriserat, qui per super-
nam gratiam in tempore adhuc esse non presumpsit credit
tionis metu; iam e celo illi lo-
quens dominus, clausos in tenebris oculos a-
periens, exterius claudens, prius sue
maiestatis ostendit, iam de eo anime
dixit: Vas electionis michi est iste; iam
ad tertium celum raptus fuerat, iam
in paradiso ductus archana verba que
dicere non possunt audierat. Sed tamen
adhuc timendo dicit: Castigo corpus
1 Cor 9 meum et in servitutem redigo, ne forte aliis
predicans ipse reprobus efficiar. Ecce
arridenti domine gratie etiam credit
ipse, et non dum tamen credit psecu-
ritatem. Nam quia bene hec verba
redemptoris nostri vocibus cognoscitur, etiam
Q subiuncta testatur cum dicitur: Et lux vultus
mei non cadebat in terram. Quid nam-
que terra nisi peccator vocatur? Cui primo summa
dictum est: Terra es et in terram ibis.
Gen 3 Lux ergo vultus domini nequaquam in
terram cadit, quia visionis eius

claritas peccatoribus non apparet. Scriptum Ys 26
namque est: Tollatur impius ne videat M
gloriam dei. Quasi enim lux in terram cadet N
si in extremo iudicio veniens claritatem
maiestatis sue peccatoribus aperiret. Sed
si hec verba ex voce sancte ecclesie sus-
cipimus, non incongrue intelligere possumus
lucem vultus eius predicantium non cadere,
quia occupatis in terrenis negotiis
vetat summa sue contemplationis myste-
ria predicare. Dicitur enim infirmis for-
tia prohibet, ne dum incapabilia
audiunt predicationis verbis quibus sub-
levari debuerant opprimantur. Lux quippe
ipsa corporea que oculos sanos irradiat
infirmos obscurat. Et dum lippientibus
oculis clarius sol intenditur, plerumque eis
cecitas ex luce generatur. Bene itaque ecclesia
oppressa persecutionis tempore meror ante
petite in districtionis sue dicat: Lux
vultus mei non cadebat in terram. Sed
quia ex eius capite hec verba intelligere
cepimus, tempus adhuc quod sequitur exponimus.
Nam subditur: Si voluissem ire ad eos O
sedebam primus. Quia in corde reproborum
priori loco actiones carnis sunt et pos-
teriori actiones anime, in eorum paul-
dubio cogitationibus Christus non primus
sed ultimus sedit. Sed electi quicquid quia
pre omnibus que sunt eterna cogitant, et pos-
teriori cura ac minima si qua sunt
temporalia disponunt, quibus et magistri vo-
ce dicitur: Querite primum regnum dei et Mat 6
iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis.
In quorum corde dominus primus sedit. Ubi
apte premittitur: Si voluissem ire ad
eos. Quia enim sicut scriptum est omnia Eph 1
operatur secundum consilium voluntatis sue,
nos prius nostra mittit, sed quod ipse ita ut
vult visitatione sua dominus nos illustrat,
ita et cum vult veniet. Cum venit primus
sedit, quia et adventus eius in corde
non continuus est, et appetitus eius desiderium
cogitatione nostra ceteris equalis non est.
Sequitur: Cumque sederem quasi rex circumstante P
exercitu, eram tamen merentium consolator.
Qui rex dominus sedet in corde, quia cuncti
strepentes regit animorum motus
intenti cogitatione. In mente quippe
quam inhabitat, dum torpentia ex

citat, inquieta frenat, frigida accen-
dit, accensa moderatur, emollit rigi-
da, fluxa restringit. Ex ipsa hac di-
versitate cogitationum quasi quidam ei
exercitus circumstetit. Fuit ergo quasi rex se-
dit circumstante exercitu, quia preest illi
mentibus electorum circumstat turba virtutum.
C Cum tamen merentium consolator est, ea
promissione qua dicit: Beati qui lugent
mt 7 quoniam ipsi consolabuntur. Et rursum: Videbo
vos et gaudebit cor vestrum et gaudi-
Io 16 um vestrum nemo tollet a vobis. Et-
si non quod de sancte ecclesie capite diximus
nil obstat si ad vocem quoque eiusdem
ecclesie referimus. Intra quippe ordo
electorum quasi rex presidet, quem fidelium
suorum turba circumstat. Cuius scilicet mul-
titudo fidelium recte quoque exercitus dicitur,
quia in procinctu bonorum operum indesine-
ter contra certamina temptationum bella pro-
peratur. Cordaque merentium sancta ecclesia
consolatur. Dum presentis peregrinationis erumpnis
afflictas mentes electorum pensat et
has eterne patrie promissione letificat.
Considerat etiam quod cogitationes fidelium
divisio sint timore perculse et quos
de deo conspicit districta audisse et
timent agit quoque quatenus et mansuetudinis
pietatis eius audiant et presumant. Sic
namque sancta ecclesia fidelibus suis
de pietate et iusticia redemptoris in
predicationis serie spem miscet et
metum, quatenus nec incaute de misericordia
confidant, nec desperate iusticiam grande
timeant. Nam ubi sui capitis formi-
dantes resonet dicens: Noli time-
Luc 12 pusille grex, quia complacuit patri
meo dare vobis regnum. Atque iterum
presumentes terret dum dicit: Vigi-
mt 20 late et orate ne intretis in temptationem.
Rursum formidantes resonet dicens:
Luc 10 Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in
celis. Sed in semetipsis presumentes te-
ret cum ait: Videbam sathanam sicut
fulgur de celo cadentem. Formidantes
resonet dicit cum: Oves mee vocem
Io 10 meam audiunt et ego agnosco eas
et sequuntur me et ego vitam eternam do
eis et non peribunt in eternum. Sed in se-
metipsis presumentes deterret dicens:
Dabunt signa magna et prodigia
ita ut in errorem inducantur, si potest
fieri, etiam electi. Formidantes resonet cum
dicit: Qui perseveraverit usque in finem mt 10
hic salvus erit. Presumentes deterret
dicens: Cum venerit filius hominis putas Luc 18
inveniet fidem super terram? Metuen-
tes resonet, cum latroni dicit: Hodie Luc 23
mecum eris in paradiso. Sed presumen-
tes terret, cum Iudas ex apostolatus gloria
in tartarum labitur. De quo prescientie diffinitione
dicit: Duodecim ex vos elegi et unus ex Io 6
vobis dyabolus est. Formidantes resonet
cum dicit: Si dimiserit vir uxorem
suam et recedens ab eo duxerit virum Ier 3
alterum, numquid revertetur ad eam ultra?
numquid non polluta et contaminata erit
mulier illa? Tu autem fornicata es
cum amatoribus multis, tamen revertere ad me
dicit dominus. Sed presumentem deterret cum dicit:
Quid clamas super contritione tua? In- Ier 30
sanabilis est dolor tuus. Formida- Ier 3
tem refovens dicit: Ergo saltem amodo V.
voca me: Pater meus dux virginitatis mee R
tu es. Sed presumentem deterret dicens: Pa-
ter tuus amorreus et mater tua cethea. Ezech
Formidantes resonet cum ait: Revertere 16
aversatrix Israel et non avertam faciem meam
a vobis, quia sanctus sum ego dicit dominus
et non irascar in perpetuum. Sed presumen-
tes terret cum propheta sub transgressione
plebis dicens: Tu non assumas pro eis Ier 11
laudem et orationem, quia non exaudiam
in tempore clamoris eorum ad me, in tempore
afflictionis. Quia si steterint coram me
moyses et samuel non est anima mea
ad populum istum. Bene itaque etiam audi-
torum suorum mentem et de misericordia benignitate
sublevat et de iudicii districtione per-
turbat, quatenus in predicatione sua dum
sibi utrumque permiscet, electi eius nec
de exhibita iusticia presumant nec
de perpetrata iniquitate desperent. Sed
hoc quod ait: Cumque sederem quasi rex
circumstante exercitu, eram tamen merentium con-
solator. Sciendum nobis est quod valde
edificare lectorem etiam mixta hystoria B
potest, si perpendat quo bonis moribus
mixta sit et regendi auctoritas et
consolandi benignitas. Ait enim: Cumque

sedebam quasi rex circumstante exercitu
erat auctus regiminis. eram tamen
merentium consolator. erat ministerium pietatis.
27 di. Disciplina Disciplina enim vel misericordia multum destituitur
si una sine altera teneatur. Sed circa subditos
suos inesse rectoribus debet et iuste con-
sulens misericordia. et pie seviens disciplina.
Hinc est quod semivivi illius vulneribus qui
a samaritano in stabulum ductus est
et vinum adhibetur et oleum. ut per vinum
mordeantur vulnera. et per oleum foveantur. quatenus
unusquisque qui sanandis vulneribus preest. in
vino morsum districtionis adhibeat. in
oleo mollitiem pietatis. Per vinum mundentur
Luc 10 putrida. per oleum sananda foveantur. Admis-
cenda ergo est lenitas cum severitate
faciendum quoddam ex utroque temperamentum
ut neque multa asperitate exulcerentur
subditi. neque nimia benignitate dissolvantur.
Hoc nimirum illa tabernaculi archa signi-
Gen 27 ficat in qua cum tabulis virga simul
et manna est. quia cum scripture sacre
scientia in boni rectoris pectore. sic virga
districtionis sit et manna dulcedinis.
Hinc etiam David ait. Virga tua et
baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga
enim percutimur. et baculo sustentamur.
Si ergo est districtio virge que feriat. sit
et consolatio baculi que sustentet. Sit itaque
amor. sed non emolliens. sit rigor
sed non exasperans. Sit zelus sed non
immoderate seviens. sit pietas sed non plus
quam expedit parcens. Intueri libet in
moysi pectore misericordiam cum severitate
sociatam. Videamus pie amantem et
discrete sevientem. Ecce cum israheliticus
populus ante dei oculos pene inexcusabiliter
Exo 32 contraxisset offensam. ita ut eius rector
audiret. Descende peccavit populus tuus
vj. c Ac si ei divina vox diceret. Iam in
tali peccato lapsus est iam meus non est
atque subiunget. Dimitte me ut irascatur
furor meus contra eos. faciamque
te in gentem magnam. Ille semel et
iterum pro populo cui preerat obiecit se ad
impetum dei irascentis opponens ait
Aut dimitte eis hanc noxam. aut si non
facis dele me de libro tuo quem scripsisti
Pensemus ergo quibus visceribus eundem

ipsum amavit. pro cuius vita de libro vi-
te se deleri petiit. Sed tamen iste qui tanto
eius populi amore constringitur contra eius
culpas pensemus quanto zelo rectitudinis
accendatur. Mox enim peticione prima
culpe veniam obtinuit ne delerentur
Ad eundem populum veniens ait. Ponat
vir gladium suum super femur suum. ite
et redite de porta usque ad portam per
medium castrorum et occidat unusquisque
fratrem suum et proximum suum. Ceciderunt
in illo die quasi viginti tria milia
hominum. Ecce qui vitam hominum etiam cum
sua morte petiit. paucorum vitam gladio
extinxit. Intus arsit igitur amoris. foris
accensus est zelo severitatis. Tanta
fuit pietas ut se pro illis coram domino
morti offerre non dubitaret. tanta seve-
ritas ut eos quos divinitus feriri
timuerat. ipse iudicii gladio feriret.
Sic amavit eos quibus preerat ut pro
eis nec sibi parceret. et tamen delinquentes
sic persecutus est quos amavit ut eos
etiam domino parcente persequeretur. Utrobique
legatus fortis. utrobique mediator ad-
mirabilis. Causam dei apud deum precibus
causam dei apud populum gladiis alle-
gavit. Intus amans divine ire sup-
plicando obstitit. foris seviens culpam
feriendo consumpsit. Succurrit cunctis omnibus
omnia morte paucorum. et ideo apud
deus fideles famulos cunctis exaudivit
ordinando populo. quia videt quid super
ipsum acturus esset ipse pro eo. In regi-
mine ergo populi utrumque moyses mis-
cuit. ut nec disciplina deesset misericordie
nec misericordia discipline. Unde hic quoque
mixta utraque continere dicitur. Cumque sederem
quasi rex circumstante exercitu. eram tamen
merentium consolator. Sedere quippe circum-
stante exercitu vigor est ac disciplina
regiminis. merentium vero corda consolari
ministerium pietatis. Sed quia in hoc vite
est ut expositionis sermo ad spiritalem in-
telligentiam recurrat. Sed etiam ad ista
vires sui ex ... temporibus prestita remis-
cet. transacti intra regiminis reminiscitur
et quanta affecti exhibuit beneficia pietatis
cum disciplina et timina tunc a levibus

irridetur. Unde et subditur. Cap. xxx.
Nunc autem derident me iuniores
tempore. Omnes heretici eterni universalis ecclesie
comparatione iuniores tempore cognitione vocantur
quia ipsi ab ea non autem ipsa ab illis
egressa est. Unde recte per iohannem dicitur. A nobis
exierunt sed non erant ex nobis. nam
si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum.
Iuniores ergo tempore sanctam ecclesiam
irrident. cum hi qui ab ea egressi sunt
doctrine eius verba despiciunt. De quibus
adhuc subditur. Quorum non dignabar patres
ponere cum canibus gregis mei. Cuius
est grex sancte ecclesie nisi multitudo fidelium
Vel qui huius gregis canes vocantur
nisi predicatores sancti. qui eorum de-
custodes exstiterunt. Magnos ut ita
dixerim latratus predicationis dederunt
De quibus eidem ecclesie propheta dicitur.
Lingua canum tuorum ex inimicis. Non
nulli quippe ab ydolorum cultibus
vocati facti sunt predicatores domini. Lingua
ergo canum ecclesie ex inimicis processit. quia
eos ipsos gentiles dominus etiam predicato-
res fecit. Unde iudeorum tarditas qui
pro deo loqui noluerunt increpatione prophetica
reprehenditur qui ait. Canes muti non
valentes latrare. Patres vero hereticorum
dicimus eos videlicet quos heresiarchas vo-
camus. De quorum prava predicatione
id est locutionis semine sequentes ipsi ter-
rore sunt generati. Beata ergo ecclesia
cum canibus gregis sui hereticorum patres
ponere dedignatur. quia tutores errorum
diiudicando respuit. eorumque mentes veros
patres immeritos contempnit. Qui etsi
visi sunt quosdam a gentilitatis
errore revocasse quosdam mores
ad honesta docuisse agenda. Pro eo
tamen quod de deo non recte senserunt
eos cum canibus gregis sui non ponit.
quia cum veris predicatoribus non ascribit.
Liquet enim quod arrius. fotinus. mace-
donius. nestorius. euticius. dyos-
severus. multique alii atque suadendo
contra se patres viri. sed errores eorum
sancta universalis ecclesia districta virtute di-
iudicans inter custodes gregis sui non
numerat. Quos eisdem gregis virtutem

dissipantes dampnat. De quibus voce
pauli ephesiis dicitur. Scio quia post dis-
cessum meum ingredientur ad vos lupi
graves non parcentes gregem. Et quia
non numquam heretica quanto magis in per-
fidie errore dilabitur. tanto amplius
in exteriori operatione custodiunt ita ut
agere perfectis magna videatur. Sancta
universalis ecclesia. cuncta eorum opera
despicit. que ex auctoritate dei possidere
non pendit. Unde recte quoque beati iob
voce subiungitur. Quorum virtus manuum
erat michi pro nichilo. et vita ipsa
putabatur indigna. Virtus quippe in
manu est magnitudo in operatione
sed virtus manuum hereticorum sancte ecclesie
pro nichilo ducitur. quia nullius esse
meriti conspicit. vera fide predi-
quod operantur caritate quippe dei et
proximi [illegible] desperant. qui et dono
sancta sententia [illegible] gradu dividunt. sed
virtutem manuum sine caritate testatur
predicator egregius nichil valere qui ait
Si distribuero omnes facultates me-
as in cibos pauperum. Et si tradidero corpus
meum ita ut ardeam nichil mihi prodest.
Non numquam vero heretici signa quoque ac mi-
racula faciunt. sed ut hic premia afflic-
tionis sue abstinentie recipiant. videlicet
laudes quas querunt. Unde voce redemp-
toris dicitur. Multi dicent in illa die
Domine domine nonne in nomine tuo prophetavi-
mus. et in tuo nomine virtutes mul-
tas fecimus. Et tunc confitebor illis. quia
numquam novi vos discedite a me
qui operamini iniquitatem. Quam ni-
mirum sententiam quid datur intelligi nisi
ut in honoribus caritatis humilitatis non
autem virtutum signa venerari. Unde nunc
sancta ecclesia. etiam si qua signa fiant
hereticorum miracula despicit. quia hec
sanctitatis speciem non esse cognoscit. Pro-
batio quippe sanctitatis non est signa facere.
sed unumquemque ut se diligere. De deo
vero vera. de proximo autem meliora
quam de semetipso sentire. Nam quia vera
virtus in amore est. non autem in ostensione
miraculi. virtus demonstrat que ait.
In hoc cognoscent omnes quia discipuli

+ Cum iam per domino pro diurnis noctur-
nis quoque vigiliis intenti clamaverit

mei estis si dilectionem habueritis ad in-
uicem. Quam enim non ait. In hoc cognos-
cent quia mei discipuli estis si signa
feceritis sed ait. Si dilectionem habue-
ritis ad inuicem. Apte ergo dicitur quod
veros dei famulos non miracula
sed sola dei caritas probat. Testimonium
ergo superni discipulatus est donum
fraterne dilectionis. Quam videlicet dilectionem
quia omnes heretici habere refugiunt
dum ab uniuersalis ecclesie unitate
diuiduntur, iure decens dicitur. Quorum virtus
manuum erat michi pro nichilo. Et
quia eandem sibi quam exhibet nulla
humilitate ~~concordat~~ / Recte subiungitur
Et uita ipsa putabantur indigni. Sancte
ecclesie omnes hereticos scilicet eciam uita
ipsa fatetur indignos. quia nimirum sub
nomine christi militant contra nomen christi
Quibus adhuc subditur. Egestate et
fame steriles. Omnis heretici dum istius
eloquio plus secreta dei student
perscrutari quam capiunt fame sua ste-
riles sunt. Neque enim ea querunt de quibus
ad humilitatem semetipsos erudiant
mores in tranquillitate disponant pa-
tientiam fouent longanimitatem exhibeant
sed ea solummodo que eos doctos ac lo-
quaces demonstrent. Ipsa scire appetunt
ex quibus singulariter eruditi videantur.
Plerumque enim audacter diuina dum in-
tentant, cum semetipsos miseri nesciunt
Egestate ergo ac fame sua steriles
sunt. qui ea scrutari desiderant
ex quibus bona opera non prodeant. Ultra
se quippe sunt que scrutantur. Dum quod ad
hoc tendunt quod comprehendere nequeunt
ea cognoscere negligunt ex quibus erudiri
poterant. Quorum bene eorum audaciam
predicator egregius refrenat dicens
Non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere
ad sobrietatem. Hinc Salomon ait
Prudentie tue pone modum. Hinc
rursum dicitur Mel inuenisti comede
quod sufficit tibi ne forte saturatus
euomas illud. Dulcedinem quippe spiritualis
intelligentie qui ultra quam capit come-
dere appetit eciam quod comederat uo-
met. Quia dum summa intelligere

hereticorum
iudicium
studij

ultra vires querit, eciam quod bene intellexit
amittit. Hinc rursum dicitur. Sicut qui
multum mel comedit non est ei bonum
sic qui scrutator est maiestatis opprimetur
a gloria. Gloria quippe inuisibilis condito-
ris que moderate inquisita nos erigit
ultra vires perscrutata premit. Itaque
heretici quia de sublimi intelligentia
quanto amplius repleri ambiunt tanto
amplius inanescunt. Bene decens dicitur Eges-
tate et fame steriles. In modum namque
quod ausibus cogitacionis superne scientie quo
plus appetunt plus amittunt. Ac contra
hii qui in sancta ecclesia vacant sunt humiles
et vacant sunt docti deserere celesti-
bus quedam considerata intelligere
et quedam incelata venerari ut quod intelli-
gunt venerantur teneant et quod necdum
intelligunt humiliter expectent. Unde ubi
per Moysen dicitur. Ut comederetis agnum
quicquid de eo reliquum fuit igne comburatis.
Agnum quippe comedimus cum nostra
dominice humanitatis misteria intelligendo reco-
dimus in ventre mentis. Ex agno quidem
nobis remanet que comedi nequi-
mus, quia multa adhuc de illo restant
que intelligi nequaquam possunt. Que tamen
igni comburenda sunt, quia ea que capere
de illo non possumus humiliter spiritui sancto
reseruemus. Que plerumque humilitas ea
etiam electorum sensibus aperit que ad in-
telligendum impossibilia esse videbantur. Nam
pro se hereticorum mentes dum sibi superbe
intellectum priorum tribuunt quod certus
dare summas etiam dei cognitionis presu-
munt. Unde fit ut ipsa eos elatio que
intus apud semetipsos eleuat foris a
ueritate repellat, unde decens dei ex-
teriora capiunt qui secreta spiritualia
penetrasse se singulariter putabant.
Unde hic quoque subditur. Qui rodebant
in solitudine squalentes calamitate
et miseria. et mandebant herbas
et arborum cortices. Rodi solet quod co-
medi non potest. Heretici autem quod scripture
sacre intelligere sua uirtute molliuntur
ea penitus apprehendere nequaquam possunt
Quia dum non intelligunt quasi non
edunt. et quia superna gratia non

Epo 12

Agnus pa-
schalis editur

adiuti ea ede(re) nequiunt. q(ui)a quib(us) sa
cram mysteriis rodunt. Ex(ter)ius quippe
contrectant et quide(m) comedunt sed no(n)
ad eius interiora p(er)ueniunt. Cum q(ue)
ab uniuersitatis ecclesie disiuncti sunt
non q(ui)b(us) rodere sed in solitudine inco-
lunt. Ad qua(m) nimiru(m) solitudine(m)
quia p(re)dicatores falsi sectatores suos
trahent longe an(te) ueritas p(re)monuit
[Mt 24] dicens Si dixerint uob(is) ecce in deserto
est nolite exire. Cum rec(te) p(er)hibent(ur)
calamitate et miseria squalidi quia et
moru(m) p(ri)uati sunt et sensum p(er)uer(si)tate
desipiti. Cum herbas quoq(ue) et arboru(m)
cortices mandunt. quia elationis sue
obice repulsi in sacro eloquio mag(is)
et intima pape nequiunt sed uiliora
[queda(m)] tenera et exteriora cognoscunt. Her-
bas quippe dicta planiora. p(er) arboru(m)
cortices p(r)i(scoru)m eloquia exteriora
designant(ur). Cum ergo ea scire appe-
tunt ex quib(us) docti nequaq(uam) sunt
sed esse uideant(ur). dum in sacris uoluminib(us)
uim caritatis erga deum ac p(ro)ximum
medullitus non exquirunt. quasi ex herba
uel cortice pascuntur. quia uel prima
sunt uel exteriora que mentes superbie
cu(m) intuunt(ur). [a] Vel certe herbas mande-
re est despecta scriptura minima precepta
seruare maiora contempne(re). Quos ita
uiuentes bene increpat ueritas dicens
[Mt 23] Ve uobis scribe et pharisei ypocrite qui
decimatis mentam et anetum et cymi-
num et reliquistis que grauiora sunt
legis. Cum arboru(m) quoq(ue) cortices
mandunt. quia sic non nulli in sacris
uoluminib(us) sola(m) littere superficiem uene-
rant(ur) ut quidq(ue) de spiritali intellectu
custodiunt. cum nichil in uerbis dei
a(m)plius q(uam) hoc q(uod) exterius audierit
suspiciat. Quos tamen inuicem erudit
sine tamen gl(ori)e appetitu possid(ent)
corp(us) honoris et dignitatis captiuos
tenent. Et plerumq(ue) p(ro)p(ri)a que loquuntur
nichil aliud q(uam) terrena lucra appe-
tunt. De quib(us) Paulus d(icit) Huiusmodi
enim xpo non deseruiunt sed suo uentri
[x] [b] Cum recte quoq(ue) subiungit(ur). Et radix
iuniperorum erat cibus eoru(m). Arbor

uaq(ue) iuniperi p(ro) foliis punctiones
h(abe)t. Sic quippe sunt hyrsuta que
p(ro)ferunt. ut spinis folia contrectantem
pungere valeant. Spina vero est peccatum
quia dum trahit ad delectationem quasi
pungendo laniat mentem. Unde iusti
uoce penitentis d(icitu)r. Conuersus sum
in erumpna mea dum confrigit(ur) spina.
Quia uidelicet mens ad lamenta uertitur
ut peccati punctio penitendo frangatur.
In translatione uero alia confligi sed con-
figi spina p(er)hibet(ur). Quod uidelicet ab eode(m)
sensu non dissonat. quia penitentis animus
ad luctum ducit(ur). du(m) p(er)petrati culpa
in memoria fixa retinet(ur). Quid ergo
p(er) radicem iuniperi n(isi) auaritia de-
signat(ur) ex qua peccator(um) om(n)es spine
p(ro)deunt. De qua Paulus dicit
Radix om(n)ium maloru(m) est cupiditas [1476]
Ipsa quippe latenter oritur in mente
sed punctiones peccatoru(m) om(n)ium patent(er)
p(ro)ducit in opere. Quas uidelicet punctiones
ab hac radice surgentes statim p(re)dica-
tor egregius insinuat cum subdit
Quam quidam appetentes errauerunt
a fide et inseruerunt se doloribus multis.
Qui enim multos dolores dixit quasi [c]
nascentes innotuit ex hac radice
punctiones. In iuniperis spinis peccati.
In radice impiorum. quid aliud quam [vo]
auaritia(m) intelligimus peccator(um). Quam igitur [i. ina]
plerumq(ue) heretica sola in uerbis sine lucro [bre]
exteriora sectat(ur). Nec ignorant quia p(ro)pria
astruunt. sed erroris p(re)dicamenta non de-
serunt. dum superius pape quasi doctorum
uolunt. Bene ergo de eis nunc sancti uiri uoce
d(icitu)r. Et radix iuniperorum erat cibus
eoru(m). Quia dum toti mentis sue
sensibus auaritiam cogitant quasi ex alimento
uescunt(ur). De quo nimiru(m) procul dubio
peccator(um) sequuntur punctiones solent.
Cum si qui in sacro eloquio quidam
quasi prudentes inueniunt que tamen non
intelligunt p(ro)prius esse assertionibus suppri-
munt. morum ipsis auditoribus miseris
sunt. quorum non animas sed res appe-
tunt. Hi uociferantes assurgunt. Unde
congrue subiungitur. Cum de conualle is-
ta rapientes cum singula reppererint

ad ea cum clamore currebant. Decora-
libus ista iungunt. quia heretici diversis similibus
dicta prius sibi superbe colligunt. Que
dum pro suis sensibus preferri in venisse
gloriantur ad ea cum clamoribus currunt
quia videlicet omne quod sentiunt appetitu
laudis ad auras honoris diffamare
conantur. Sequitur. In desertis habitabant torre-
tium et in cavernis terre vel super glaream.
Torrentes dicimus rivos qui aquis
hyemalibus colliguntur sed estivis temporibus
arescunt. Iure itaque inventores per-
versorum dogmatum torrentes vocantur. quia
a calore caritatis frigidi quasi in tempore
quodam hyemalis excrescunt qui non
perenni plenitudine profluunt, sed a
catholicorum allegationibus quasi estivis
solibus exsiccantur. Et quidem inventores
pravorum dogmatum contra scilicet ecclesiam
exorti favore iam vitalis extincti
sunt. Sed tamen eorum discipuli ea
que ipsi docuerunt tenere ac defendere
non desistunt. Hii ergo qui illorum
sequuntur errores in desertis torrentium
habitant id est in eorum predicatione confidunt
quorum eloquia catholicorum iam ratio-
cinatione siccata sunt. Quid vero
aliud cavernas terre quam occultas here-
ticorum predicationes accipimus. Hii enim
inter se heretici clandestinis conven-
ticulis coeunt, ut errori suo reveren-
ciam quam ex ratione non valent prebe-
ant ex occultatione, et in suis malis
privatis studio tanto venerandus appa-
reat quanto secretius. Unde apud
Salomonem mulier ex typo hereseos
suadet dicens. Aque furtive dulciores
sunt et panis absconditus suavior.
Que occulta scilicet predicamenta detesta-
veritas dicens. Si quis vobis dixerit
Ecce hic est Christus vel ecce illic nolite credere.
Et rursum. Si dixerint vobis. Ecce
in deserto nolite exire. ecce in pene-
tralibus nolite credere. Sicut enim fulgur
exit ab oriente et paret usque in occi-
dentem ita erit adventus filii
hominis. Hoc itaque illic in penetralibus
quod hic dicitur in cavernis. In cavernis ergo
heretici habitant quia plerumque errorem
suum secretis predicationibus occultant
Ut quo se doctoribus presentibus non
indicant. eos ad se imperitos trahant
Unde etiam bene subditur. vel super glaream.
Glaream quippe illos minutissimos
lapillos dicimus. quos aqua fluminis
trahit. Doctores igitur pravorum dogmatum
super glaream habitant. quia illas hominum
mentes trahunt que nulla soliditate
stabiliuntur, quas velut ad locum fluminis
erroris ducunt. Unde et predicator egre-
gius cum auditores suos non trahi
duci sed forti cuperet solliditate sta-
biliri ammonuit dicens. Ut iam non
simus parvuli fluctuantes. nec circumferamur
omni vento doctrine. Recte itaque etiam
ab adversariis modicum depressa cum
sibi audaces eruditam mentes in-
sultare conspexerit, quod eorum conversatio fu-
erit ad memoriam ducit dicens
In desertis habitabant torrentium et in caver-
nis terre vel super glaream. Quia enim
eorum pravitas predicatio amisso igne
caritatis ex frigore mentis coaluit
profecto in torrentium desertis habitant.
Quia vero aperta et libera non sunt in
cavernis latent. Quia autem plebem
non fixam sed mobilem tenent non
super petram sed super glaream manent.
De quibus adhuc adiungit. Qui inter
huiuscemodi letabantur. et esse sub sentibus
delicias putabant. Quid in nomine sentium
nisi eas quas supra diximus punctio-
nes intelligimus peccatorum. quia ante
perverse mentes gaudent in ignominiis
quas flere debuerant. Omnis hereticus tan-
to se in sua gloria extollunt. quanto
magis ad peiora convalescunt, atque
esse sub sentibus delicias deputant,
quia inde perversam mentem ad gau-
dium sublevant unde punctiones peccatorum
perpetrant. Nam si quem ad errorem suum
valuerit quempiam trahere se se prelatum
iactitat. atque inde sibi penam cottidie
etiam alios perdendos congregat unde
se quasi ducem ad misterium exaltat. Hii
ergo dicuntur. Qui inter huiuscemodi letabantur
et esse sub sentibus. Trahunt enim quos
valent ad predicationem suam et sub peccatis

Ambitio duobus modis fit: lingua / violentia

esse vel culpis culpas addere credunt
se internam opulentiam cumulare. Sed
G filii stultorum et ignobilium et in terra
penitus non parentes. Eorum videlicet filii
qui sunt errorum magistri filii ante
dicuntur. non de eorum semine sed de
imitatione generati, qui docendo perversa
stulti sunt per ignorantiam vivendo
nequiter ignobiles per actionem. Quam
redemptori nostro nulla sapientie nulla
vite cognatione coniuncti sunt. De
quo Salomonis voce in laude ecclesie
sancte dicitur. Nobilis in portis vir
eius. Hii itaque qui perversa errantium exempla secuti sunt filii
stultorum et ignobilium esse memorantur.
Recte autem subiungitur. Et in terra penitus
non parentes. Quia dum hic videri aliquid appetunt. nimirum eterna vite
exsortes fiunt. Sed hoc quod in
hereticorum typo diximus. eo nil obstat si etiam deprensis atque carnalibus quamvis in recta fide positis
sentiamus. Nec ecclesia sancta electorum etiam
solos sibi ad adversarios deputet. qui
ab eius fide positi eos dissentiant.
Sed eos quoque qui vitam illius male vivendo in sinu premunt. Contemplatur igitur ecclesia universis ad
exterius afflicta. quo perversitatis
sue tempore in iniquorum et inter contemnentium pravitate gravata sit. Contemplatur quod exigentibus meritis suis
eadem non in misterio in illa vita turbata sit omnis et dicat. Qui rodebant in solitudine squalentes calamitate et miseria. Sic in prima
H hominis operis parte perfectus sumus pro
virtute contemplationis non inmerito
solitudo intelligitur solitudo mentis. Sed
hoc in loco tunc solitudo pravorum ingratorum dicitur. quid aliud quam boni
destitutio designatur. Unde et sub
Iudee typo Jeremias peccatorum animam
deplorat dicens. Quomodo sedet sola
plebitas civitas plena populo. Sed
cum per beatum Iob dictum est Qui rodebant in solitudine. Licet intueri
hoc etiam quod per Salomonem dictum

est. Inimici eius terram lingent. Duo
sunt genera hominum ambitiosorum sive preter mentium.
unum videlicet quod semper ad avaritiam blandimentis utitur lingue. Aliud vero quod
aperta vi intendit rapine. Nam
rodimus dum aliquid ex terris forti
admissu attingimus. Lambimus cum quando
hoc quod studiale non potest in persona lingue
lenitate gustatur. Omnes igitur ecclesia
sub specie fidei positi viventes qui
aliena appetunt. sed ea que appetunt
rapere nequaquam possunt, blandis autem
sermonibus et quasi mollitie dulcedinis concupita attrahere conantur. quid
aliud quam terram lingunt. Quia terrena
quoque que virtute nequeunt auferre mollitie lingue auferre moliuntur. Cum
vero in hoc mundo aliqui potestate suffulti
sunt et concupiscentes aliena blandimentis
ex fraude desperant. que etiam
in iusto robore possunt imple quod volunt
hii hoc quod appetunt non lambiunt
sed rodunt quo proximorum vitam
fortitudine vim velut admissu dentium
demoliuntur. Conspiciat ergo sancta K itaque
ecclesia veras divitias eterne patrie,
conspiciat frequenter superiorum civium
conspiciat in celestibus sinus cultum mentis
et immutabilium bonorum intuitum. atque ab
eis ad perversorum vitam omni bono destituta mentis oculum revocet. et
ex illorum comparatione videat quantum
ista virtutibus sit vacua ... deserunt in summa concupiunt. Videat quo plerumque id quod appetunt si
fortasse valent etiam violenter rapiunt.
Videant tales se quasi in terra positos
dum tollerasse atque ex eorum culpis
usque ad bonorum quoque pericula ac
detrimenta pervenisse. Et dicat. Qui
rodebant in solitudine. Ac si aperte
dicat. Alieni etiam violenter rapiendo
non rodent nisi quod primis ipsi in intentionibus
suis soli ac vacui virtutum cultu
remanent. Sed quam autem eorum qualitate
explicat dicens. Squalentes calamitate
et miseria. Egra namque caro si studiose curari negligit. squalore
desuper ducto in infirmitate demus L

gravat. Et dum calamitate sollicitudi-
nis negligentie miseria additur, gravior
molestia quae orta squalore toleratur.
Natura igitur humana bene condita, sed
ad infirmitatem vitio proprie voluntatis
lapsa, in calamitatem cecidit, que pressa
in imis necessitatibus nichil in hac vita
nisi ut affligeretur invenit. Sed cum eidem
nature nostre necessitatibus plerumque plus
quam deservimus expedit, incautis curam
negligimus, ex miseria negligentie in-
firmitati nostre addimus squalorem
culpe. Necessitates itaque naturales hoc
habent valde periculosum pollent, quod
sepe in eis minime discernitur quid erga
illas pro utilitatis studio, et quid pro voluptatis
vitio agatur. Crebro enim occasione
sedimationis in victu dum necessitati debita
reddimus, voluptati vitio deservimus,
et in firmitate velamine cum districtio-
nis oculos excusato se vitia palli-
ant, ac quasi ex proximo explende
utilitatis occultat. In infirmitate vero
nature nostre per negligentiam relaxare nichil
aliud quam calamitati miseriam addere
ac vitiorum squalore eandem mise-
riam multiplicare. Unde sancti viri in omne
quod agunt studiosissima intentione
discernunt, ne quid plus ab eis nature sue
infirmitas quam sibi debetur exigat,
ne sub necessitatis regimine in eis
vitium voluptatis excrescat. Aliud enim
ex infirmitate, aliud ex temptationis sug-
gestione sustinent, et quasi quemdam
iustissimum arbitrem inter necessitates volup-
tatemque constituunt. Hanc consolando
sublevant, illam frenant dum premunt.
Unde fit ut et si in infirmitatis sue calamitate
tolerant, tamen ad squalorem negligentie
aj per miseriam non descendunt. Hoc ipso
enim esse in calamitate est necessitates
nature ex carnis adhuc corruptibilis
infirmitate sustinere. Quas videlicet
necessitates cupiebat evadere qui dicebat
De necessitatibus meis eripe me domine.
Sciebat enim plerumque voluptati cul-
pas ex necessitatum occasione prorumpere
etiam illicita sponte admitteret.

hoc ipsum satagebat evellere quod nolens
ex radice tollerabat. At contra perversus
gaudet in hiis corruptionis sue necessitatibus
quia minimum eas ad usum volup-
tatum retorquet. Nam cum reficiendis xij
cibis corporis necessitati serviunt, per delectationem
gule in voluptatem ingluvie discedunt.
Cum tegendis membris vestimenta que- R.
runt, non solum que tegunt sed etiam
que extollunt expetunt. In calore corporis
frigoris non solum que frigiditatem
minuant, sed etiam que per mollitiem
delectent; nec solum que per mollitiem tactum
mulceant, sed etiam que per colorem oculos
seducant. Necessitatem igitur cum in
usum voluptatis vertunt, quid est aliud quam
calamitati sue squalorem miserie so-
ciare? Pensa itaque ad iustitie tempe-
rantia remittitur eorum ex quorum iniqui-
tia sustinet et dicit: Qui rode-
bant in solitudine squalentes cala-
mitate et miseria. Calamitate scilicet
non squalent sed in suis necessitatibus volup-
tatum miseria non superaddunt. Qui
videlicet necessitates expertes primi culpa
promeruerunt. Hii vero qui calamitati O
sue miseriam adiungunt excruciati
pene ad augmentum propter culpe
sed ut tales cum ad melius permu-
tari despiciunt, ita perversa agunt
ut non ea etiam aliis persuaderent.
Utinam illis sola mors sua suffi-
ceret et non virulentis persuasionibus
aliena etiam vita necaret. Invident
enim alios esse quod non sunt. Dolent
alios adipisci quod perdunt. Nam
si qua forte meliora actibus exoriri
bona conspiciunt, mox ea manu
pestifere exprobrationis evellunt. Unde
et sequitur: Et mandebant herbas et arborum
cortices. Quid autem per herbas nisi P.
tenera ac terre proxima bene inchoan-
cium vita? Et quid per arborum cortices
nisi exteriora opera eorum qui iam sub-
limia appetunt designantur? Pravi
namque cum recta aspiciunt incipientes
aut irridendo aut prave consulendo
contradicunt. Cum vero quosdam per-
cipiunt ad summa proficere, quia eorum

prouectus funditus dissipare nequit
aquibusdam illos suis opibus di-
uitiis. Herbas itaque eis et arborum
cortices mandere est. vel studia bo-
norum in occultis temptationes quosdam
iam more ciborum ad superiora tendentium
profectus persuasionibus qui quibusdam
malicie sue dentibus dissipare / herbas
mandunt rapti cum infirmorum uitam
irridendo consumunt. Arborum quoque
cortices mandunt cum manu prauis
consiliis summa uite crescentia tegimen
bonorum subtrahunt operum hos autem
in quibusdam actibus velut arbores
spoliant. alios vero velut herbas quos
despicientes terunt. qui quasi calcaut
comedunt. Quosdam namque forti
tudinis in alta surgente ex parte
demoliuntur quosdam vero teneritudinis
et adhuc in primis positos penitus
conterunt. Dicat ergo Mandebat her
bas et arborum cortices. quia prauis
persuasionibus in non nullis exteriora opera
in non nullis autem properam uirentia cor
da dissipabat / Vel certe herbas man
dere est leuia quedam uel tenera
minimis operibus imitari. Arborum
vero cortices edere est eorum opera
superficietenus agere. sed in tentione uite
in eisdem opibus non tenere. Sunt
enim non nulli qui dum prauis ordi-
nem eiusdem mundi actionibus
adipisci non possunt speciem sanctitatis ap
petunt. hii cum venatonis sumunt
imitatores antiquorum patrum videri
concupiscunt / et quedam quidem parua
ac leuia peragunt. sed eorum etiam
fortia quo ex solius caritatis radice
prodeunt imitari contempnunt / Hii vero
herbas edunt. quia maiora negligunt
et vilibus saciantur. Plerumque tamen etiam
quedam quasi robustiora opera
exercet. sed intencionem uite in eisdem
opibus non tenent / Quibus profecto
arborum cortices mandere est exteriores
electorum actus sumere. et intencione bona
in bonis actibus non habere. Dum enim

Q

plurima laude recta opera exprimunt
sed imitari cor uite optimum negli
gent ex solis arborum corticibus re
plenti. Tota namque desiderio prauis
vite gloriam uel humanam quesiuerunt
dum uite subiungitur. Et radix iuniperorum
erat cibus eorum. Iuniperi enim quoniam
prede positi. dum plerique auaricie
cogitationibus pungunt qui id comedunt
dum in extremo uite suppliciorum as
pera proferunt. Cum enim non
fine diuini eloquii concupiscunt / sed
ad rerum temporalium hostium abitum pungunt
nequaquam pane terrenum sed radice in
imperii saciat. Quippe quippe ab imis
atque in summis aborta occupat
quia illos more iuniperi primo modo
ex durucia retributionum velut ex
asperitate foliorum pungunt / Contemp
nentes namque deum hic minime
sentiunt quantum sit mali quod a
gunt. adhuc enim iuniperi radice
comedunt / Et hii radicem quippe sint
iuniperi asperi non attendunt. quia nimirum
prima actio modo est ex radice delec
tat in culpa. Et post modum quasi
ex ramis pungit in pena. Ubi
bene subiungitur. Cum conuallibus ista
rapientes cum singula repperissent
ad ea cum clamore currebant. In
comparatione superiorum omnis prauis vita
conuallis est. Hii autem qui sublimia
motium id est fortia facta sanctorum con
templari nesciunt sese in oblectatione
in summa que in conuallibus constituit. Et
dum cupidis lucrum uel stipendium
prauum inveniunt cum clamore currunt
quia hoc ab seculo etiam iurgando
moliuntur. In conualle enim repertis
singulis cum clamore currere est
suborta temporum occasione etiam pro paruis
sepe litigare / plerique autem quem
sancti bona acto ostentant. oborta
terrenum comodi occasio excitant
videas namque non nullos iam subli
mia agere. iam in abstinentie iam
in doctrine ope precedentium patrum
exempla sectari. Et cum repente prauis
vite lucrum quasi fructum conuallis
inuenerit. ad hoc cum clamore currit xiii
x

S

probatio
Boni

quia disrupta ad illud super ducte
c stitatis tranquillitate perficiunt. Per
quoque per herbas atque arborum cortices
non solum ut predixi(mus) e bonorum
opera. sed etiam in hac vita consola
tiones ac prosperitates intelligi(mus). Se
pe enim omnipotens deus electos suos
cum donis in temporibus ditat. ex
temporibus etiam honoribus sublevat
cumque eos preferendo ceteris honora
biliores reddit. lacig imitabiles
ondit. Et non numquam pravi eorum
quidem vitam despiciunt. sed felicitatem
in hoc mundo adipisci cupiunt. Hec
igitur blandimenta huius transitorie
consolacionis cernunt. herbas come
dunt quia in suis cogitacionibus exterio
rem eorum gloriam meditantur. arborum
cortices mandunt. Et qui in temporibus omni
bus soli avaricie con intencione
deserviunt radice iuniperi replentur.
Que cuncta decorallibe repunt
quia ex amore huius infime et cor
ruptibilis vite in suis cupiditatibus
inardescunt. Et cum singula repperiunt
adeo cum clamoribus cernunt qui videlicet
scorum perinde quorum vitam adipisci
non querunt. loca atque regimina
apprehendere sathagunt. Et cum intelle
negunt hec plerumque assequi. etiam
disrupta concordie pace moliuntur.
Qui pro eo quod longe a primi precedere
cum actione dissimili sunt. Recte
v subiungitur. Inde stis habitabat tor
rentem. Et in cavernis terre vel super
glaream. In hoc etenim parte recte
torrentes sanctos predicatores accipi(mus)
qui dum in presenti vita divinis
nobis eloquiis effluunt. aquarum
multitudinis que in hyeme colligitur
quia et estivo sole adveniente se
subtrahunt. Quia tunc eterne patrie
lux emicuit predicare cessabunt
Horum torrentium deserta sunt vite
temporalis commoda. ea namque deserunt
et ad lucra se celestia adipiscenda
continunt. Cuncta autem hec torrens
ille reliquerat qui dicebat. Propter quem
omnia hec detrimentum feci et arbi
ph. 3 tror ut stercora. Sed quia primorum

mentes ea in hac vita adipisci con
cupiscunt que despicientes isti de
linquunt in desertis torrentium habitare
refugiunt. Illa enim que sanctis indig
sunt ipsi pro re permagno concupis
cunt. Caverne autem terre sunt cogitacio x
nes terrene in quibus se ab humanis
oculis abscondunt. Pravi quippe
ut sunt ab hominibus videri refugiunt
dumque aliud quam sunt simulant se
se in conscientie sue latibulis quasi
in cavernis terre occultant. Cum cuncta
hec non agunt nisi de eterna et solida
vita desperarent. nisi in hoc temporali
temporalitatis animum figerent. Unde subditur
Vel super glaream. Glarea namque est vi xiiii
ta presens que in desimet adiminuit v
sui ipso defectu mutabilitatis quasi
impulsu fluvii ducitur. Super glaream
itaque habitare est fluxum vite presentis
inherere. et ibi in tencionem ponere
ubi gressum negat fixe stando so
lidare. Est autem in glarea quod incipiant
quod debeant incedendo sentiri. Quia
cum pes in eius superficie ponitur. ipsa
eius volubilitate labitur atque ad
yma dilabitur. Cui videlicet rei in nullo dis z
crepat vita pravorum. quia cum pro
amore mundi aliquis studet licita
atque honesta agere. quasi planum in
superficie pedem ponit. Sed repente
pes ad yma dilabitur. quia eorum animo
dum plura semper appetit usque
ad iniqua et illicita descendit.
Cum ergo sancta ecclesia quos terrena tollit // Eccla
ad vitam carnalium quos ad usus
sibi etiam in prosperis sustinuit promedo
riam retrahat et quorum mito here
paciat agnoscit et dicat. Inde
sertis habitabat torrentem et in cavernis
terre vel super glaream. Quia enim z
primum doctrina destituti sunt in desertis
torrentium. quia autem in occultis se co
gitacionibus gerunt in cavernis terre.
Quia vero in presentis seculi mobilitate
intencionem suam figere appetunt super
glaream habitare refugiunt. Sed utinam
tales quia peccata nolunt impugnare
temptamenta flendo egerent vel quomodo
utinam mala sua saltem perpetrata

cognoscerent atque scilicet ficulnee co
phinum stercoris id est infructuose
menti pinguedine lamentationis ad
moverent. Sed fit hec plerumque humani
animi correptio quod mox ut in culpa
labitur, a sua adhuc longius cogita
tione separatur. Hoc ipsum namque malum
quod agit menti se obiciens oculum
luminis in terris interserit. Unde fit ut mala
voluntarie prius tenebris obsessa
post modum bonum iam quod erat non
agnoscat. Quanto enim magis malis
adheret tanto minus intelligit bona que
perdidit. Lux quippe vitalis quam sub
tilis culpas reproborum examinat
quod abiciunt negligit eo permittit de
strictius iudicari, ut nec amissa
recipiat et cum abactu repellitur
fugit assensum, ut cuius quasi faciles in
ope conceperunt eius recordationem
iam nec tergum videant. Hinc igitur
est quod reprobi subiecti flendis scele
ribus gaudent. De quibus per Salomonem
dicitur: Qui letantur cum malefecerint et
exultant in rebus pessimis. Hinc igitur
est quod mortis sue negotium videtur
exsequi. Unde hic quoque apte sub
iungitur: Qui inter huiuscemodi letabantur
et esse sub sentibus delicias compu
tabant. Inter huiuscemodi letantur quia in
mundum attendunt transitoria que
perceperunt, et intueri negligunt per
manentia bona que perdunt. Cumque amo
re temporalium flagrant, veram leticiam
volentes ignorant. Qui si studiose
cognoscere quererent quam flenda sunt
gaudia que appetunt viderent. Sed dum
meliora scire contempserunt, sola sibi
velut summa eligunt que visibilibus
oculis fugam seducendo blandiuntur,
visibilia scilicet sequentes. Cor fugiunt
et tanto exterius gaudet, quanto
recordationem sui in interius non habent.
Miscentur tamen plerumque eorum gaudiis
tribulationes atque ex rebus ipsis ex
quibus superbiunt flagellantur. Neque
enim sine quibusdam curis possunt temporalia que
appetunt vel non habita querere vel quesita
servare. Inter equales potentiorem
gloriam expetere, ac minoribus reverentiam

plurimam oportet exigere, et minoribus quam
debent eandem maioribus exhibere.
Plerumque potentium pro iniustitiis onerose semper
penam agere, et tamen ne opinionem potentie
habeant formidolose custodire. Hec
profecto omnia miseros pungunt, sed
easdem punctiones ipsorum rerum temporalium
victi amore non sentiunt. Unde et recte
nunc dicitur: Et esse sub sentibus delicias
computabant. Quia peccatores delectationum
suarum exercitati vite presentis quam sint as
pera que patiuntur ignorant. Letantur
itaque sub sentibus, quia rebus quidem
temporalibus gaudent. Sed tamen dum dispe
sare sine tribulatione eadem temporalia
non valent, ea cura pungunt miseri
qua premuntur. Manet sub sentibus
et tamen hoc delicias estimat quia
et dura quidem experimentum vite amore
tollerent, et tamen affectu nimie cupiditatis
obligati laborem eiusdem tollerantie
voluptatem putant. Unde Ieremias recte
totius in se humane conversationis
speciem sumens planctum gerit dicens:
In ebriavit me absinthio. Id est non
in superiori parte iam diximus. Ebri
us quisque quod patitur nescit. Ea
vero absinthio debriatur et hoc quod
sumpsit amarum est, et tamen non intel
ligit eandem amaritudinem quam repletur.
Humanum ergo genus recto Dei iudicio
dimicant. non dico ut in elatione. sed
ne in eius saltem amore succum-
bat. Cui valde succubuisse est
captiua mente eius desideriis
subdidisse. Quis autem terrena
sapiens. temporalia complectens beatum
minus tot prospera letum non crederet
cum ei suppeteret salus corporis
uita filiorum in columnitas familie
in tegritas gregum. Sed quod in hiis
omnibus non gaudet ipse sibi testis
est qui ait Merens incedebam.
Sed eum viro adhuc in hac per- x
egrinatione posito omne quod sine
dei visione habundat inopia est
quia cum omnia adesse electi videt
gemunt quod omnium auctorem non
uident. cuiusque totum hoc minus
est. quia adhuc spes uniuersorum deest
siceque eos foris exaltat gratia
superne dispensationis ut tamen intus
sub disciplina teneat meror
magistre caritatis. per quam videlicet
discitur. ut de eis que accipiunt
apud semetipsos semper amplius
humiliter mente subiugo disciplinae
teneant. nunquam ex temporis licentia
ad impatientiam erumpat. Unde apte y
subiungitur. Sine furore consurgens
in turba clamaui. Saepe namque
in seditiosorum tumultibus hominum prepo-
sitorum suorum mentem lacessunt
sineque ordinis limitem inordinatis
motibus excedunt et plerumque quod
presumunt nisi moore cordis sancti // teneant
prius freno mira retributionis
atrocitate prosiliunt. quantum valeat
agere tamen sibi in subditos estimat
licere. Amica etenim potentie semper
impatientia est. Et quod etiam male concreta
impetrat. quia quod ipsa sentit potius
expressit. Sed sancti plus se intus z.

In dignitate constituti semper
debent esse humiles interius

ingo pace subigunt. quia fortis hominibus
preesse. et eo deteriorem principatum
foris exhibet quo humiliore deo
intrinsecus famulatu tenet/ at
que ideo plus quosdam sepe to-
lerat quo se ulcisci de eis am-
plius poterat/ ac ne umquam
ad illicita turbescat plerumque noluit
ipse exequi etiam quod licet. Sub-
iectorum strepitus sufferunt pro amo-
re et increpat. quos pro mansue-
tudine preest/ Unde iure recte dicitur
Sine furore consurgens in turba
clamavi. Quia nimirum boni contra
tumultus insolentium clamorem habent
et furorem non habent. qui eos quam
clementer tollerant docere non cessant
Sed hec que iuxta historiam de
uno diximus. nichil allegoria nunc
est ut de diversis ecclesie electis se-
tiamus. Ipsa quippe in electis suis
pro prospera non cedit mentis quia nil
sibi vere prosperum deputat nisi
bonum quod singulariter querit ap-
prehendat. Fideles quippe illius quali
quid pace perfruuntur. sed prospero supprimit/
honoratur et afflicti sunt. quia plerosque
que ibi videtur in culmine ubi cives
non sunt/ Ipsa etiam ecclesia in turba
sine furore consurgit et clamat
quia pravorum vitam studio recte
emulationis non autem vesania
furoris insequitur. Irascitur et clamat
sevit et tranquilla est. quatenus in-
firmos suos et corrigat exemu-
latione et foveat ex pietate/ Sequitur
Frater fui draconum et socius strutionum
7 Quid draconum nomine nisi malicio-
sorum hominum vita signatur. De quibus
Ier 14 per prophetam dicitur Traxerunt ventum quasi
dracones/ Possunt etiam quoque vetut
quasi dracones haberi cum malicio-
si superbia inflantur. Quid vero
strutionum appellatione nisi simulato-
res intelligi solet/ Strutio namque
pennas habet. sed volatum non habet
quia simulatores quoque speciem sanctitatis
habent. sed virtutem sanctitatis non habent/ Visio
quippe eos bone actionis decorat
sed actio nimie pena nimium levat/

Electus namque sancte ecclesie predicator quia pas-
sive tempore inter se quosdam maliciosos
ac simulatores pertulit/ dicit/ Frater al' patr'
fui draconum et socius strutionum
Quod beati iob quoque vocibus specialiter
congruit. qui ad culmine magne
fortitudinis, bonus inter malos fuit/
Nullus quippe perfectus est qui inter pravo-
rum malapacitates non est/ qui enim
exhiminit aliorum mala non tolerare
ipse sibi per inpatientiam testis est. quia
ab omni plenitudine longe distat
Abel quippe esse renuit. quem cayn xxviii
malicia non exercet/ Sic in tritura 3.
aree grana sub paleis premuntur/ sic
flores inter spinas prodeunt. et rosa
que redolet crescit cum spina que
pungit/ Duos namque filios primus ho-
mo habuit. sed unus electus alter reprobus fuit/ Ge 4
Tres quoque filios noe archa conti- Ge 9
nuit. sed duobus in humilitate persisten-
tibus unus ad patris irrisione ruit
Duos abraham filios habuit. sed unus
innocens. alter vero fratris persecutor
fuit. Duos quoque ysaac filios Ge 21
habuit. unus in humilitate servatus. alter Ge 27
vero et ingressum nascitur reprobatus est
Duodecim Jacob filios genuit/ sed Ge 37
ex hiis unus pro innocentia venditus/
ceteri vero per maliciam venditores fratris
fuit. Duodecim quoque apostoli isti Act 1
etiam electi sunt. sed ne improbati re-
manent unus eis admixtus est
qui eos persequens probaret/ Sic inter
que iusto [illegible] petrus cum malicia -
nigit. sic in fornace aurum palea
cum igne sociatur. ut quo ardet palea
purgetur aurum. Hii ergo vere boni
sunt. qui in bonitate persiste etiam
inter malos preut. Hinc etiam sponsi
voce sancte ecclesie dicitur Sicut lilium inter Ca 2
spinas. sic amica mea inter filias
Hinc ad ezechielem dominus dicit Fili
hominis increduli et subversores sunt Ez 2
tecum/ et cum scorpionibus habitas Hinc
petrus vitam beati [illegible] glificat dicens loth
Et iustum loth oppressum anephan-
dorum iniuria conversatione eripuit
Aspectu enim et auditu iustus erat
habitans apud eos qui de die in die
animam iusti iniquis operibus cruciabat

In ecclesia mali cum bonis sunt mixti

ph. 2 Hinc paulus discipulorum vitam glorificat
et glorificando confirmat dicens In medio
nacionis prave et perverse inter quos
lucetis sicut luminaria in mundo verbum
vite continentes. Hinc per Iohannem an-
gelus pergami ecclesie attestatur dicens
Scio ubi habitas ubi sedes est sathane
et tenes nomen meum et non negasti fi-
dem meam. Beatus igitur iob ut os-
tendat cuius fortitudinis fuit insi-
nuat cum quibus vixit dicens Frater
fui draconum et socius strucionum.
Quia minus esset quod ipse bona ageret
nisi ad bonitatis sue cumulum ab
aliis mala tolleraret. Sequitur. Cutis mea
denigrata est super me. et ossa mea
aruerunt pre caumate. Hec mysteria
hystoriam pensare negligimus quia
verba sermonis huius per experienciam pas-
sionis. Ut enim ut sepe iam diximus
plerumque beatus iob sic narrat gesta
ut gerenda prenunciet. Vir hic sancte
ecclesie moribus congruit quod dolorem
persecucionis ultime in finis conuer-
sentit. Cum quo ab illa alii pereunt
valenciores quique merore cruciantur.
Exterior quippe eius cutis extrema
dispensatio. interior vero cura celestis.
Cutis itaque nomine infirmi signantur
qui dum in ea exteriori utilitati de-
serviunt. Ossa vero fortes eius signati
sunt in quibus corporis illius totam compaginem
solidatur. Quia ingruente persecucione multis pravorum
persecucionibus afflicti multi in ea ab
statu fidei infirmi cadunt. cumque
ipsi postquam ceciderint persequuntur quid
aliud quam cutis sue nigredinem patitur
ut in ipsis pravis moribus feda appareat que
prius pulchra videbatur. Dum enim
hii qui prius exteriora bene dispensare
consueverant quasi electi dei per modum
serviunt, quasi cutis ecclesie cum a decore iusticie
colorem perdidit quod ad nigredinem
iniquitatis venit. Unde Ieremias sub
specie metalli hoc deplorat dicens
Quomodo obscuratum est aurum mutatus est
color optimus. Plerumque enim dum ab
eis sancti ecclesie exeunt. plerumque inter
reprobos locum summunt ut ipsi contra
sanctam ecclesiam ex arcte seviunt qui
hanc atrocius quo faedo contempnunt

Bene et cum dixit Cutis mea deni-
grata est. addidit. super me. Quia
hos quos prius addecore iusticie
quasi candidos habuit post defectus
nigros perit. Sed dum cutis ad
nigredinem ducitur. fortes quoque in illa
sunt zelo fidei contabescunt. apte
subiungitur. Et ossa mea aruerunt
pre caumate. Hic namque et porro
tempore os fortissimum sancte ecclesie quadam
ariditate tedii paulus estuabat
cum quibusdam antecedentibus diceret 2 cor. 11
Quis infirmatur et ego non in-
firmor. quis scandalizatur et ego
non uror. Cutis ergo denigratur
et ossa pre caumate arescunt quia
dum infirmi ad iniquitatem prosiliunt
fortes quique pro zelo suo ignem
cruciantur. Sequitur. Versa est in luctum cy- xxix
thara mea. et organum meum
in vocem flencium. Quia organum
per fistulas et cythara per cordas sonat.
Potest per cytharam recta operatio, per
organum sancta predicatio designari.
Per fistulas quippe ora predicancium,
per cordas vero cythare interiorum
recte viventium non incongrue intelle-
ctus accipimus. que dum ad vitam aliam
per afflictionem tenditur quasi extenua-
ta corda in cythara pertinentem
inspiracionem sonat. Dicitur enim
corda ut congruum in cythara cantum
reddat. Et quia sancti viri corpus
suum maceraverunt et castigavit et servi-
tuti subiciunt. atque ab infimis
ad superiora tendunt. Pensandum
quoque quod corda in cythara si minus
tenditur non sonat, si amplius
raucum sonat, quia nimirum
virtus abstinencie aut omnino nulla est
si tamen quis corpus non edomat
quantum valet, aut valde inor-
dinata est si corpus atterit plus
quam valet. Per abstinenciam quippe
carnis vicia sunt extinguenda
non caro. et tanto sibi quisque de-
moderamine preesse ut ad culpam
caro non superbiat. et tamen ad effectum
rectitudinis in operatione subsistat. In-
tueri intus hic egregium predicatorem.

Abstinencia
moderata
est virtuosa

Libet quanta arte magister fidelium animas velut in cythara cordas tenuit, alias amplius tendendo extenuit, atque alias a tensione sua laxando conservet. Aliis etenim dicit: Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciciis. Et rursum ait: Mortificate membra vestra que sunt super terram. Et tamen predicatori carissimo scribit dicens: Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. Illas igitur cordas extenuando tetigit, ne in tensione non sonet; hanc vero a tensione temperat, ne dum plus tenditur minus sonet. Doctores autem predicatores in ecclesia seu quibus simplices et abstinentes per virtutes accipiunt, tenera proximis suis canticum bone exhortationis reddunt. Nam et prudentes quique ad predicationis fructum proferunt, in vigilant, atque ut alios ad vitam pertrahant, sono magne persuasionis laborant. Et qui tenera tardiores in genere videntur, exemplo vite sue merito aliquantulum se posse conspiciunt. Exhortationis ergo alios auctorem sumunt, atque ad celestem patriam quos valent trahere non desistunt. Sed sancta etiam ex tremis persecutionibus pressa cum verba sua a reprobis contempni considerat amoris sui gratiam ad solum lamentum fortiter, quia nimirum deflet quos exhortando trahere non valet. Dicat ergo: Versa est in luctum cythara mea, et organum meum in vocem flentium. Ac si aperte fateatur dicens: Predicationis quidem mee tempore per alios prima more cythare, per alios vero more organi magna et sonora predicabam. Sed nunc in luctum cythara et organum versum est, quia dum me contempni conspicio, eos qui predicationis cantum non audiunt deploro. Hoc per quosdam sancta etiam in se ipsa facta est, hoc per quosdam in suis ex ordinibus fecit. Martir quippe Stephanus

Ro 13

1 thy 2

iudeis persequentibus predesse predicando conatus est. Quos tamen post verba predicationis cum videret ad iaciendos lapides convolasse, fixis genibus orabat dicens: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum. Quid ergo hi sunt qui Deum et prima et magna narrabant, nisi iam sue cythare et organi cantus silebat, atque ad luctum versa fuerat, quia eos quos predicando non servat amando flebat? Sed nimirum sancta ecclesia agere non desistit quod predicationis verbum pene iam conticuisse conspicit. Alii namque loqui dissimulant, alii vera audire contempnunt. Sed electorum mens dum tacere cantum predicationis conspicit, gemens ad lamenta ad fletum redit. Dicat ergo: Versa est in luctum cythara mea, et organum meum in vocem flentium. Quia electus quisque quo se predicationis vox silent dampna ecclesie cernens plangit. Hucusque beatus Iob scribit mala que pertulit. Hoc vero ex loco incipit narrare subtilius bona que fecit. Sed doloris verba hystorica atque allegorica exponentes transivimus. Virtutum vero opera ex magna parte iam solius hystorie textum tenemus, ne si hec ad indaganda misteria trahimus, virtutem fortasse operis vacuare videamur. Incipit liber XXI. Capitulum I.

Act

Intellectus sacri eloquii inter textum et misterium tanta est libratione pensandus, ut utriusque partis lance moderata hunc neque nimie discussionis pondus deprimat, neque rursus torpor incurie vacuum relinquat. Multe quippe eius sententie tanta allegoriarum conceptione sunt gravide, ut quisquis eas ad solam tenere hystoriam nititur, earum notitia per suam incuriam privetur. Nonnulle vero ita exterioribus preceptis inserviunt, ut si quis eas subtilius penetrare desiderat, intus quidem nil inveniat, sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur abscondat. Unde bene quoque narratione hystorica perhibetur: Tollens Iacob virgas populeas

Gen 30

virides et amygdalinas et ex plata-
nis ex parte decorticavit eas. Detractis
quippe corticibus in his que expoliata
fuerant candor apparuit. Illa vero
que integra [illegible] erant viridia
permanserunt, atque in hunc modum
color effectus est varius. Ubi et
subditur: Posuitque eas in canalibus
in quibus effundebatur aqua, ut cum
venissent greges ad bibendum
ante oculos haberent virgas et in as-
pectu earum conciperent. Factumque est
ut in ipso calore coitus oves
intuerentur virgas et parerent ma-
culosa et varia et diverso colore
respersa. Quid enim est virgas vi-
rides amygdalinas atque expla-
tanis ante gregum oculos pone-
re, nisi per scripture seriem antiquorum patrum
vitas atque sententias in exemplum populis prebe-
re? Que nimirum quia iuxta rationis
examen recte sunt, virge nominantur.
Quibus ex parte corticem subtrahit, ut
in his que expoliantur interius
candor appareat, et ex parte corticem
servat, ut sicut fuit exterius in
viriditate permaneat. Variusque
virgarum color efficitur, dum cortex ex
parte subtrahitur et ex parte retinetur.
Ante considerationis autem nostre ocu-
los precedentium patrum sententie quasi virge
varie ponuntur, in quibus dum plerum-
que intellectum littere fugimus, quasi corticem
subtrahimus, et dum plerumque in-
tellectum littere sequimur, quasi corticem reser-
vamus. Dum ergo ab ipsis cortex littere
subducitur, allegorie candor interior
demonstratur, et dum cortex relinquitur,
exterioris intelligentie virentia
exempla monstrantur. Quas bene
Iacob in aquarum canalibus posuit, quia
redemptor noster eas in libris sacre
scripture quibus nos instruimur infundimur
fixit. Has aspicientes arietes
cum ovibus coeunt, quia rationales nostri
spiritus dum intente in contemplatione defixi
sunt, singulis quibusque actionibus
permiscentur, ut tales fetus operum pro-
creent, qualia exempla in vocibus precedentium
preceptorum vident. Et diversum

colore, quia plebs boni operis habeat, quia
non unumquemque sub tanto littere cortice acu-
tius intima considerat. Et pensato
alii historie tegmine hic se ex-
terioribus fovent. Nam quia divine
sententie alii interius rimande sunt,
alique exterius observande, per Salomonem
quoque dicitur: Qui fortiter premit ubera
ad eliciendum lac exprimit butyrum,
et qui vehementer emungit elicit
sanguinem. Ubera quippe fortiter pre-
mimus, cum verba sacri eloquii sub-
tili intellectu pensamus. Qua pres-
sione dum lac querimus, butyrum
invenimus, quia dum nutriri te-
nui intellectu querimus, ubertate
interne pinguedinis ungimur. Quod tamen
nec nimis nec semper agendum est,
ne dum lac queritur, ab uberibus sanguis
sequatur. Plerumque enim quidam dum
verba sacri eloquii plusquam debent
discutiunt, in carnalem intellectum ca-
dunt. Sanguis quippe elicitur qui ve-
hementer emungit, quia carnale
efficitur hoc quod ex nimia spiritus discussi-
one sentitur. Unde necesse est ut beati
Iob opera que inter increpationum
amicorum verba iste textus narrat, ne
afflicta mens ultimus in desperatione
desinat, iuxta pondus historie
perscrutemur, ne hec animus plus
quam necesse est spiritualiter investiget,
ab uberibus verborum eius sanguinis ubi
placere videant. Si qua vero quedam
mystica suorum operum narratione
permiscet, ad hec necesse est ut
mentis concita redeant, atque ad hec
ipse ut datur intelligi ordo loquutionis
vocat. Nam sanctus vir postquam
ea que sibi per flagellum domini fuerant
inflicta narravit, nunc prius
per ordinem enumerando virtutes qualis
ante flagellum fuit innotescit.
Et historiam vite sue texens, ut
ei per ... aliquid quod allegorice
possit intelligi inserit, quatenus et
ex magna parte historia sit que
incoavit, et tamen aliquid per hec eadem
ad spiritualem intelligentiam consur-
gat. Quia itaque fortiter ab omni
lapsu exteriora sua custodie

C
Ca° 30

+ Per hos enim corporis sensus qui quasi fenestre quedam exteriora queque anima respicit respiciendo concupiscit. Hic +

interioris discipline construxerit insinuat dicens. Cap. xxxi.

Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Cum sit invisibilis anima necesse est quod corporearum rerum delectatione tangi nisi quod in membris corporis quasi quedam egredienti foramina eiusdem corporis sensus habet. Visus scilicet auditus gustus odoratus et tactus quasi quedam vie mentis sunt quibus foris veniat et ea que extra eius substantiam sunt concupiscat. Hinc etenim per Ieremiam dicitur:
Ier. 9 Ascendit mors per fenestras nostras ingressa est domos nostras. Mors quippe per fenestras ascendit et domos ingreditur cum per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum mentis intrat.
Hinc contra hoc quod sepe iam diximus de iustis per prophetam dicitur:
Ys. 60 Qui sunt hi qui ut nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas. Terrena per sensus corporis exteriora queque intentione non respiciunt, rapacitate cordis foris non rapiunt concupiscentia carnalia. Quisquis vero per has corporis fenestras incaute exterius respicit plerumque in delectatione peccati etiam nolens cadit atque obligatus desideriis incipit velle quod noluit. Precipit quippe anima dum ante non providet ut incaute videat quod concupiscat. Ceca post incipit desiderare quod vidit. Unde et propheta David
2 Reg. 11 qui sublevata sepe in summis misteriis interfuit, quia alienam coniugem incaute vidit, obtenebrata sibi per momentum sibimet etiam illicite commixit. Bene ait vir. Quia acceptis corporis sensibus velud subiectis ministris quidam castissimus iudex presit culpas compescit antequam veniant et velut insidianti
al' hosti morti fenestras corporis claudit dicens: Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Ut enim cogitationes cordis caste servare potuisset fedus cum oculis pepigit ne prius

+ Iusti namque volare ut nubes dicti sunt qui a contagiis terrenis sublevantur. Et quasi columbe ad fenestras suas sunt quia per sensus +

incaute aspiceret per modum in vitiis amaret. Valde namque est quod caro deorsum trahit, et semel species cordis per oculos illigata magni luctaminis manu vix solvitur. Ne ergo quedam lubrica in cogitatione versentur providendum nobis est quia intueri non debet quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione servetur a lascivia voluptatis deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset nisi hoc prius incaute respexisset. Scriptum quippe est: Vidit Ge. 3
mulier quod bonum esset lignum ad vescendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile et tulit de fructu illius et comedit. Hinc ergo pensandum est quanto debemus moderamine visum erga illicita restringere nos qui mortaliter vivimus, si [illegible] mater viventium per oculos ad mortem venit. Hinc et sub Iudee voce que exteriora videndo et concupiscendo bona interiora perdidit propheta dicit: Oculus Tre. 3
meus depredatus est animam meam. Concupiscendo enim visibilia invisibiles virtutes amisit. Que ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit per oculum corporis pertulit predam cordis. Unde nobis ad custodiendam munditiam exteriorum quoque sensuum disciplina suadenda est. Nam quantalibet virtute vigeat carnales tamen sensus puerile quiddam perstrepunt et nisi interioris gravitatis pondere et quasi imperii quodam vigore refrenentur ad fluxa queque et levia mentem enervem trahunt. Videamus igitur quo virtus Iob contra eos fluxos ac puerile caro sepe potuit, immo mens simplici vigore restringit. Ait enim: Pepigi fedus cum oculis meis. Sed quia non in se actionem tantum sed etiam cogitationem luxurie extinxit se tutius admonet: Ne cogitarem de virgine. Sciebat nimirum luxuriam in corde esse frenandam. Sciebat per seipsum dominus quod redemptor noster

Veteris legis precepta transcendet. et
ab electis suis non solum luxuriam
carnis. sed etiam cordis abolevit
Mt 7 dicens. Scriptum est. Non adulterab-
bis. Ego autem dico vobis quia omnis
qui viderit mulierem ad concupiscen-
dam eam, iam mechatus est
Deut eam in corde suo. Per moysen
quippe luxuria perpetrata, per aucto-
rem vero mundicie luxuria cogi-
tata dampnatur. Hinc est quod disci-
1 Pe 1 pulus eius et pastor dicit. Petrus quia
succincti lumbos mentis vestre state
sobrii et perfecte sperate in eam que vobis
offertur graciam. Lumbos carnis suc-
cingere est luxuriam ab effectu re-
frenare. lumbos vero succingere mentis
est hanc etiam a cogitacione restrin-
Apoc 1 gere. Hinc est quod angelus qui iohanni
alloquitur zona aurea super ma-
millas esse cinctus perhibetur. Quia
enim testamenti novi mundicia etiam
cordis luxuriam frenat. angelus
qui in ea apparuit in pectore cinctus
venit. quem bene zona aurea strin-
xit. quia quisquis superne patrie civis
est. non iam timore supplicii. sed
amore caritatis in mundicia consistit.
I Malum vero luxurie aut cogitacione
aut opere perpetratur. Callidus namque
adversarius noster cum ab effectu
operis expellitur. secreta cogitacionis
polluere nititur. Unde et serpenti ad eos
Ge 3 dicitur. Pectore et ventre repes.
Serpens videlicet ventre repit. quando
hostis lubricus percunctata membra
sibimet subditur quia ad comple-
cionem operis luxuria excitat. Ser-
pens autem repit pectore. quando
eos quos in opere non valet polluit
in cogitacione. Alius itaque luxu-
riatur iam perpetracione. hinc serpens
repit ex ventre. Alius vero perpetra-
cionem nescit in mente. hinc serpens
repit ex pectore. Sed quia per co-
gitacionem ad explenda opera pertran-
sit pervenit. recte serpens prius pec-
tore postmodum repere scribitur ex ven-
tre. Unde beatus iob quia disciplinam

etiam in cogitacione tenuit. Vim cus-
todia serpentis ventrem pectus-
que superavit dicens. Pepigi fedus
cum oculis meis. ut ne quidem
cogitarem de virgine. Qui nimirum
cordis mundicia quisquis adipisci
non appetit. quid aliud quam eiusdem
esse mundicie auctorem repellit.
Unde et beatus iob protinus subdit.
Quam enim partem haberet deus in k
me desuper. et hereditatem omnipotens
de excelsis. Ac si aperte dicat. Si
mente in cogitacione polluerer. eius
qui mundicie auctor est heres esse
nequaquam possem. Nulla enim
bona sunt etiam si occulti iudicis ocu-
lis castitatis testimonio non
approbantur. Omnes quippe virtutes
in conspectu conditoris invicem ope
se sublevant. ut quia una virtus
sine alia. vel nulla est omnino
vel minima. vicissim sua coniunc-
tione fulciantur. Si enim vel casti-
tatem humilitas deserit. vel casti- Vide s. quere
tas humilitatem derelinquit. apud hu-
militatis auctorem et mundicie pro esse
quid valent vel superba castitas
vel humilitas inquinata. Beatus igitur
vir ab auctore suo in bonis reliquis
possidendus merito cordis mundicia
custodiens dicit. Pepigi fedus
cum oculis meis ut ne cogitarem
quidem de virgine. Quam enim partem
haberet in me deus desuper. et here-
ditatem omnipotens de celis. Ac si aperte
dicat. Hic me possessionem suam
excelsior conditor tenuit si mens
mea cum conspectu illius in in-
finitis desideriis habitasset. Scien- L.
dum vero est. quod animus Aliud esse
de temptacione patitur carnis. aliquando
autem cum per consensum delectacionis
obligatur. Plerumque enim cogitacione
prava pulsatur sed renititur. plerumque
autem cum pravum quod concipit
hoc intra semetipsum etiam pro desiderio
[illegible] volvit. et nimirum mente
nequaquam cogitacio immunda temptat
cum pulsat. sed cum sibi hanc per de-
lectacionem subiugat. Hinc etenim

Cogitacio quo est peccatum et quo non.

1 cor 10 egregius predicator dicit Temptacio
vos non apprehendat nisi humana
Temptacio humana / dyabolica Humana quippe temptacio est qua
plerumque in cogitatione tangimur
et nolentes quia non numquam
illicita ad animum veniunt. hoc enim
quod in nosmetipsis ex infirmitate cor-
ruptibilis pondere gerimus. Iam vero
demoniaca est et non humana temptacio
cum ad hoc quod carnis corrupti-
bilitas suggerit per consensum se animus
astringit. Hinc rursum dicit: Non regnet
Ro 6 peccatum in vestro mortali corpore. Peccatum
quippe in mortali corpore non esse
sed regnare prohibuit quia in carne
corruptibili non regnare potest sed non
esse non potest. hoc ipsum namque et de
peccato temptari peccatum est. quo contra
quod dominus unius peccati conditione non careret
sed predicatus. qui hoc ex plena pleno
non potuit eiusdem cordis nostri
fortitudinem regimen tulit ut appetitum
illicitum. et si plerumque bonis mentis
cogitacionibus occulte se quasi fur
ingerit. saltim si in gradu non
ducit. Hinc igitur sanctus dicens: Pe-
pigi fedus cum oculis meis
ut ne cogitarem quidem de virgine. Nequa-
quam vult in te quia eius mentem
culpa in cogitacione non contingit
sed quia iniquitas hanc ex consensu
superavit. Nam nolunt in terrena
possessione dei sua mente contra
ad usurpandum desperationem vendicat. qui
prius adiungit: Quam enim partem
haberet deus in me desuper et heredi-
tatem omnipotens de excelsis. Ac si ap-
te dicat: Carne quidem mortali
corruptionis condicionis subiacco
sed auctori vero sermo si a integri-
tate sensu culpe animum non defendo.
·iiii· Sequitur: Numquid non perdicio est
·x· iniquo et alienacio operantibus
iniquitatem. Festina contemplacio bono-
rum est considerantis finis malorum.
Qui enim ex eorum interitu malum
conspiciant quod evadunt. bene
estimant quidquid adiuvantum in hac
vita percipiant. Ceternt ergo nunc re-
probi et delectacioni suarum desidia

compleant in fine sue dampnacionis
sensum sunt quia morte male
vincentes amaverunt. Tristicio autem
ubi affligatur electa ut asperitate
flagella corrigit. quos paterna
pietatis ad hereditatem servat. Nunc
etenim flagellatur iniustus et libere
disciplinae corrigitur quia ad eterne heredi- pro
tatem ... Iniustus autem voluptatibus
relaxatur iniustus quia tanto ei
temporalia bona suppetunt quanto etiam
denegatur. In iniustus ad debitam
mortem currens effrenatis volup-
tatibus utitur quia et vituli qui mac-
tandi sunt in liberis pastibus relin-
quuntur. At contra iniustus adelac-
cionis tristicione iocunditate re-
stringitur. quia et nimirum vitulus
ad laboris usum deputatum sub electis
iugo retinetur. Negantur in hac vita
bona terrena quia et egris quibus pecca-
vimendi est nequaquam a medico cunc-
ta que appetunt conceduntur. Dantur
autem reprobis bona que in hac vi-
ta appetunt. quia et desperatus egris
omne quod desiderant non negatur. Pe-
dant igitur iusti quot sint mala
que iniquos permanent. et nequaquam
eorum felicitati invideant quod perierunt.
Quid est enim quod deorum gaudiis
admiretur. quem et ipsi pro asperi-
ad salutem pergunt. et illi per amena
prata ad foveam tendunt. Dicat
ergo vir sanctus: Numquid non perdicio
est iniquo et alienacio operantibus
iniquitatem. Quod videlicet alienacionis
verbum dominus signaret si hoc inter-
pres in sue lingue voce tenuisset.
Quod enim apud nos alienacio. hoc
apud hebreos anathema dicitur.
Tunc ergo alienacio erit reprobis
cum ab hereditate districti iudicis se
anathema esse conspiciunt. qui hic
cum perversis moribus contempnunt. Flo-
reant igitur nunc in flore eterne here-
ditatis alieni. Iusti vero semetipsos
solerter inspiciant et in tuendis actio-
nibus sine adiuvantibus se videri pertime-
scant verum et apte mox subditur: Nonne
ipse considerat vias meas et cunctos gressus P

Differencia inter
flagella
electorum et volup-
tates reprobum

meos dinumerat/ Quid vero nomine
nisi actiones denuntiat. Hinc enim
per Jeremiam dicitur: Bonas facite vias
vestras et studia vestra/ Quid vero
appellatione gressuum nisi vel motus
mentium vel provectus accipimus cogi-
tationum. Quibus profecto gressibus ad
semetipsam nos veritas vocat dicens:
Mt 11 Venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis/ Ad se quippe nos
dominus venire praecipit nimirum non gressibus
corporis sed provectibus cordis. Ipse namque
Jo 4 ait: Veniet hora quando neque in
monte hoc neque in Jerusalem adorabitis
patrem. Et paulo post: Veri adora-
tores adorabunt patrem in spiritu et veri-
tate, nam et pater tales quaerit qui adorent
eum/ In corde ergo gressus intimat
qui et ut nescientibus movent/ et tamen
motu corporis nequaquam nos ad alia
transire denuntiat/ Sic autem unius
cuiusque vias considerat, sic dinumerat
gressus ut ne minutissimae quidem
cogitationes eius iudicio ac verba
tenuissima quae apud nos usu vi-
luerunt indiscussa remaneant/ Hinc
etenim dicit: Qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio, qui dixerit fratri
suo racha reus erit concilio/ Qui autem
mt 7 dixerit fatue reus erit gehennae ignis.
Racha quippe in hebraeo eloquio vox est
interiectionis, quae quidem animum irascentis ostendit,
nec tamen plenum verbum iracundiae exprimit.
Prius ergo iram reprehendit sine voce,
postmodum vero iram cum voce, sed necdum
pleno verbo formata/ Ad extremum quoque
cum dicitur fatue, iram redarguit quae cum
excessu vocis expletur etiam perfectione
sermonis/ Et notandum quod iram perhibet
reum esse iudicio, in voce quae est racha
reum concilio, in verbo vocis quae est fatue
reum gehennae. Per gradus enim culpae
crevit ordo sententiae, quia in iudicio ad-
huc causa discutitur, in concilio iam autem
causae sententia diffinitur/ In gehenna vero ignis
ea quae de concilio egreditur sententia expletur/
Quia igitur humanorum actuum dominus subtili
examine gressus dinumerat, iram sine voce
iudicio, iram vero in voce concilio, iram vero
in voce atque sermone gehennae ignibus
mancipat/ Hac subtilitate considerabit

huius propheta aspexerat cum dicebat:
Je 32 Fortissime, magne, potens, Dominus ex-
ercituum nomen tibi. Magnus consilio
et incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi
aperti sunt super omnes vias filiorum Adam
ut reddas unicuique secundum vias
suas et secundum fructum adinventionum
eius. Sic ecce Dominus subtili examine
considerat, ut uno eodem tempore nec ea
quae remuneraret bona praetereat, nec ma-
la quae ei displicent sine reparatione dere-
linquat. Hinc est enim quod angelus
ecclesiae Pergami et in quodam laudat
et in quibusdam redarguit dicens: Scio
ubi habitas ubi sedes Sathanae, et
tenes nomen meum et non negasti
fidem meam. Et paulo post: Sed habeo
adversum te pauca, quia habes illic te-
nentes doctrinam Balaam/ Hinc an-
Apoc 2 gelo Thyatirae dicit: Novi opera
tua et caritatem et fidem et ministerium
et patientiam tuam et opera tua novissima
plura prioribus/ Sed habeo adversum te
quia permittis mulierem Jezabel quae se
dicit prophetam docere et seducere servos
meos et fornicari et manducare
idolothytum/ Ecce bona memorat nec
tamen respectu bonorum mala sine poena
relaxat. Quia ergo sic singulorum
vias considerat, sic gressus eorundem
pensat ut subtili examine penset
vel quantum proficiat quisque ad bona
proficiat vel quantum ad mala de-
clinans sine profectibus contradicat.
Incrementum quippe meritorum bonae
vitae studiis augetur, plerumque ma-
li admixtione retinetur. Et bonum
quod animus operando construit,
hoc mala perpetrando privat/ Viri sancti
vero tanto se subtilius in cogitatione
constringunt, quanto et a superno iudice
districtius considerari conspiciunt/ Men-
tem quippe discutiunt in vetere si
qui delinquunt, ut tanto fiant
irreprehensibiles iudici, quanto semet-
ipsos cottidie sine cessatione rep-
rehendunt. Nec tamen hac de re iam
gaudia securitatis sumunt, quia
ab illo se videri considerant, qui in
eis et illa videt quae in se ipsi ipse-
metipsis non valent/ Et quidem

Racha
Concilium
Gehenna

Beatus iob perfectionis viam inter ceteros
tenuit, sed quia eius intentio ad
redemptoris adventum suspensa semper
exstitit, in illius preceptis pensat
ipse quam multa de perfectione minus
habeat. Unde et subditur: Si ambulavi
in vanitate et festinavit in dolo
pes meus, appendat me in sta-
tera iusta et sciat deus simplicitatem
meam. Scire dei dicitur scire nos fa-
cere usitato more locutionis, modo
quia letum dicimus diem in quo contingit
ut letemur. Hinc est enim quod ad
abraham deus dicit: Nunc cognovi
quod timeas deum. Neque enim
creator temporum quidquam cognoscit ex
tempore, sed cognoscere eius est cuius-
cumque cingere articulo nos cogni-
tionem prebere. Quis vero statere nostre
nisi mediator dei et hominum de-
signatur, in quo et lance nostra omnia
nostra pensantur et in cuius preceptis
cognoscimus quid in nostra vita
vj minus habeamus. In hac autem statera
appendimur quoties ad vite eius
exempla provocamur. Hinc namque
1 pe. 2 scriptum est: Christus passus est pro nobis
nobis relinquens exemplum ut sequamini
vestigia eius, qui peccatum non fe-
cit nec inventus est dolus in ore eius,
qui cum malediceretur non maledice-
bat, cum pateretur non comminabatur.
Hinc paulus dicit: Per patientiam curramus ad
Hebr. 12 propositum nobis certamen aspicientes
in auctorem fidei et consummatorem
ihesum, qui proposito sibi gaudio sus-
tinuit crucem confusione contempta.
Ad hoc itaque dominus apparuit in carne
ut humanam vitam admonendo ex-
citaret, exemplo prebendo accenderet,
moriendo redimeret, resurgendo
repararet. Ad excedentes omnia re-
demptoris vitam mentis oculos tendit
ut in illa cognoscat ipse quam minus
habeat, cum dicit: Si ambulavi
in vanitate et festinavit in dolo pes
meus, appendat me in statera iusta
et sciat deus simplicitatem meam. Ac
si aperte dicat: Si quam umquam
levitatem, si quam perniciose perpetravi

dei et hominum mediator appareret,
ut in eius vita cognoscerem an ego
valuerim simplex fieri. Quem enim ut
diximus superiorum temporum viros excesse-
rat, mediatorem dei et hominum quere-
bat ut in illo pensatum agnosceret
si nichil vere simplicitatis tenuisset. Dicat
ergo: Appendat me in statera iusta
et sciat simplicitatem meam, quasi dicat scire
me faciat. Ac si patenter fateatur dicens:
Quantum ad humane vite modum nulla
in me iam reprehendenda video, sed
nisi mediator dei et hominum cum
subtilioris vite preceptis appareat, quantum
adhuc a vera simplicitate distre-
pem non agnosco. Recte vero ordo
observatur: si prius in vanitate et postmodum
pes in dolo festinasse dicitur. Vanitas
quippe ad levitatem, dolus vero
ad maliciam pertinet. Et plerumque
non nulli ad quedam post malicia
pervenerunt, quia prius levia non
declinant. Sequitur: Si declinavit gressus
meus de via. Toties de via gressus v.
declinat quoties nostra cogitatio
a rectitudinis proposito relinquit errore.
Quasi vero tot gressus ex via poni-
mus quot perversis desideriis a
celestis vite delectatione separamur.
Ut enim prefati sumus, adhuc carnis
corruptibilis pondere gravati nequaquam
valemus sic vivere ut nulla
nos possit culpe delectatio pulsare,
sed aliud est nolentem tangere, aliud
consentientem animum premi. Sancti
autem viri tanto vigilantiori circumspec-
tione se custodiunt, quanto se pulsari
sinistris motibus ut tristitiores de-
signant. Unde adhuc subditur: Si se-
cutus est oculos meos cor meum. x.
Ecce iterum interioris vigoris custo-
diam ad exteriorum membrorum disciplinam
redit ut si quid fortasse illi-
citum cor concupisceret prius per disci-
plinam magistra oculus videre
recusaret. Sic enim sepe per oculos
trahitur sic non magna concepta in
visceribus compellit sibi ex visceribus oculos
servire. Ita plerumque res quelibet in-
nocenti mente respicitur, sed ipso

* Cum ergo ambulamper beatus iob inter
re arguenda requirit ad opera *

Christus Ihesus apparuit in carne ut homines admonendo excitaret
exemplo prebendo accenderet
moriendo redimeret
resurgendo repararet

conspectum animum concupiscentie gladio con-
2 Reg 11 fodit. Non enim ut exempli causa
iam diximus. David Urie coniuge-
m studiose conspexit quia concu-
pierat sed potius ideo concupiuit
quia incaute respexit. Fit uero
iuste retribucionis examine ut qui ex-
teriori negligenter utitur interiori oculo
non iniuste cecatur. Sepe autem iam
in visceribus concupita ducatur et illece-
bratus animus aduersus suos cor-
poreos sensus familiari more tyran-
nidis exigit. semperque uoluptatibus
oculos seruire compellit. atque ut ita
dicam. fenestras luminis ad tenebras
aperit cecitatis. Unde sancti uiri cum sinistra
se pulsari delectacione senciunt. ipsa
per que forme species admictere potuerunt
discipline magisterio lima restringunt
ne praue cogitacioni uisio leuis continuam
famuletur. Quam si uiuaciter custodire contem-
pnens negligit. cogitacionis immundicia
primus ad operacionem transit. Unde et
vij v mox subditur. Et in manibus meis
adhesit macula. Sancti ergo sciunt
quia plerumque praua cogitacio per oculos
ueniat ad mentem. Paulo superius
dixit. Pepigi fedus cum oculis meis
ut ne cogitarem quidem de virgine.
Pendens etiam quia non nunquam in mente
oritur sed hinc aborte oculis prius
famulatur. ait Secutum est oculus
meus cor meum. Ac si aperte dicat.
Nec passim uidere uolui que con-
cupiscerem. nec uidendo uincens sequen-
tis sum que concupiui. Dicat ergo
Si secutus est oculus meus cor
meum. et quia si quid uel illicitum
ineat eius ut potest humana concepit
actoris discipline magisterio con-
strictus sensim se per illicita sibique
familiari oculos noluit. Pensemus
adhuc constanciam uiri. et quanti cul-
minis uir iste fuit ex omni cordis
delectione uideamus. Ecce si qua
illicita aliquando cogitauit, quia actus
in tam arcta cordis custodia sancti
uigoris extinxit. peruenire illa usque
ad opera non permisit. Unde et premissis

illico adiungit. Et si in manibus meis
adhesit macula. Quasi enim ma-
culam in manibus idest culpam in ac-
cionibus non haberet, quam censura disci-
pline non sinebat in cogitacione
perfici. Neque enim culpa ad opus
perducere permittitur. si intus ubi na-
scitur extinguatur. Si autem temptacio 3
in corde nascens festine non re-
sistitur. hec eadem quia multum mora
roboratur. et exterius foris in operibus
uinci uix preualet. quia iam tunc intus
membrorum dominium mente captiua
tenetur. Quia uero uir sanctus superiora
omnia sub condicione intulit. sed
hec unquam si perpetrauit. sua se
maledictionis astringit dicens. Seram
et alius comedat. et progenies
mea eradicetur. More sui eloquii
serere dicimus uerba uite predicare.
Hinc etenim propheta ait. Beati qui seminatis Ys 32
super omnes aquas. Seminare ergo
persistunt qui cunctis late propheticis uite
uerba quasi celestis patrie grana
tradiderit. Comedere autem est bonis
operibus saciari. Unde per semet ipsam
ueritas dicit. Meus cibus est ut Jo 4
faciam uoluntatem eius qui misit
me patris. Si ergo ea que protulit
facere permisit ait. Seram et
alius comedat. Ac si aperte
dicat. Ore meo loquitur non
ego sed alius operatur. Predicator quippe
qui asinis uocibus moribus
destrepat iamuis serit quod alius
manducat. quia suo semine ipse non
pascitur. qui alibi sui rectitudine
uacuat. et quia plerumque discipuli
in cassum bona audiunt cum eo magistri
uita operum exempla destruunt recte
subiungitur. Et progenies mea era-
dicetur. Doctoris enim progenies
eradicatur quando quod publice nascitur
per exempla iugulatur ut necetur. Ea
que lingua uigilans gignit
uite negligencia occidit. Neque
enim torpente nobis mente tacen-
dum est. quia apud salomonem mere-
trix filium que uigilans lactare con- 3 Reg 3
sueuerat. dormiens interemit.

Predicator
mali vita
sua audi-
tores occidit.

Quia nimirum magistri quidem vigilantes scientia, sed vita dormientes auditores suos quos per dictionis vigilias nutriunt, dum dicunt facere negligunt, per sopitum torporis occidunt, et negligendo consumunt quos alere verborum lacte videbantur. Unde plerumque dum ipsi reprehensibiliter vivunt et habere discipulos laudabilis vite nequeunt, alienos sibi attrahere conantur, quatenus dum bonos se habere sequaces ostendunt, apertum iudicia hominum excusent mala que agunt, et quasi per subditorum vitam mortiferam tegunt negligentiam. Unde illic meretrix filium quem extinxit, surripuit/ conatur alienum. Sed tunc veram matrem gladius Salomonis invenit, quia videlicet cuius fructus vivat, vel cuius interiat, extremo examine districti iudicis ira demonstrat. Ubi recte supplere necessarium est quod viventis filii pueri dimidium precepit, ut soli proprio modo matri redderetur. Quia in hac vita quod pertinet concedit, vita discipuli dum ex illa nonnumquam aliter apud deum meritum, apud homines aliter laudis habere promittit. Sed falsa mater eum quem non genuit, occidi non metuit, quia arrogantes magistri et caritatis ignari simplicissimam nonnullos ex alienis discipulis conspicui nequiunt eorum vitam crudeliter insequuntur.

viii 3 Invidie enim face succensi nolunt aliis vivere quos conspiciunt non posse possidere. Unde illic perversa mater dicit: Nec mihi sit nec tibi. Sed enim dum hi quos sibi obsequi non videt ad gloriam qualem eos aliis vivere invidet per virtutem. Vera autem mater sic satagit, ut eius filius saltem apud alienam sit et vivat, quia concedunt veraces magistri, ut ex eorum discipulis alii quidem magistri laudis habeant, si tamen integritate vite idem discipuli non amittant. Postquam pietas vis tanta eadem vel mater agnoscatur, quia omne magisterium in examine caritatis approbat. Et tunc sola totum recipere meruit, que quasi totum concessit, quia fideles sponsi preco quod bonus discipulis suis non solum laudis non invidet, sed utilitatem etiam eis prouectus ex optat ipsi et integros et viventes filios recipiunt, qui in supremo examine ex eorum vita per fructe retributionis gaudia consequuntur. Hec parumper excessimus dicimus, ut auditorum progenies per doctorum negligentiam quali extinguatur intelligeremus. Quia igitur sponsa uxoris hoc quod loquitur vivere nonnumquam quos non genuit a stabilitate rectitudinis operis cecidit, sed beatus Iob quia per predicationis vigilias crevit, nequaquam dormiens ante extinxit, atque confidenter dicit: Si quomodo meus peccati compleri serram et alius comedat et progenies mea eradicetur. Quia adhuc se de quantitatis primi operis discutiens subdit: Si deceptum est cor meum super mulierem et ad ostium amici mei insidiatus sum. Quomodo non magnum attentum adultery nequaquam distrepet culpa fornicationis cum verbis dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Quia enim greco vocabulo mechus adulter dicitur, cum non aliena coniux sed mulier videri prohibetur, aperte veritas ostendit, quia etiam solo visu cum turpiter vel in inepta concupiscentia adulterium perpetratur, quod cum plerumque ex loco et ordine concupiscentie discernitur, quia sic habetur in sacro ordine studiosa concupiscentia sicut illum adulterum consignat culpa. Impensius tamen difficilius eisdem luxurie distinguuntur reatus in quibus fornicationis culpa quidem ab adulterii reatu distinguitur, predicatoris egregii lingua testatur, que iure certa asserit dicens: Neque fornicarii neque adulteri neque ydolis servientes regnum dei possidebunt. Ut enim distincte reatus

1 cor 6

sententie subdidit quo valde a se
dissideat ondit p hoc ergo q dr
Si deceptum e cor meum sup mulier
nec cogitasse vir scus fornicatois
macula demitt p hoc aut qd
subicit Et si ad ostium amici mei
insidiatus sum. Patent innotescit
q reatu adulterii liber fuit
Sz ad hec fortasse aliquis dicit
Quid desr miri vir scus asserit
si no solu ab adulterii crimie vez
etia a fornicatois inquinatoe se li
berum fuitamt. h aut pmpendis
si intuitu eius tpa summe pespimus
Nec dum enim ad restrictom carnis
reuelante grm districtior censura
pcessat. que no solu corpis sed
etia cordis lascivia reprehendit
Nec dum milites continentia castis
bona imitanda pdiderunt et tn bts
iob exta mundicie q no acceperat
tendebat. A multis aut nunc et
post phibicom dei carnis immun
dicia perpetrat. hinc ergo colligedu
est. quia cum quida culpa nunc etia
post preceptu i quibz delinquit
cu tanta laude antea asstinibz
abstinebat. Qui hoc si umqu
fecit eande culpa sibi dti expetit
B in pena dicens Scortum sit alterius
uxor mea. et sup illa incurvent
alii. Et quia plerumqz h q facimdo
no pdimus · qm grave sit pcatado pen
samus eiusde vim facinoris qd
se pati si reus sit debe dimicti
sit exprimedo manifestat dicens
hoc enim nephas est et iniquitas
maxima. Ignis e usqz ad pdicom
devorans et omnia eradicans ge
nimina. hoc inter peccatu distat et
crimen et tamen hec inter multi
sn crime. nullus vo sine pcto vale
dum et predicator sctus cu virum dig
grm sacerdotal describet necnon
1 thy 1 dix. Si quis sine pcto e. Sz si qs
sn crime. Omis vo sn pcto ee
valet cu Johes dicat Si dixim
1 joh 1 quia pctm no hemus nos ipos
seducimus et veritas i nobis no est
ix C Inquina videlz pcto et crimini

A q ome crimen pctm e no tn ome
pctm crimen

distinctione pensandu est quia
no nulla pcta aiam pollunt
Nam crimina extinguunt. Unde
btus iob crimen luxurie diffini
ens ait Ignis e usqz ad pdicom
devorans quia nimirum reatus
facinoris no usqz ad inquinatom
maculat sz usqz ad pdicom vorat
Et quia aliqui alia sunt bona opa.
si luxurie scelus no abluitur
i necessitate quus carnis absumit — obruatur
sub sequens admixit Et omnia
eradicans genimina Genimina
sunt anime opacones bone
cum tamen pravo ordine caro do
minatur igne luxurie oia bn
plata concremat. Nulla quippe
ant omnipotentis dei oculos iusti — Absqz mundicia
pietatisqz sunt opa q corruptois — cor' et alt' st
contagio inveniunt immunda. Quid — opa mste.
enim pdest si pie quisqz vanitati
pximum compatitur. qm impie semet
ipm habitacom dei destruit. Si
ergo p cordis mundicia libidi
nis flama no extinguitur in
cassum quelibet virtutes oriunt
Sicut p moysen dr Ignis exar — deut° 32
sit ab ira mea et ardebit usqz
ad infern novissima. comedet
terram et messem eius. Ignis
quippe terram atqz nostra eius
comedit cu libido carne atqz
p hac omnia bn acta consumit
Nam quippe quid e pdit exsur
ge rectitudinis · hoc nimirum con
cremat flama corruptonis
Dicat ergo Ignis e ad pdicom
devorans et omnia eradicans ge
nimina. quia si corruptonis
malo no resistit et illa perlo
perunt que bona videbant.
Sz solent uo nullos ad hu
militate viam scire et ad timo
rem ment virtus elevare. Con
vendum gr nobis est si bts iob
in tanta castitatis mundicia etia
humilis fuit. Sz scus vir cum
alta virtutu teneat q dese hu
lia sentiat pspecte capit cum
subiugit. Si contepsi iudicium D

subire cum servo meo et ancille mee cum disceptarent adversum me. Cum enim iudicium cum servis et ancillis non renuit, liquido indicat quod contra multum unicuique primum apud semetipsum extitit. Iste hec autem libri in tuen[dum] vitam suam in omnibus quanta vir sanctus discretione custodit. Non enim longe superius dixit: Videbant me iuvenes et abscondebantur et senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces et lingua eorum adherebat gutturi suo. Nunc vero ait: Si contempsi subire iudicium cum servo meo et ancilla mea dum disceptarent adversum me. Quis digne considerare valeat huius viri tam sublimia, virtutum moderamina, qui et tenens tam auctoritate regiminis ut ad silentium restringant duces tanta humilitatis cordis ut ex quo ad iudicium venire permittantur ancille. Ecce apparet miro modo in potestate principibus potior in examine servis equalis. In cepto principium inter regiminis in examine famulorum memor condicionis. Se quippe sub uno domino famulum conspicit. Ideo cordis altitudine se super famulos non extollit. Unde et protinus subdidit: Quid enim faciam cum surrexerit deus ad iudicandum, et cum quesierit quid respondebo illi. Qui enim veniens iudice cogitat in deserviet cottidie rationem suam in melius causas parat, quia dum eterni iudicis cum tremore cordis intuetur, intra temporalis domini super subiectos modo dominie compellitur. Perpendit enim nihil esse quod temporaliter preest actis quem ille ad reddendam rationem subest qui sine fine dominatur. Sepe namque transitoria potestatis cum per abrupta raptum rapit. Et quia eo quisque extollitur quo se esse super alios videt, illum oportet qui super se est conspiciat, ut extimeat metu qui super se et super omnia est crescente in tumore animi timore premat. Intueatur enim quem sub ipso sint, sed consideret ipse sub quo sit, ut ex consideratione veri domini decrescat tumor false dominacionis. Unde beatus Iob quia eius iudicium qui super omnia est metuit, hic ad temporale iudicium famulis equalis venit dicens: Si contempsi subire iudicium cum servo meo et ancille mee cum disceptarent adversum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus, et cum quesierit quid respondebo illi? Qui ut semper cor in humilitate deprimat nequaquam in eisdem famulis conspicit quod sibi status est dispar, sed quod natura communis. Unde etiam subdit: Numquid non in utero fecit me qui et illum operatus est et formavit in vulva? Potentibus viris magna est virtus humilitatis consideratio equalitatis condicionis. Omnes namque homines natura equales sunt, sed accessit dispensatorio ordine ut quibusdam alii prelati videantur. Si igitur hoc in mente deprimimus quod temporaliter accessit citius invenimus quod natura sumus. Plerumque enim se mens accepta potestatis obruit, cum quibus tumidis cogitationibus fallitur. Nam ergo humillime consideracionis deprimendus est tumor elacionis. Si igitur apud memetipsum meus descendit de vertice culminis citius in vera planicie naturalis equalitatis. Nam ut prefati sumus: Omnes homines natura equales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis dispensacione occulta preponit vel postponit. Ipsa autem diversitas que accessit ex vicio recte est divinis iudiciis ordinata. Ut quia omnis homo iter vite equaliter non graditur alter ab altero arguatur et regatur. Sancti autem viri cum presunt non in se potestatem ordinis sed equalitatem condicionis attendunt, nec preesse gaudent hominibus sed prodesse. Sciunt enim quod antiqui patres non

Pastores non querant preesse sed prodesse

Gri li 26 c. 18

Rector

tamquam reges hominum, qui pastores
pecorum fuisse memorantur. Et cum
Dominus Noe filiisque eius diceret:
Crescite et multiplicamini et reple-
te terram, subdidit: Et terror vester
ac tremor sit super cuncta ani-
malia terre. Non enim ait super homines qui
futuri sunt, sed ait: sit super cuncta
animalia terre. Homo quippe animalibus
irrationabilibus, non autem ceteris hominibus
prelatus est. Et ideo ei dicitur ut ab
animalibus et non ab homine timeatur.
Quia contra naturam superbire est,
ab equali velle timeri. Quamvis
plerumque a subditis etiam sic vult
timeri appetit, sed qui abesse
subditis Deum minime timeri de-
prehendunt, ut humana saltem
formidine peccare metuant, qui
divina iudicia non formidant.
Nequaquam igitur prepositi ex hoc quesi-
to timore superbiunt, in quo non
suam gloriam, sed subditorum iustitiam
querunt. In eo enim quod metum sibi a
perverse viventibus exigunt, quasi non
hominibus sed brutis animalibus dominantur.
Quia videlicet ex qua bestiales sunt
subditi, ex ea etiam debent formi-
dine iacere substrati. Cum vero
deest vitium quod corrigatur, non de
excellentia potestatis, sed ex equalitate
conditionis gaudet, et non solum
ab eis metui, sed etiam plus quam interest
honorari refugiunt. Neque enim
se leniter potenti humiliter credunt,
si ab eis promerito fortasse ordine plus
estimentur. Hinc etenim quod primus pa-
stor ecclesie cum adorante se Corne-
lio super se sibi honorem videret
oblatum, ad equalitatem conditionis sue
cautus rediit, dicens: Surge, et ego
homo sum. Scimus enim nescire
quod conditori suo homo debeat, et
non homini prosterni. Quia ergo humili-
ari sibi plus quam debuit proximum
vidit, ne ultra humanum metus
mens eius intumesceret, se hominem
recognovit, quatinus illati sibi hono-
ris elationem frangeret ex consideratione

equalitate conditionis. Hinc a Io-
hanne angelus adoratus crea-
turam se esse cognovit, dicens:
Vide ne feceris, conservus enim sum
tuus et fratrum tuorum. Hinc propheta,
cum ad videnda sublimia rapi-
tur, filius hominis vocatur, ut ductus ad
celestia hominem se esse meminisset.
Ac si enim vox divina verbis aper-
tioribus admoneat, dicens: Me-
mento quid sis, ne de his ad que
rapieris extollaris, sed altitudinem
revelationis tempera memoria con-
ditionis. Ex eo ergo colligendum est
quanta cautela nobis in corde meo-
ria deprimi debeat terrene potestatis
timor, si ex humano vocabulo
agitur ne cogitationis elatio ex se-
cretis celestibus generetur. Cuius vide-
licet humilitatis bene beatus Iob semper
recordationem tenuit, quia ait: Numquid
non in utero fecit me qui et illum
operatus est, et formavit in vulva?
Ac si aperte dicat: Cur non eque
debeamus in cunctis negotiis in-
dicio discerni, qui per conditionis
potentiam sumus equati? Sed qua
consistit eius atque humilitatis
acta cognovimus, nunc liberalitatis
opera cognoscamus. Sequitur: Si ne-
gavi quod volebant pauperibus, et
si vidue oculos exspectare feci.
Per hec dicta vir sanctus ostendit
non solum a se opem pauperibus,
sed etiam adhibendi desiderium
deservisse sibi. Quod si ipsa velle
pauperes humiles solent, ea sola
estimanda sunt que accipere pau-
peres volunt, que humiles petunt.
Et procul dubio oportet ut inveniat
decet quod cum humilitate requiritur,
id est quod non ex desiderio, sed ex ne-
cessitate postulatur. Nam valde
superbire est, ex necessitate aliquid
desiderare. Unde et superbe petenti-
bus dicitur: Petitis et non accipitis,
eo quod superbe petitis. Nam ergo
illi sunt veraciter pauperes qui in

Margin notes (left): Genesis 9; dampnum; Actus 10; [illegible]
Margin notes (right): Apocalipsis ultimo; Job 31; pauperes qui ... fuerit ... accipere ... expediret; ... scriptura sacra dicit; Iacobus [illegible]

4.7 elati superbie spiritu non sunt quos apte veritas exprimit cum dicit Beati pauperes spiritu. Recte nunc per sonam virum dicit Si negavi quod volebant pauperibus. Quia qui ea volunt que liquet quod eis non expediunt eo ipso quo superbie spiritu tumescunt pauperes non sunt. Beatus Iob dum pauperes humiles appellat quid quod ab eo pauperes accipere volunt non negavit / Cavendum quippe humiles quod nec potuit obtinere nec volunt. Sed cum largitatis mentis sue indicat quia ad votum se pauperibus concurrisse manifestat / notandum est ut quamvis ne linire mire dationis tarditate sustinuit. Unde subiungit

h Et si oculos vidue expectare feci. Detente se vidua expectare noluit ut non solum exhibere sed etiam ex celeritate muneris bonorum operum merita augeat / Unde alias scriptum est Ne dicas amico tuo vade et revertere et cras dabo cum statim possis dare / Sed non nulli solent extimus multa dare quos aut vite gratiam repellentes hic pauperes sed domestica conversatione refugiunt. Unde beatus Iob ut non solum insinuet se extimus multa prebuisse sed aperit se quosque pauperes in domestica consuetudine recepisse protinus adiungit /

i Si comedi buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea. Valde pietati se preiudicium facere estimabat si solus comederet quod deus omnibus creasset communiter / que profecto communis conversatione esse cum tibi in domesticos pietatis de ex omnibus eterne perficit munera retributionis. Unde sanctus vir non quibuslibet sed ad communionem mandendi socium pupillum se habuisse perhibet. Sed tamen hec pietatis virtus utrum a semetipso habuerit an a conditoris sui gratia consecutus sit innotescit dicens

k Quia ab infantia crevit mecum miseratio et de utero matris mee egressa est mecum. Miseratio autem et si eius fuit arbitrii ut cum ipso perficeret liquet tamen quia eius arbitrii non fuit ut cum ipso de utero exiret / Constat ergo quia sine natura nil tribuit quam perfecto testatur quia hoc ex conditoris munere accepit / Bonum igitur quod a conditione habuisse se intimat licet procul dubio quia ad laudem conditoris mittit indicans ab ipso se accepisse ut pius esset a quo accepit ut esset / Quia sic suo ope in utero conditus non fuit / ita nec sua virtute ab utero pius fuit. Sed pensandum nobis est quod asserit Crevit mecum. Non nulli enim quod ad etatem crescunt ab innocentia decrescunt. Etas vero cum fortis etas corporum in tuis si dici liceat est etas virtutum. Sequitur

Si despexi pereuntem eo quod non habuit indumentum et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius et de velleribus ovium mearum calefactus fuit. l

Qui pauperem non despexit virtutem humilitatis exhibuit, quod autem operuit illum pietatis / Due quippe iste virtutes ita sibimet esse connexe debent ut vicaria se ope fulciant. Quatinus nec humilitas cum veneratur proximum largitatis opera deserat / nec pietas cum largitur intumescat / Erga indigentiam itaque proximum humilitas fulciatur pietate ut cum indigente rebus necessariis vestitus consortem vides / nec per pietatem desinas tegere nec per superbiam negligas venerari quem tegis. Nam sunt non nulli qui mox ab egentibus fratribus sunt necessaria postulati post dona largitionis et eos prius contumeliosa verba iaculantur / Qui et si rebus ministerium pietatis perficiunt verbis tamen humilitatis perdunt. Ita ut plerumque videatur quia iam illate iniurie satisfactionem solvunt cum post contumelias dona largiuntur. Nec magnum est opus quod postulata tribuunt quia ipso donationis sue munere vix eundem excessum sermonis tegunt / Unde bene per Ecclesiasticum librum dicitur Omni dato non des tristitiam verbi mali

Cxij ca

Et rursum Ecce verbum bonum super
datum optimum et utraque cum honore
iustificato. videlicet ut datum exhi-
beri debeat pietate et bonum verbum
cum humilitate. At contra alii
egenos si res non studet rebus
fulcire cum posset. sed blandis tamen
sermonibus fovere. Quos vehementer
2 Iacobi predicatio sancta reprehendit
dicens Si autem frater aut soror nu-
di sunt et indigent victu cottidiano
dicat autem ex vobis illis quis Ite cum
pace calefacimini et saturamini
non dederitis autem illis que sunt
necessaria corpori quid proderit. Quos
1 Jo 3 Iohannes quoque apostolus admonet di-
cens Filioli mei non diligamus
verbo neque lingua sed opere et veritate
Dilectio itaque nostra semper exhiben-
da est et veneratione sermonis et mi-
nisterio largitatis. Multum vero ad emen-
dandam superbiam valet si cum terre-
na tribuit verba sollicite magistri celestis
penset. Facite vobis amicos de
luc 16 mammona iniquitatis ut cum de-
feceritis recipiant vos in eterna
tabernacula. Si enim eorum amicitiis
eterna tabernacula acquirimus dantes. procul
pensare debemus. quia patronis
munera potius quam egenis dona
largimur. Hinc Paulus dicit Vestra
2 cor 8 habundantia illorum inopiam suppleat
ut et illorum habundantia vestre inopie
supplementum. Ut videlicet sollicite per-
pendamus quia et eos nunc inopes
cernimus habundantes quandoque videbimus
et qui habundantes aspicimur et lar-
giri negligimus quandoque inopes erimus.
Qui ergo nunc temporale subsidium
pauperi tribuit ab eo post modum
perpetua recepturus. Ut ita dicam
quasi ad fruge terram excolit quam
quod accepit uberius reddit. Res-
tat ergo ut numquam elatio surgat
ex munere. quando videlicet dives ex eo
quod pauperi tribuit agit ut in perpetuum
pauper non sit. Beatus ergo iob ut
diligenter ostenderet humilitatis atque misericordie
in eo quanta fuit consideratione servata
ait. Si despexi pretereuntem eo quod non
habuit indumentum et absque opi-
mento pauperem. si non benedixe-
runt mihi latera eius et de velleribus
ovium mearum calefactus sit. Ac si
dicat In amore proximi uno
eodem ordine et superbie vicium
et impietatis premens pretereuntem
conspexi et humilis et humiliter aspi-
ciens non despexi et misericorditer
calefeci. Quisquis enim super eum R
cui aliquid tribuit se fastu elationis
extollit. maiore culpa intus
superbiendo peragit quam extra largi-
endo meretur. fitque bonis in
operationibus ipse nudus. cum nudum
vestiens despicit eo quod agit ut se
ipso ex deterior fiat quo se indigenti
proximo meliorem putat. Omnis
quippe in ope est qui vestem non
habet. sed qui non habet humilitatem Unde
necesse est ut cum nostre consortes
non habere exteriora conspicimus. quam
multa nobis desint interiora bo-
na pensemus. quatinus se super inopes
cogitatio nostra non elevet. cum solerter
videt quia nos tanto verius
quanto intimius indigentes sumus.
Et quia sunt nonnulli qui prepotentes O
sue misericordie tendere neque ad inco-
gnitos nesciunt sed solos quos
per assiduitatem notitie didicerint
aut miserentur apud quos nimirum plus
familiaritas quam natura valet dum
quibusdam necessaria non quia homines
sunt sed quia noti sunt largiuntur.
Bene nunc per beatum iob dicitur Si despe-
xi pretereuntem eo quod non habuit in-
dumentum. Ignoto enim proximo mi-
sertum se indicat quem pretereuntem
vocat. quia videlicet apud pia
mente plus natura valet quam notitia
Nam et unusquisque qui in deo est
eo ipso quod homo est, etiam incognitus
non est. Sequitur Si levavi super pu- xiii
pillum manum meam etiam cum viderem P
me in porta superiorem. Mos apud
veteres fuit ut ad portam seniores
sederent qui ceterorum iurgia iudi-
ciali examine distinguerent. quatenus
urbem in qua concorditer oportet
vivere discordes minime intraret

Amos 7 Unde et per prophetam dominus dicit: Con-
stituite in porta iudicium. Hoc itaque
in loco quid porte nomine expri-
mitur nisi id quod agebat in porta?
Sicut enim pugnare castra dicun-
tur cum pugnatur ex castris, ita iudicium
quod in porta agi consueverat porta
nominatur. In porta ergo se superiorem
videt, qui se meliorem partis in
iudicio esse cognitis meritis conspi-
cit. Beatus igitur Iob quia nec tunc
contra pupillum manum excucu-
tiens se etiam per iusticiae meritum po-
tiorem vidit, nobis timoris regu-
lam insinuans dicit: Si levavi
super pupillum manum meam, cum vi-
derem me in porta superiorem. Ac si pa-
tenter dicat: Neque tunc volui tunc
mee negocia iuste contra pu-
pillum exequi volui, cum me
iudicio etiam potiorem vidi. Sunt
etenim viri qui cum prosperis moribus
contentionum negotia subeunt,
dum certari vel in minimis timent,
ipsi certant contra iusticiam. Sciunt
quippe quia omnis humana iusticia
in iusticia esse reprehenditur, si divi-
nitus districte iudicetur. Unde hoc quod sibi
competit tanto vehementius exigere
ne eorum actus superna rectitudine
contingat subtiliter examinare,
sed ut in venire iusti divino ex-
amine valeant, plerumque aperte
divina iudicia certari se etiam iniuste
patiuntur. Beatus autem Iob inter sue
celsitudinis narrationes et multa sunt
et mira que dixit. Sed quia plerumque
humana mens remittit bona credere
que nescit operari, maledicta sibi
similiter protinus subicit, si quia com-
que dixerat opere non complevit, dicens:
a Humerus meus a iunctura sua
cadat et brachium meum cum suis
ossibus conteratur. Quia operatio cor-
porea per humeros ac brachia agitur,
bona que ore protulit si opere non
implevit eadem sibi humeros contra
tere brachium exoptat. Ac si aperte
dicat: Si ea que dixi operari re-
nui, ipsum quod michi ad operandum
datum est corporis membrum perdam,
ut videlicet cadat a corpore quod exer-
cere nolui ad utilitatem. Si vero maledicta
hec sua ad spiritalem est intelligenciam
referenda, liquet profecto quod brachium
corporis per humerum iungitur, et sic per bra-
chium bona operatio, ita per humerum so-
cialis vite coniunctio designatur. Un-
de propheta quoque in tres sanctos universalis
ecclesie populos deo concordit sanctitatos
ait: Et serviet ei humero uno. In eo Zoph 3
quod ait: Si levavi super pupillum ma-
num meam, cum viderem me in porta
superiorem, nimirum virtute patientie
servasse se asserit, qui certari se a
personis minimis nec contra hoc quod
sibi competere poterit declinavit; quod
tamen si minime fecit adiunxit: Humerus
meus a iunctura sua cadat,
quia nimirum qui patientiam servare
contempnit, socialem vitam per impatien-
tiam deserit. A iunctura etenim
humerus cadit, cum adversitatis
aliquid ferre animus non valens con-
sortiam concordiam relinquit, et quasi
membris separatur a corpore, cum is qui aspe-
ri bona potuit, a bonorum omnium
recedit unanimitate. Neque enim unquam
servare concordia nisi per sola patientia
valet. Crebro namque in humana
actione insurgit, unde mentes hominum
vicissim a sua unitatione ac di-
lectione separentur, et nisi adversa
tolleranda se animus prepararet paulo Gal
humerus corporis non inheret. Hinc 6
etenim Paulus ait: Invicem onera
vestra portate et sic adimplebitis legem
Christi. Hinc per semetipsam veritas dicit: Luc
In pacientia vestra possidebitis animas 21
vestras. Recte autem humero cadente
et brachium meum cum ossibus suis
conteratur. Quia nimirum cuncta
nostra operatio cum quibuslibet virtutibus
videatur esse fulcita, nisi per caritatis
vinculum pacis continetur, sua enim
bona perdit operari, qui aliena mala
renuit tollerare. Iracundie fervore quippe interius xiii R
dum succensus lesus quisque a dilectione
resilit et cum exterius certari non
tollerat, intus se per amissum lumine
caritatis obscurat, nec videt iam
quo tendit pedem boni operis, qui
oculum perdidit dilectionis. Sed si vir
humerus cum iunctura sua non

Concordi[a]
per pac[em]
conservat[ur]

cadit qui videlicet eius dilecto a sociali-
socialis vite concordia per inpacienciam
non recedit. Eius brachium minime
frangitur quia omnis eius operacio
in contemptore hominum id est in caritatis
connexione custoditur. Sed quia con-
sideracione bona hec tanta egerit
atque a malis omnibus sese ab-
stinuerit adiungit dicens: Semper
enim quasi tumentes super me fluctus
timui deum et pondus eius ferre
non potui. A pavore tante sublimitatis
pensemus si possumus quanta in isto
viro fuit vis timoris. Fluctus enim
cum tumentes desuper eminent atque
eam quam deferunt morte minantur
nulla tunc navigantibus cura rerum
temporalium nulla carnis delectacio ad
mentem redit. Et ipsa quoque proi-
ciunt pro quibus longa navigia sub-
ierunt. Cuncte res in despectum me-
veniunt amore vivendi. Quasi ergo
tumentes super se fluctus metuit
deum qui dum veram vitam deside-
rat omnia despicit que hic possidens
portat. Nam velut tempestate deprehensi
navis pondus abicimus quando ab
oppressa mente desideria terrena removemus
sicque ut sublevata navis enatet
que mergebatur onerata. Ea nimirum
cura que in hac vita deprimunt
mentem in profundo trahunt. Quem vi-
delicet mens tanto altius in tem-
pestatem fluctus attollit quanto
sollicitius ab hominis seculi cogita-
cione vacuatur. Est vero et aliud quod
de maris commocione debeat solerter
intueri. Tempestas quippe cum
oritur prius leves unde et post modum
volumina maiora consurgunt ad extre-
mum fluctus se in altum erigunt et
navigantes quosque ipsa sua alti-
tudine submergunt. Sic sic nimirum
extrema illa properat quam universum
mundum subruat tempestas [illegible]
Nunc enim bellis et cladibus consurgentibus
undis nobis sua exordia ostendit
et quanto ad finem cotidie propinquio-
res efficimur tanto maiora irrue-
ncium volumina videmus. Ad extremum
vero commotis omnibus elementis supernus

iudex veniens finem omnium aperit
quia videlicet tunc tempestatis in celsum
fluctus levat. Unde et dicitur: Adhuc
modicum et ego movebo non solum
terram sed etiam celum. Quam scilicet
tempestatem quia sancti viri vigi-
lanter aspiciunt quasi tumentes super se
cotidie fluctus expavescunt
atque ex hiis celestibus quam viderint ferunt
perpendunt que senciunt. Unde autem sub-
ditur: Et pondus eius ferre non potui
[illegible] qui extremi iudicii adven-
tum in tenta mente considerat
perfecto videt quia tantus pavor
imminet quantum non solum tunc videre
pertimescat. Consideracione namque
tanti terroris metu animus palpi-
tat et intencionis sue oculos de-
clinans intueri quod pertimescit recusat.
Unde ergo dicitur: Et pondus eius ferre
non potui. Quia cum superne maies-
tatis vim ad iudicium veniens
terrorem quam tanti examinis considerando
animus conatur exquirere mox
ad semetipsum refugiens se ex-
pavescit invenisse. Sed in hoc hec
pensandum est quia beatus Iob ista
de se loquitur laudatus flagellatur.
Si ergo admirator per verecundiam percussus
est qui sic timuit quo feriendus est
qui contempnit. Quomodo de-
ipsa sunt dei iudicia eos qui
se elevant si [illegible] illos ad tempus deprimunt
qui hec semper in humilitate formi-
dant. Quod pondus dei poterit
ferre qui despicit si hoc et ille
in verbere pertulit qui pertimorem
providit. Unde summopere formida-
dum nobis est illud tante distric-
cionis examen. Constat autem
quia in hac vita dum parcit ita
si percussione correcto sequitur.
Disciplina pocius est quam ira in-
dicatis. Amor corrigentis est non
districcio punientis. Corpore ergo
puniti verbere iudicia eterna pen-
sanda sunt. Hinc enim perpende
hinc summopere debemus quomodo
feriatur illa que probat si ferit
modo vix valet eius ira que
purgat. Sequitur. Liber xxii.

Aggei 2

Si percussio
correctio sequitur
Amor ... corrigentis
designatur.

lib'

|| q° iusta tpans et fortis nō est

I x Quod autem sepe iam dictum est
hoc me crebro repetere one-
rosum non est. Quia et pre-
dicator egregius dicit: Eadem
vobis scribere michi quidem non pigrum,
vobis autem necessarium. Beatus Iob ideo
virtutes gestas narrat, quia inter
increpacionis verba et percussionis
vulnera deprehensus, a spei fiducia
mentem suam labefactari considerat.
Multa quippe egisse se mala ab
increpantibus amicis audierat,
et ne verbis percussa et flagellis pressa
in desperacionem mens corrueret, hanc
per suarum virtutum memoriam ad spem
reformat, ut nequaquam se, deiecta
in calamitate, deiciat, que tranquillitatis
sue tempore se meminerat etiam sub-
limia egisse. Quia igitur contencionis
eius causam diximus, restat ut
auditas virtutes eius perpendamus.
Hoc autem primum sciendum est, quia quisquis
aliqua virtute pollere creditur, tunc
veraciter pollet, cum vitiis ex alia parte
non subiacet. Nam si ex alio vitiis
subditur, nec hoc est solidum ubi sta-
re videbatur. Una quaeque virtus tanto
minor est quanto desunt cetere.
Nam sepe quosdam pudicos quidem
nos vidisse contingit, sed non humiles;
quosdam vero quasi iustos humiles,
sed non misericordes; quosdam quasi misericordes
sed non iustos; quosdam vero quasi
iustos, sed in se potius quam in deo
confidentes. Certum est quia nec
castitas in corde vera est cui humili-
tas deest. Quippe quia superbia
tumescens se corrumpente semetipsum
diligens ad imo amore fornicatur.
Nec humilitas vera est cui iusticia
non est. Quia nec humilitas debet
dici, que ad compassionem fratrum mi-
serie nescit inclinari. Nec misericordia
vera est que a rectitudine iusticie
existit aliena, quia que potest
per iniusticiam pollui nescit perfecte
sibimet misereri. Nec iusticia
vera est que fiduciam suam non
in conditore omnium, sed in se fortasse
aut in rebus conditis ponit.
Quia dum a creatore spem
subtrahit, ipsa sibi principalis iusticie
ordine subruit. Una itaque virtus
sine aliis aut omnino nulla est, aut
imperfecta. Ut enim sicut quibusdam
visum est de primis quattuor virtutibus
loquar: Prudencia, temperancia,
fortitudo atque iusticia, tanto per-
fecte sunt singule, quanto vicissim
sibimet coniuncte. Disiuncte autem
perfecte esse nequaquam possunt, quia nec
prudencia vera est, nec perfecta temperancia
que fortis iusta et prudens non est,
nec fortitudo integra que prudens 7 iusta
et temperans non est. Beatus igitur
Iob quia non una sine alia, sed coniunc-
tas in se virtutes habuit, enumerando
singulas innotescit. Nam bona
pudicicie in summis dicit: Si de-
ceptum est cor meum super muliere.
Atque ut eiusdem pudicicie demon-
straret humilitatis graciam non defuisse,
post certa subiungit: Si contempsi
iudicium subire cum servo meo. Cum
ut humilitati sue ostenderet iusticiam
fuisse coniunctam, paulo post dicit:
Si negavi quod volebant pauperibus.
Ut quod misericordiam suam ostenderet de radice
iusticie descendere, paulo superius
premisit dicens: Si ambulavi in
vanitate et festinavit in dolo pes
meus. Atque ut innueret quam fuit
ad cuncta pavidus, ad omnia
circumspectus, in fine asserit dicens:
Semper enim quasi tumentes super
me fluctus timui deum. Cum scilicet
in prosperis positus, atque habundancia
rerum fultus, si spem aut in suis
actibus, aut in circumfluentibus rebus poneret,
perfecto iustus non esset. Sed quia vir
iste sanctus in se spem posuit, quam apte
dicit: Ecce non est in me auxilium
michi. Quid ergo nunc quoque superest,
nisi ut ipsas quoque divicias
qua mente possedit innotescat?
Ait enim: Si putavi aurum robur meum
et obrizo dixi: Fiducia mea es. ij x
Obrizam dicimus obrude aurum.
Sanctus ergo vir nec aurum robur,
nec obrizam, id est eandem auri
molem, fiduciam credidit. Quia
spem atque delectacionem suam in sola
conditoris graciam figens, neque de
quantitate auri neque de se presumit.

De vtutū quexione :·

[illegible marginal note at top, partly struck through: ... in sermone de divitiis ... repleri ... est ...]

XXI

Luc 12

Peccatorem quippe despexisse fugientem
spem in creaturam posuisse. In rebus
autem duabus spem fixat dives
ille qui dicebat. Anima habes
bona multa reposita in annos plu
rimos requiesce comede bibe
epulare. Sed hunc superna vox in
crepat dicens. Stulte in hac nocte
animam tuam repetent a te quae autem para
sti cuius erunt. Eadem nocte sublatus
est qui rerum sibi habundancia
multa tempora fieri praestolabatur ut
scilicet qui in longum sibi subsidia
colligendo prospexerat subsequentem
diem nec unum minime videret. Qui
enim magnis defluentibus fundamentum
ponere est in labentibus rebus spei
fiduciam velle solidare. Deo enim
stante in perpetuum transeunt omnia.
Quid ergo est nisi fugere abstinere
a transeuntibus rebus non inhaerere. Quis
namque umquam decurrentium fluminum
tumidis vorticibus inceptus manere
ipse potuit fixus decursum unda
defluente. Tempus ergo defluere
dementiae. Superest ut qui defluunt
fugiat ne prosperum quod amat in hoc
cogatur pervenire quod vitat. Qui
enim rebus labentibus inhaeret illo
videlicet attrahitur quo tenet. Primus
ergo curandum est ne quis temporalia
diligat. ac deinde ne in eisdem
temporalibus quae non ad delectationem sed
sed ad usum retinet fiduciam ponat.
quo commixtis decurrentibus mox
statum sui animi perdit. Ista vitae
praesentis fluctus attrahit quem le
vat. Et valde demens est qui
in unda volvitur et plantam figere
conatur. Sed sunt plerique qui etsi
in rebus transeuntibus fiduciam
nequaquam ponunt cum tamen sibi
met ad usus necessarios aliunde
assunt mente tacita laetantur.
Quia in re dubium non est quia
tanto minus quisque dolet quod desunt
etiam quanto magis gaudet quod
assunt temporalia. et tanto minus dolet
quod desunt temporalia. quanto expectat
ut assunt aeterna. Hoc itaque de terre
nis rebus gaudium beatus Iob
non se habuisse testificans subiungit
dicens. Si laetatus sum super multis 3
divitiis meis et quia plurima
reperit manus mea. Sancta quippe
viri in huius peregrinationis aerumna
quo eam quam appetit adhuc
creatoris sui speciem contemplari
minime sinitur omnemque praesentis vitae
copiam inopiam deputat. quia videlicet
nihil extra deum sufficit menti quae
vacare deum quaerit. et plerumque ipsa
sua habundancia fit vehementer one
rosa. quia hoc ipsum gravius tollerat
quod festinantes ad patriam itinere
multa portat. Unde fit ut sicut Ex''
cum indigentibus peregrinis de vocatione
partiantur. quibus deesse sumit iste
quod non habet deponat ille quod am
plius habebat ne convictor
vacuus ambulet. nec eum quem
retardare potest nimium onus
gravet. Electi igitur de multa habun
dancia minime laetantur. quia vide
licet pro amore caelestis patrimonii
aut largiendo dispergunt. aut de
spiciendo deserunt. Sequitur. Si vidi
solem cum ~~splenderet~~ fulgeret
aut lunam incedentem clare. et
laetatum est cor meum in abscondito
et osculatus sum manum meam
ore meo. quae est iniquitas ma
xima. et negacio contra deum
altissimum. In textu non est quod utrisque
solaria luminaria de
putata caeli militia vocantur in quo
cultu multos nonnumquam cecidisse
scriptura teste. Sicut scriptum est. Ado Job 19
raverunt universam caeli militiam.
Et quia sol et luna aliis videntur
ad usum aliis ad venerationem eo
more quo cultoribus suis ve
nerari solent. Solem et lunam
beatus Iob nequaquam vidisse se
perhibet. nec laetatum fuisse cor
suum. nec osculatum manum ore
suo. In qua videlicet osculatione
quid aliud quam gratia venerationis
exprimitur. Quae si fecisset utique hoc
in iniquitate maxima et dei ne
gationem vocat. Sed postquam tanta iiii 3

Dese locis superioribus intuitu culmina
narravit. Quid nunc minimum
inerat. si solem et lunam non se
adorasse manifestat. Vn pensan-
dum est quod pagani in auro non
posuisset fiduciam. nec in multis
divitiis letatum se fuisse testatur.
adhuc ad sublimiora ducitur.
ut tanto nos magis erudiat
quanto aliqua subtilius narrat.
Ait enim Si vidi solem cum ful
geret et lunam incedentem clare
et letatum est in abscondito cor
meum. Quid hoc loco inde dicitur
nisi desidiam intueri. Unde
psalmista ait Iniquitatem si aspexi
in corde meo non exaudiet
dominus. Que nimirum iniquitas
exprimi in ore non posset si non
conspiceretur in corde. Sed aliud est
videre per iudicium. aliud per appetitum.
Beatus igitur iob solem fulgentem et
lunam clare incedentem nequaquam
se vidisse perhibet. ut [illegible]se demo
straret pulcritudinis lucis speciem non ap
petisse. Ac si post despectum ter
ne humilitatis sue patenter insi
nuet. Quid dicat. quia nec
quam in auro letatus sum. Ea
in ipsa quoque luce corporea de
lectatus non sum. Sed enim viri
postquam omnia prius vite ob
lectamenta despiciunt. pollens
in hac lucis dulcedine. ab hac
exteriori luce animum quasi a tenebris
avertunt. multumque secum in tristicia
contendunt. ne hunc lucis que fulget
exterius delectatione rapiantur.
Lux quippe visibilis si incaute
diligitur. a luce invisibili cor ce
catur. Quia quanto extra se
spargens animum confunditur. tanto
amplius ab intimis obtutibus
reverberatur. Unde solertes quique
ne corporeis sensibus ad exte
riora dilabantur. continuo stu
dio intra mentem suam occulta
custodia discipline se colligunt
ut in tanto magis inveniantur
intus integri quanto minus
sunt exterius fusi. Hoc etenim
discipline vigore intra mentem
suam constrinxerat. qui exterioris vi
te appetitum fugiens dicebat.
Diem hominis non concupivi tu scis.
Quid ergo aperte propheta dicit. Diem
hominis non concupivi. hoc designans
ipso beatus iob aliis verbis asserit
et fulgentem solem et lunam ince
dentem clare non vidit. atque ex
hiis in abditis cordis letatum non
fuit. Quia nimirum gaudere non po
terat que per delectationis deside
rium non videbat. Si vero cuncta
hec que iuxta hystoriam tractando
discussimus per allegoriam quoque mis
terium perscrutemur. Quid in hoc
loco solis accipimus nisi preclari
intellectus ingenium. Quid obrizum
nisi mentem que dum igne amoris
excoquitur semper in se format clari(tatem)
pulchritudinis. cottidiana innova
tione fulgoris. Crescit enim mens pro
corpore veterescente que per desiderium
semper studet inchoare. Hinc namque
paulus dicit. Renovamini spiritu mentis
vestre. Hinc psalmista qui ad perfectionis
culmen iam pervenerat quasi inchoans
dicebat. Dixi nunc cepi. Quia
videlicet si lacessere ab inchoatione bo
ni nolumus. valde necesse est ut
inchoare nos cottidie credamus.
nec abhorret a rationis ordine quod
auro diximus ingenium designari.
Quia sicut in ornamento anulum
supponitur. ut gemma desuper
disponatur. Ita clara scientie in
genia in divinis muneribus subster
nuntur. et distincta super se gratiarum
dona percipiunt. et nisi quod scientie
aurum cum sapientia haberet. quidam
sapiens minime dixisset. Sapientia ab
scondita et thesaurus invisus que utili
tas in utrisque. Sed autem viri robus
tum auro non deputant. quia
quantolibet ingenio fulgeant nil se ex
suis esse viribus pensant. et ut se cuncta
omnia valere possint. prius intelli
gere semetipsos cupiunt. quibus lumine
ingenii more solis plus illus
tret locum in quo oritur. pro modo

certa adque procedendo dilatatur
Re si in tendendo cognoscendis a
liis semetipsos nesciat. ibi sol
licitudinis ubi oritur tenebrescat.
Ingenii itaque virtutem ad agnos-
cendam propriam infirmitatem dirigit
atque ex infirmitatis sue cognitione
iiij 8 melius convalescit. Animi ergo
robur non creditur si in accepto in-
genio fiducia non habetur. Unde per
Salomonem admonetur ait. Habe fi-
Pro. 3 duciam in domino ex toto corde tuo
et ne innitaris prudentie tue.
Dicat ergo. Si putavi aurum
robur meum. et obrize dixi
fiducia mea es. Ac si aperte fa-
teatur dicens. Nec que vicit
intellexi meo ingenio tribui
nec menti proprie si qua egisse
me bona contigit deputavi.
Cum adhuc subtilius humilitate
cordis sint nobis insinuatur. Ait.
Si letatus sum in diviciis meis
et quia plurima reperit manus mea.
Nimis divicias multas appella-
tas per singulas credimus sensu abundan-
ciam consiliorum quam gerit manus
invenit. cum hec cogitatio elationis
gignit. Has etenim divicias
Pro. 18 sapiens Salomon contemplatus ait. Co-
rona sapientium divicie eorum. Quia
et divicias non metalla terrena
sed sapientiam novit. illico per contrarium
subdit. Fatuitas stultorum inpru-
dentia. Si enim coronam sapientium
Divicias terrenas diceret profecto fatuitatem
stultorum paupertatem potius quam in-
prudentiam faceret. Sed dum fatuitatem
stultorum inprudentiam novit. addi-
dit. Sapientum divicias. quia
prudentiam dixit in diviciis. Has
ipse Paulus sancte divicias con-
templatur. et contemplacionem suam
consideracione humane fragilitatis
2 Cor. 4 humiliatione ait. Habemus thesau-
rum istum in vasis fictilibus. Multas
itaque apud nos divicias reperi-
mus. dona habundantis intelligencie
sacra eloquia investigando perci-
pimus. atque in hiis plerumque n°

tamen sibi dissona sentimus. Non C
est autem secura leticia in divinis
paginis vel fortia vel multa
cognoscere. sed cognita custodire.
Nam qui bene intelligit quid in-
telligendo debeat agnoscit. quan-
to enim intellectus lacius exten-
ditur. tanto ad explenda opera ar-
tius ligatur. Unde in euangelio veritas dicit. Luc. 12
Cui multum datum est multum que-
retur ab eo. et cui commendaverunt multum
plus petent ab eo. Deprimamus
igitur intelligentiam datam qui pecu-
niam mutuam quo plus nobis
creditur ex benignitate eo amplius
debitores tenemur in opere. Et
plerumque eadem intelligentie
percepta pecunia cum ad insinuandum
auditoribus deducitur amittitur. nisi
caute teneatur. Neque negligenter G
intuendum est quod prophetarum filii 4 Reg. 6
cum in Jordane ligna cederent.
Uni eorum securis ex manubrio
in profundum lapsa disparuit. Fer-
rum quippe in manubrio est intellectus
donum in corde. ligna vero
per hoc cedere est prava agentes in-
crepare. Et non numquam dum flu-
xe agitur. dum lapsus vane glorie
in accepta ea sapientia non vitatur. ferrum
in aqua perditur. quia ex dissolu-
to opere intelligencia fatuatur.
Quia per sto intelligens ad hoc no-
vimus dari. ut cum dampnosi ocu-

los ex bona actione debeat re-
stituit. Unde et recte is qui ferrum
amiserat clamabat. Heu heu
heu domine mi et hoc ipsum mu-
tuum acceperam. Habet enim elatis
hoc proprium ut si quando eis in sua
sciencia furtiva vana glorie culpa
subrepit. ad cor velociter redeunt
et quicquid in se cum districti iudicis
oculos dampnabile invenerit la-
crimis insequitur. Quia flentes
non solum conspiciunt caute ma-
la que commiserunt. sed accepto
munere quod eciam reddere bona debu-
erunt. Quia minimorum tanto se
amplius peccatores sentiunt. quanto
ex neglecto bono quod agere pote-
runt debitores tenentur. Recte ergo

qui perdidit ferrum clamabat heu
heu et hoc ipsum mutuo acceperam
Ac si dicat. Illud per dissolucionem
negligencie perdidi quod ut pro bona
opera redderem ex gracia creditoris
D accepi. Sed nunquam mente deus
deserit que in peccatis se vitacionem re
cognoscit. Unde et mox helyseus
lignum deorsum mittit. et ferrum
in superficie attollit. quia videlicet
redemptor noster pie nos respiciens
cor peccatoris humiliat et ei quam
amiserat intelligenciam reformat
lignum mergit et ferrum relevat
quia cor affligit et statum repa-
rat. Unde bene in alia translacione
dicitur. Et confregit lignum atque inie
cit et sic ferrum sustulit. Lignum
E namque infringere est cor ab elacione
conterere. Lignum ad yma iactare est
elatum cor in cognicione ut dixi
proprie infirmitatis humiliare. Atque
illico ferrum ad superficiem redit
quia ad usum operacionis pristine
intelligencie revertit. Igitur quo
donum intellectus quod accipitur vix
cum tot difficultatibus custoditur
Curandum quippe est ne ocio
torpeat. curandum ne in operacione
operis vicio elacionis evanescat
Sed viri mire exultat cum co
gnoscunt que faciunt sed cum faciunt
que cognoscunt. Et si intelligendo
congaudent mutuo largitatis, men
tes tamen considerant debitum
Ex' operis, ut videlicet accione persolvant
quod eis prerogatum est in cognicione
Stultus namque est debitor qui
gaudet pecunias mutuas acce
pit, et tempus quo reddere debeat
non intendit. Modestus autem letatur
accipiendi. qui solerti prudencia
eciam constitutum tempore reddendi
cogitat. Quia igitur sancti viri
in hiis que vigilanter intelligunt
securi leticia non extolluntur
dicitur recte. Si letatus sum super
multis diviciis meis et quia plurima
manus mea reperit. Ac si aperte dicat Neque
quod me in eo locuplete ex sciencia
credidi quo ea que agere debui

eciam multa cognovi nec intel
ligencia cor meum extulit. quia
illius consideracio debite operacionis
pressit. Sciendum vero est quod plerum
que contingit ut cum intelligencie
altitudo percipitur tanta semetipsum
animum valde sollicitum ab elacionis
lapsu teneat. Sed tamen mira que
intelligit eciam operari cepit. eo
ipso non minus quo foris ostenditur
labitur. atque in suis actibus se ceteros
preire gloriatur. Beatus igitur iob sicut
intelligencie auro non extollitur
nec lumine quoque aut humanos
oculos mire operacionis elevatur
Unde et apte subiungit. Si vidi ff
solem cum fulgeret. Sol quippe
in fulgore est bonum opus in mani
festacione. Scriptum namque est
Sic luceat lux vestra coram hominibus
ut videant opera vestra bona et glo
rificent patrem vestrum qui in celis
est. Et rursum. Sint lumbi vestri Luc 12
precincti et lucerne ardentes. Quid
ergo in hoc loco fulgente sole
id est in celsitudine in lucernis ardentibus de
signatur. Bonum quippe opus cum
in medio perfidorum lucet, lucerna
ardet in nocte. cum vero in ecclesia
resplendet sol fulget in die. Bonum
opus si adhuc tale est quod
soli mali mirantur lucerna videlicet in
nocte est. Si autem ita proficit
ut mirari ab omnibus et perfectoribus
possit nimirum sol est in die. Bonum
opus cum per activam vitam corporis
lucet. quasi lucerne more lumen
ex testa resplendet. Cum vero
per solam virtutem mentis in contem
placione attollitur. quasi more
solis lux ex celo veniens videtur.
Quia igitur beatus iob multa de
se hospitalitatis ac misericordie bona
narraverat. Que profecto tanto
adhuc minima quanto et corporalia
noverat gesta. Sed intuitu spirita
lium culmine mentis oculum renovacionis
perfeccionis sue meminit et luce
exemplorum quam de se aliis tribuit
solem vocavit. Sunt vero non nulli G

qui cum bona aliqua faciunt in
iquitatum suarum primum obliviscuntur
et cordis oculum in consideratione bonorum
operum que exhibuerunt figunt. Atque
eo se iam stare estimant quo inter
bona que agunt malorum suorum
in quibus et fortasse adhuc implicati
sunt memoriam declinant. Qui
si districtionem iudicis vigilanter
attenderent plus de malis suis
metuerent quam de perfectis bonis
exultarent, plus in stupescerent quam de
his que adhuc ab eis agenda
sunt debitores tenentur quam quod
operantes quedam iam debita persolvunt. Neque enim absolutus est
debitor qui multa reddidit sed
qui omnia. Nec ad victorie bravium
pervenit qui in magna parte
spectaculi currit. Sed in extrema metas nemes in hoc quod est reliquum
deficit. Nec a derelictis destinata loca pergentibus in eundo
prodest longum iter carpere si non
et iter totum valeat consummare.
Qui ergo vitam eternam querimus
quid aliud quam quedam itinera
agimus per que ad patriam festinamus.
Sed quid prodest quod carpimus multa
si ea que ad perveniendum restant
negligimus reliqua. More itaque
viatorum nequaquam debemus aspicere
quantum iam iter egimus, sed quantum superest ut perveniamus. Ut
paulisper fiat preteritum quod indesinenter et timide adhuc attendit
futurum. Amplius igitur debemus
vi .h. Bed aspicere que bona nec dum fecimus
quam ea que nos iam fecisse gaudemus. Habet hoc humana infirmitas proprium ut plus ei intueri
libeat quod in se sibi placet quam
quod displicet. Eger quippe oculus
cordis dum laborem in consideratione
sua metuit quasi quendam situm
delectationis in animo ubi mollius
lateat inquirit. Atque ideo que
commoda de perfectis bonis sit assecutus intelligit. Sed que damna
de neglectis patitur nescit. Plerosque

quam cum hoc viro temptantes etiam electorum
plerumque eorum cordi suggerit ut bona
queque fecerint ad animum revocent
et securitatis iam leticia exultent.
Sed si mentis electa sunt a bonis in qua sibi
placet mentis oculos divertunt
omne in se de perfectis bonis leticie
deprimunt. Et de hiis que se minus
egisse intelligunt tristicia resurgunt
indignos se estimant et pene soli
bona sua non vident que ipsi videnda omnibus ad exemplum prebent.
Hinc est quod Paulus dum completa in se bona postponeret et sola . Phi. 3.
adhuc reliqua que essent explenda cogitaret dicit. Ego
me non arbitror apprehendisse. Hinc est adhuc quod ut possit se de ut
bonis que agebat humiliare studebat ad animum preterita mala reducere dicens. Qui prius fui
blasphemus et persecutor et contumeliosus. Qui et si aliquid dicit . 1. Thy 1.
bonum et tamen etiam cursum
consummavi fidem servavi. Iusticie dum summopere est qua eo illud
tempore intulit quo iam ex corpore
discessurum se cognovit esse. Ibi
quippe premisit dicens. Ego enim . 2. ti. 4.
iam delibor et tempus mee resolutionis instat. Tunc quippe ad memoriam
reduxit perfectum operis cum ad
iam perdidit largitatis spacium
minime sub ecclesia operationis. Sic
enim dum vivimus debemus bona
nostra a memoria repellere ne extollamur. Ita appropinquante exitu plerumque ad memoriam ea intro revocamus ut vel fiduciam prebeant
et desperationis timore premant. Qui . 2 cor 12.
et si corinthiis bona sua commemorando narravit illos conformare studuit non se ostentare
quam quia eadem bona non
in se attenderet patefactum perturbacione proprie temptacionis edocuit que expressa subiungit
Propter quod placeo michi in infirmitatibus meis. Ut ergo discipulos
instrueret de se summa referebat

Morientibus ad memoriam bona sunt reducenda

Vide textu per lbm Job dic Si vidi sole cu fulgeret.

vt vero se in humilitate custodiret
consideracionis oculu no i virtutibus suis
s in fragilitatibus suis fixat. Sunt ita
q ppri sancti viri ut bona q̄de
que agunt videat et tn cum p
egerint ab eorum memoria oc̄u
los avertant. Ac si apte dicat
operis mei etiā cum aliis ex
emplorum lucem tribuet ad pspi
conis gram no attendi qui du
ce extolli timui ab in tuendo
oculos avertit. Sequit Et luna
incedente clare. Post premissu
solem apte quoq incedentem cla
re lunā subdidit. Luna scilz
post opus bonum fama lau
dabilis sequit. Postq celebre
nome inchoat pntis vite nocte
possidet. Si enī verū est q quida
putat illustracione lunā potius
tum radium a radio solis accipe
ut possit lucem noctibus tpibz
exhibere. Absq̄ significacionis or
dine hec quoq suspicio no ab
horret. Fama quoq a bono ope
vires accipit et favoris gram
quasi claritate lune vires ac
pgit. Est aliud in luna q ppli
tudine bona aspergen fame co
venit. luna naq eius tpe te
nebrarum ex albulicatibz ondit.
Luna et dum de aliena vita lux
laudis eminet illius opis clara
cognoscit. Sunt quasi pgenti in
itine exemplis lucem. Sz no i iniq
opus quod de aliena opinione
sunt mi i mundo desidio i animo
formant. Nam et in fine me
tes cum bona de aliis audiunt
aliqui se ad opacionem trahunt no a
more virtutis s delectacione lau
dis accendunt. Ex pfecto liquet
quia sicut natura solis e ut
quecumq attigit accendat et
siccet. Ita luminis ignis est
pprium ut quid q̄ attigit exurat
quidem s exurendo humidum
reddat. Admittit igit alios
pamore dei effectus veri opis
alios vero amor laudis inflammat

ii alios ad operandi bonum opus studium illustrat / cupido

Sz cum veri opis affectu incedim
quasi frigescem solis ardore hu
more siccam. Cum vero q̄ ad opus
bonum laudis amore pvocam
concepta fama q̄ luna humec
tam. que videlz mutam cum et
accendit et resolvit. Accendit
scilz ad exhibicionem opis resolvit
vero ad concupiscenciam favoris. Plerūq
s tamen ad excercenda opa alie
nos vultus psuadet. et cum me
te humili opinionis aliene bo
suscipimus vna vel ad meliorū
bona pducimus. vel ad bonum mala
pmutamus. Cumq nos de vita
proximi fame splendor irradiat
iurec vna ut proximis que ad
obtinendam virtutis iter se dirigit
q̄ in lune lumine gressus ponit.
Sz sicut ex aliena opinione pro
ficimus. sic plerumq s laudibus
fame vre vel redimus a virtute
vacuam. Luna dum de laudis
animus in hoc q̄ se extrinsecus
hre considerat. illud ob luxurie
asq̄ intimus anhelabat. Luna
igit sanctum virum in telligencia scie
no corrupit. de multis dominis
gaudet despexit. Luna vero
magis opis no inflammat. so
lem fulgente no vidit. Luna
aut illum nec fama laudabilis
extulit clare incedente lunam
minime attendit. Sunt tn non
nulli qui p subtile intelligencia
q no faciunt bona cognoscant.
Nam nimis sup multis dominis le
tant cum quelz summa intelligendo
repperiunt. atq i elacōe ipis i me
tibus corrumpunt. Sunt vero no
nulli quos intelligencia quidem
no elevat. s exhibita opacio ex
altat. qui dum acciones suas re
spiciunt apud mente sua certos
se dignitate sibi pponunt. Hij
videlz et multis dominis non
gaudent. sole tn fulgentez videt
Et sunt no nulli q̄s nec opacō
ipa extollit. s cum ab aliis laudis
pferat eadem opacione bona cepe
runt ipis bonum favoribus dimitti

quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiciunt atque cordis custodiam dissoluunt. Hinc perfecto viro sic fulgentem solem videre noluit lunam tamen clare incedentem respuit. Luna namque hominis vite tenebras. dum temporalibus sue claritate am designat humilitatis gradum qui ex incremento lumen amittunt et intuentes lunam se non videntes quia semetipsos nescire incipiunt. Dum mentis oculos in transitorio fulgore figunt. Si autem profectus est bonorum sicut incrementa esse conspicimus. arbustum via quippe future arboris prius in semine postmodum in ortu. atque in extremum producitur in ramis. Sic nimirum sic uniuscuiusque virtus succrescit operatis. Gemmat namque in intelligentia. oritur in operatione atque ad ultimum convalescit usque ad provectus magni latitudinem Sed cum quelibet sua intelligentia extollit. arbor que oriri poterit in semine putrescit. Cum vero per opera bona elationis peste corrumpitur. quasi iam orta siccatur. Cum autem neque intelligentia neque operatio corrumpitur sed excrescente magnitudine favor laudationis sequitur. atque ab statu suo bene operantis animum evertit. linguarum ventos arbor pertulit. et omne quod in ea robustum crevit tempestatis fune radicitus evulsit. Quoniam arbor altius ad superiora surrexit eo ventorum vim vehementius sentit. Quia quo plus quisque in bona opera attollitur. eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. Si itaque adhuc arbor in semine est. metuendum est ne ipsa sue cogitatione putrescat. Si autem ad virgultum perducit. curandum est ne hanc manus elationis tangat atque viriditatis sue actiones arefaciat. Si autem valentiori robore iam ad alta se sublevat valde formidandum est ne hanc admotione ventorum garrulior laudis radicitus evellat. Sed in hoc sciendum est quia ne



ḡ ? R[...] c |16.

esset in renibus, psalmista minime dixisset:
Ure renes meos et cor meum.
Aqua igitur ad renes venit, cum
dulcedo sapientie etiam incentiva
carnis interimit. Ut enim quis vivere
mente potuit, delectationis incendia
frigescunt. Cui adhuc mensus
est mille torrentem, videlicet quem
propheta transire non potuit. De quo etiam
dicit: Quia intumuerunt aque pro-
funde torrentis, qui non potuit trans-
B vadari. Percepta itaque perfectione
operis ad contemplationem venitur.
In qua videlicet contemplatione dum mens
in altum ducitur, sublevata videlicet
in deo, quia non potest penetrare quod
videt, et quasi tangit aquam torrentis
quam transire non valet. Quia et tenet
speculatione quibus propheta quo ad aquam quam
pervenit quam non pertransit,
quia ad contemplationem sapientie cum
ad extremum ducimur, ipsa eius in-
mensitas quam esse hominem sublevat
ad se humano quo plena cognitione
negat, ut hanc tangendo amet, et
tamen nequaquam pertranseundo penetret.
Beatus igitur Iob quia in extrema virtutum
quia districte hominibus superno iu-
ne tribus conspexit gradus conscendit,
quasi per passus ascendit, ut ad celes-
tia obtinenda perveniat. Sacri
itaque libri, id est divini eloquii me-
moriam faciens dicit: Per singulos
gradus meos pronuntiabo illum.
Quia nimirum ille ad cognitionem
dei vocatus ascendit, qui ad obti-
nendam hanc gradibus sancte operationis
erupit. Et quasi per singulos gradus suos
librum pronuntiat, qui percepisse se scientiam
non verba tantum sed et per opera demonstrat.
Ut adhuc subditur: Et quasi principi of-
feram illum. Omne enim quod offerimus
in manibus tenemus. Veniens ergo
ad iudicium principi librum offerre est
verba preceptorum illius in actione tenu-
isse etc. Si adversum me terra mea
C clamat, et cum ipsa sulci mei de-
flent, si fructus eius comedi absque
pecunia, et animam agricolarum eius
afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus
et pro hordeo spina. Quid est clamare
terram, deflere sulcos, et fructus
[illegible] emendo comedere? Cui enim
quia recte est sua emere? Cuius
clamatorem audivimus terram? Deflere
sulcos audivimus? Et cum sulci terre
sepe culti sint, quid est quod punctuatio re-
cione distracta et clamasse terram
et sulci eius cum ea deflesse negatur?
Cum enim non ad eos sulcos terre quos terra
magna distinctione hominis non curaz
dum submovit. Et cum ea sulci deflet.
Quia videlicet iure quia ordo hystorie
deficit, se se nobis intellectus mysti-
cus quasi apertis iam foribus ostendit,
ac si patenter dicat: Quia hominem
terre defecisse cognoscat, nimirum
restat ut ad me sine dubitatione
redeat. Omnis enim qui vel privato
iure domestica familia regitur vel
pro utilitate communi preest fidelibus
plebibus, in hoc quod iura regiminis
in commissis sibi fidelibus possidet,
quid aliud quam terram in colenda
tenet. Ad hoc quippe divina dispen-
satione ceteris unusquisque preponitur ut
subiectorum ex animo quasi cultura
terra preponens illius semine fecundetur.
Sed terra contra possessorem clamat,
si contra eum qui sibi preest aliquid
in iusta vel prava dominus vel
sancta etiam murmurat. Clamare quippe
terram est contra regentem iniustitiam
rationabiliter subiectos dolere. Unde
recte subiungitur: Et cum ea sulci eius XXI D
deflent. Terra enim etiam nullius
operibus exculta plerumque ad usum
hominum aliquod alimentum profert.
Ex arata vero fruges ad satietatem
parit. Et sunt non nulli qui nullo
lectionis nullo exhortationis vomere
perscissi quedam bona quasi mini-
ma tamen ex semetipsis proferunt quasi
terra necdum exarata. Sunt vero
non nulli qui ad audiendum semper
atque retinendum dum sacris predicatio-
nibus ac meditationibus intenti ap-
oris mentis duritiam quasi quodam
lingue vomere scissi sacra exhorta-
tionis accipiunt, et fruges boni
operis per sulcos voluntarie afflictio-
nis reddunt. Sepe vero contingit
ut hii qui presunt iniusta aliquid
faciunt, sicque ut ipsi subiecti no-
ceant qui prodesse debuerunt. Quae

Prelati sic rectos nocent

Liber

Cum vides quosdam conspicimus commoti contra iniquitatem murmurant, nec tamen valde proximis per compassionem dolent. Cum vero hii qui iam aratro sermonis attriti sunt atque ad fruges boni operis exculti, quanto vel in minimis innocentes aspiciunt, per compassionem proximis ad lamenta convertuntur, quia velut sua plangunt que proximi iniuste patiuntur. Perfecti namque cum semper de spiritalibus moneantur corporalibus, tanto sentiunt de alienis damnis ingemiscere quanto iam edocti sunt non dolere de suis. Omnis igitur qui preest in subditis exercet [illegible]

Si perversa

contra hunc terra clamat et sulci deflent, quia contra eius iniustitiam rudes quidem populi in imitationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique proprio sese in fletibus affligunt. Quod terra ipsa clamat et non dolet, hoc perversitatis vite subiecti deflent et tacent. Cum ergo clamante terra sulcos plangere est perhibet, unde fidelium multitudo iuste contra iniquitatem queritur, uberioris vite homines ad lamenta pervenire. Et sulci itaque et exercitati sunt et terre aratri vocabulo distinguuntur. Et bene hii qui in sancta ecclesia meteret suo labore sancte meditationis excolunt, ceteris fidelibus tanto meliores sunt quanto per accepta semina fecundiores operum fruges reddunt.

E Et sunt nonnulli qui sanctis plebibus prelati, ut quidem stipendia ex ecclesiastica largitate consequuntur, sed exhortationis ministeria debita non impendunt. Contra quos adhuc sancti viri exemplum subiungitur, cum ab eo protinus subinfertur: Si fructus eius comedi absque pecunia. Fructus etenim absque pecunia comedere est ecclesie quidem sumptus accipere, sed eidem ecclesie predicationis pretium non prebere. Digna videlicet predicatione auctoris voce dicitur: Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, et ego veniens recepissem utique quod meum erat cum usuris. Terre igitur fructus absque pecunia comedit qui ecclesiastica commoda ad usum corporis recipit, sed exhortationis ministerium pro populo non impendit. Quid ad hec nos pastores dicimus, qui adventu districti iudicis pervenientes officium quidem predicationis suscepimus, sed alimenta ecclesiastica nimium manducamus. Exiguum quod modo debetur corpori, sed non impendimus quod [illegible] subiectorum debetur cordi.

Ecce vir sanctus tot in hoc seculo pignoribus obstrictus, inter occupationes terrenas liber ad studium predicationis fuit, qui fructus terre impigra sine pecunia comedit, quia nimirum subditis librum bone ammonitionis edidit, a quibus fructum corporee sumptus accepit. Hoc namque deus omnipotenti deo omnis qui preest populo, hoc qui multis, hic qui paucioribus preest, ut sic debita ministeria a subditis exigat quatinus ipse etiam quid sibi ammonitionis debeant sollicitus attendat. Omnes namque qui sub dispensatione conditoris vicario nobis ministerio iungimur, in vicem servi sumus. Cum igitur is qui subest sicut ad obsequium ad librum, cum is qui preest iussis obtemperat, oportet ut is qui preest curam sollicitudinis ac pietatis impendat. Sicque fit ut dum studiose nunc servire nobis in vicem nitimur, quandoque cum vobis domino cum magna exultatione gaudentes dicemus.

G Sed sunt nonnulli qui in eo quod officium predicationis exhibent, aliis videntur bonum quod habent, atque ideo iam vacui non sunt quibus vere predicatione [illegible]. Quos si zelum amarum habetis et contentiones sunt in cordibus vestris, non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Unde hic quoque cum dictum est: Si comedi fructus absque pecunia. Recte

Margin: eius ope — xx ff — obsequium [illegible] prelatus in [illegible] is qui preest [illegible] — 3

Sub uno ac vero deo quod nobis aliud nisi

ayt 17

Henricus de Gauda [illegible] 13 ar. — X [illegible] prelatos esse contra statutu [illegible] qui predicare nesciunt

Pastores tenentur subditis predicare.

De iuvita Pastor

sub. Et animam agricolarum eius af
flixi. Agricole huius terre sunt hij
qui inferiori loco positi quo valent
zelo quanto possunt ope ad eruditionem
sancte ecclesie in predicationis gratia cooperantur.
Quasi videlicet huius terre agricolas hoc
est non affligere eorum laboribus non in
videre. Sunt nonnulli rectores ecclesie dum soli so
nus predicationis vendicant, eciam
aliis predicantibus recte invidia remor
dente contradicunt. Pia etenim
pastorum mens, quia non propriam gloriam
sed auctoris querit, ab omnibus vult
adiuvari quod agit. Fidelis namque
predicator optat, si fieri valeat,
ut veritatem quam loqui non suf
ficit ora cunctorum sonent. Unde cum
positis duobus in castris remanenti
bus atque prophetantibus vellet ob
sistere Iosue, per Moysen dicitur: Quid emu
laris pro me? Quis tribuat ut omnis
populus prophetet et det eis Dominus spi
ritum suum? Prophetare quippe omnes
volunt qui bonum quod habent
aliis non invident. Quia igitur beatus
Iob cuncta hec suspensum intulit
et si ea minime fecit sua male
dictione astringit, dicitur: Pro frumento
oriatur michi tribulus et pro ordeo
spina. Ac si aperte dicat: Si in
iustum quod erga subditos gessi,
si exegi debitum et ipse quod debui
non impendi, si excitationem [illegible]
boni operis aliis invidi, pro bonis
que in eternum reficiant, retribuantur in
iudicio michi mala que pungunt.
Pro frumento quippe tribulus et pro ordeo spi
na oritur, cum in ultima retri
butione de immutatione labor
quietis paratio doloris invenitur.
Et nondum quod sicut a frumento
ordeum distat quamvis utrumque
reficiat, sic a tribulo spina quamvis
sit utrumque quod pungat, quia tribulus
mollior ad pungendum, quia durior
est spina. Ait ergo: Pro frumento
oriatur michi tribulus et pro ordeo
spina. Ac si patenter dicat: Ecce
quidem et magna me bona et
minima scio, sed si non ita est pro bonis

magnis minima et pro bonis minimis
michi rudeant mala maiora. Quam
vis hoc intelligi et aliter potest.
In frumento quippe spiritale opus
quod mentem reficit, in ordeo autem
terrena rerum dispensatio figuratur. In
qua sepe dum preesse infirmis atque
carnalibus cogimur, quasi sua iumentis
alimenta preparamus, atque ipse rectorum
usus operum quasi more ordei habet
aliquid de admixtione palearum. Sepe autem
contingit ut rector qui preest dum
iusta contra subditos docet, dum
nullo bonos blandimento respo
net, dum quod est gravius bene operan
tes quosque ex invidia affligit,
etiam quedam bona aliis faciat, ac
si frumentum serat, seseque in dispen
sandis terrenis rebus non iniquum,
non avaricie studio, sed pro utilitate
carnalium misceat, et sic eius de
laboris fructum velut messem
ordei expectet. Sed subiecti quoque
pro eo quod in maximis gravatur grande
tes bonis animis nesciunt, quo
nec hoc operis placet quod altius
operis in iusticia pollunt, quia nec
ipsa terrenarum rerum dispensatio pro
utilitate subditorum suscepta creditur
quando is qui preest anhelare pro
avaricia videtur. Unde fit ut
ipsa etiam pauca bona que
fieri videt multa mala considerant
non laudes sed gemitus reddat
atque infirmitates minuet. Dum
prehendunt primi operis non esse quod
videntur. Ait ergo: Si adversum
me terra mea clamat et cum ipsa
sulci mei deflent, si fructus eius
comedi absque pecunia et animam
agricolarum eius afflixi, pro frumen
to oriatur michi tribulus et pro
ordeo spina. Ac si aperte dicat:
Si magna que debui sollici
te non feci predicationes [illegible] a sub
iectis minimis recepi, eciam
de bono quod feci, si neglexi
exhibere quod fovent iuste in quere
la subiectis eorum lingua me pungat.
Quia in re semper sollicita in ten



contingebat

cione pensandum est ne aut hii qui preesse exempla mali operis subiectis prebeant, eorumque vita siue gladio puniatur, aut hii qui alieno regimini subiacent facile iudicare audeant facta rectorum, atque per hoc contra dehis qui sibi prelati sunt murmurant non humano sed ei qui cuncta disponit diuino ordini contradicant.

Ezech 34

Illis namque dicitur: Oues mee hiis que conculcata fuerant pedibus vestris pascebantur et que pedes vestri turbauerant hec bibebant. Oues enim turbata pedibus bibunt cum subiecti ea ad exemplum viuendi appetunt que prelati quamque prauo opere peruertunt. At contra a prelatis audiunt: Nos quid sumus? non contra nos est murmur vestrum sed contra dominum. Cum enim contra suppositam sibi potestatem murmurant, liquet quia illum redarguit qui eandem homini potestatem dedit. Laude beati Iob plenas misterii virtute sumus in quibus tot arcanorum verba rudi deo largiente digessimus. Nunc superest ut ad Helyu verba veniamus que tanto grauiori circumspectione pensanda sunt quanto et premittuntur audacia superbi feruentiori proferuntur.

Incipit liber xxiii

Prefationem huius operis totiens iterato repeto quotiens hoc in distinctione voluminum locutionis mee prolixitate succido, ut cum legendi ex ordine sumitur prius ipsa memoria exortionis et renouetur et tanto robustius structura doctrine edificatur quanto ex considerate cause origine studiosius ponitur in mente fundamentum. Beatus Iob deo soli sibique cognitus in tranquillitate ad nostram notitiam percussus tactus est verbere ut odorem suarum virium tanto latius spargeret quanto more aromatum melius ex incensione fragraret. Nouerat in bonis pie subditos regere, nouerat

districte custodire. Nouerat bene vti rebus habitis, sed nesciebamus si patiens permaneret ablatis. Nouerat cottidiana deo pro saluis pignoribus sacrificia soluere, sed incertum erat si ei gratiarum suarum sacrificium et orbatus immolaret. Nequid ergo vim se[illegible] lus teget, dignum fuit ut hoc dolor aperiret. Data itaque est contra sanctum virum hosti callido temptandi licentia, qui dum bona eius multa cognita in tanto appetit, etiam bonum patientie quod latebat ostendit. Et quem se angustare persequendo credidit flagellis auctum et extra dilatauit. Nec sine graui arte exercuit licentiam quam accepit. Nam combussit greges, extinxit familiam, orbauit heredes, percussit salutem corporis, et ad incitationem temptationis iaculum linguam parauit uxoris, quatenus sancti viri forte ac solidum pectus et per dampna rerum dolor sterneret et per verba coniugis maledictio perforaret. Sed quia vulnera seuiens intulit tot sancto viro nescius victorias ministrauit. Nam fidelis dei famulus uno eodemque tempore inter vulnera et verba despiciens et dolente carne exhibuit pa[illegible]lit et desipiente coniugem prudenter increpauit. Antiquus itaque hostis quia vinci se in domesticis doluit pristinos exteriora requisiuit. Amicos namque eius velocis singulis quasi prouidenda caritate commouet eorumque ora subesse consolationis aperuit, sed per hec iacula increpationis intorsit, que eo durius cor sancti viri audientis infigerent quo in dispositione et simulate caritatis tenebris inprouise vulneraret. Post hos quoque ad contumelias etiam Helyu iunior concitatur, ut pugnulitatem tante mansuetudinis alterum dedignata leuitas perturbaret etiam. Sed contra hec antiqui hostis machinas stetit victa constantia, stetit equanimitas in fructu. Nam uno eodemque

per

pe verbis adversantibus opposuit per-
denda rebus vitam. Nemo igitur
sanctum virum quamvis de illo aperte
per flagella scriptum sit: In omnibus
his non peccavit iob labiis suis,
saltem per sermonem in contentione amicorum
estimet inter verba deliquisse.
Sathan quippe temptationem illius
expetiit, sed deus qui hunc lauda-
verat in se tempore eius intentionem certa-
minis accepit. Quisquis ergo beatum
iob deliquisse sermonibus queritur,
quid aliud quam deum qui pro illo
proposuit deliquisse confitetur. Sancti
vero antiqui patres fructiferis arbo-
ribus similes non solum pulchri
sunt per speciem sed etiam utiles per
ubertatem. Sic eorum vita pensanda
est ut cum miramur quid sit viriditatis
in hystoria, investigemus quanta sit
ubertas in allegoria, quatinus cum blan-
dum est quod in foliis redolet, co-
gnoscamus etiam quam dulce sit quod in
fructibus sapit. Nullus quippe
superne adoptionis gratiam habuit
nisi qui hanc per unigenitum unige-
niti accepit. Dignum itaque est
ut ipse in eorum vita et lingua res-
plendeat qui eos ut splendere
mererentur illustravit. Nam cum in
tenebris lumen lucis accenditur
prius lucerna eadem quam videri cetera
efficit videtur. Sic necesse est ut si ve-
ri intendimus illuminata luce studeamus
mentis oculos ad ipsum illuminans
lumen aperire, quo et in eisdem
beati iob sermonibus etiam remotis
allegoriarum umbris quasi depressis
alte nocte tenebris chorusce
lucis more tenuisse emicat
cum dicitur: Scio quod redemptor meus
vivit et in carne mea videbo
deum. Hoc nimirum in nocte hys-
torie Paulus lumine inveniebat
cum diceret: Omnes in moyse bapti-
1 Cor. 10 zati sunt in nube et in mari, omnes
eandem escam spiritalem manduca-
verunt, omnes eundem potum spiritalem
biberunt. Bibebant autem de spiritali
consequente eos petra. Petra autem

erat christus. Si igitur redemptoris speciem petra
tenuit, cur non figuram illius beatus
iob in se sumeret, qui eum quae voce
protulit etiam passione signavit?
Unde et non immerito iob videlicet dolens
dicitur, quia in se illius ymaginem
expressit de quo per prophetam longe
ante nunciatur quod dolores nostros ipse
portavit. Sciendum quoque est quod re-
demptor noster se personam unam cum
sancta ecclesia quam assumpsit ex-
hibuit. De ipso enim dicitur: Qui est
caput christus. Rursumque de eius Ephe. 1
ecclesia scriptum est: Et corpus christi quod
est ecclesia. Beatus igitur iob quod medi- Col. 1
atoris typum eo verius tenuit
quo passionem illius non loquendo
tantum sed etiam patiendo prophetavit,
cum in dictis factisque suis expressioni
redemptoris interim recte ad significandum
corpus aliquando declinatur, ut quod christum
et ecclesiam unam personam credimus
hoc etiam unius persone actibus
significare videamus. Uxor vero eius
que eum ad maledictionem provocat,
quid aliud quam pravitatem carnalium
significat? Sunt namque intra sanctam ecclesiam
incorrectis moribus positi eo du-
rius vitam fidelium quo vicinius
premunt, quia dum vitari a fide-
libus quasi fideles nequeunt, tanto
gravius quanto et intimius tolerantur.
Amici vero eius qui magis dum
consulunt invehuntur hereticorum figuram
exprimunt, qui sub specie consulendi
agunt negotium seducendi. Unde ad
beatum iob dum pro domino verba faciunt
a domino reprobantur. Quia videlicet
omnes heretici dum deum defendere
nituntur offendunt. Unde eis aperte
et ab eodem sancto viro dicitur: Disputa-
re cum deo cupio, prius vos osten-
dens fabricatores mendacii et cul-
tores perversorum dogmatum. Constat
ergo eos hereticorum typum gerere quos
sanctus vir redarguit cultui perversorum
dogmatum deservire. Quia igitur iob
interpretatur dolens, quo nimirum dolore
vel mediatoris passio vel sancte
ecclesie labor exprimitur que multipli-

pericis vite fatigatione cruciatur.
Amici ergo eius ex vocabulo
nominis meritum sue indicant
actionis. Nam elyfaz latina lingua
dicitur dei contemptus. Et quid aliud
heretici faciunt nisi quod dum de deo
falsa sentiunt, eum superbiendo con
temnunt. Baldad interpretatur vetus
tas sola. Bene autem omnes heretici
in his que de deo loquuntur dum non
intentione recta sed appetitione temporalis
glorie videri predicatores appetunt
vetustas sola nominantur. Ad loquen
dum quippe non zelo novi hominis
sed malicie veteris pravitate concitantur.
Sophar quoque latino sermone dicitur
dissipatio specule vel speculacionem
dissipans. Mentes namque fidelium
ad contemplanda superna se erigunt
sed dum hereticorum verba pravitate recta con
templantes appetunt speculam dissipare
conantur. In tribus itaque amicorum
Job nominibus tres in hereticis perditionum
casus exprimuntur. Nisi enim deum
contempneret nequaquam de illo perversa
sentiret, et nisi vetustates con
traherent in nove vite intelligentia
non errarent. Et nisi speculaciones bo
norum destruerent nequaquam eos
superna iudicia tam districto ex
amine pro suorum culpa repro
barent. Contempnendo igitur deum
se in vetustate retinent. Sed in vetus
tate retinendo pravis suis sermonibus
speculacioni rectorum nocent. Post hos
quoque helyu iunior in beati iob
exprobatione subiungitur. Ex eo namque pro
videlicet speciem quorundam doctorum fi
delium sed tamen arrogantium designat.
Cuius verba non facile intelligimus
nisi ea subsequenti divina correp
tione pensemus. Ait namque de illo
dominus: Quis est iste involvens sententias
sermonibus imperitis. Cum vero dicit
sententias, sed non addidit protinus
quales, videlicet procul dubio bonas in
telligi voluit. Ita enim sine nomine
nisi etiam maledicatur male sentiri
non potest. In bono enim semper sumas
accipimus que sine reprobationis ad

iectione ponuntur. Sicut scriptum est
Sapientior sibi videtur piger sep
tem viris loquentibus sententias.
Quod vero dicitur eius sine imperitis
sermonibus involvit, hoc summopere ostenditur
quia ab eo cum elationis fatuita
te proferuntur. Magna quippe in eo
imperitia est humiliter dicere nescire
quod dicit et vitalibus sententiis elationis
verba miscere. Omne enim quod dicitur
qualitate quadripartita potest disting
wi, si aut mala male, aut bona
bene, aut mala bene, aut bona male
dicuntur. Malum enim male dicitur p
cum res perversa suadetur. Sicut scriptum est
Benedic deo et morere. Bonum bene
dicitur cum recta predicantur. Sicut Johannes
ait: Agite penitenciam, appropinquabit enim Mt 3
regnum celorum. Malum bene dicitur
cum prius dicere vicium expri
mitur ut reprobetur. Sicut paulus
ait: Femine eorum immutaverunt naturalem Ro. 1
usum in eum usum qui est contra naturam.
Quo loco exsecranda quoque virorum
facinora subdidit. Sed honeste
in honesta narravit, ut multos
ad honestatis formam in honesta
narrando revocaret. Bona autem
male dicuntur cum rectum aliquid recto stu
dio non profertur. Sicut ultimato ceco
pharisei dixisse perhibentur: Tu sis Luc 18
discipulus eius, quod maledictionis
utique dixerunt studio non rogantis
voto. Vel sicut caiphas ait: Ex Jo 18
pedit unum mori pro populo ut non
tota gens pereat. Bonum quippe sed
non bene locutus est, quia dum crude
litatem necis appetit redemptionis gratiam
prophetavit. Hoc modo helyu dicere non m
bene bona reprehenditur, quia in his que a
veraciter loquitur arrogantie inflatur. Unde
eo speciem arrogantium signat quo
per spiritum fortitudinis in tumoris verba
se elevat. Sed quid est quod tres ami
cos reconciliari per septem sacrificia
vox divina precepit, helyu vero sub unius
tamen sine increpatione relinquit. Nisi quod
nonnunquam heretici divine gratie lar
gitate perfusi ad unitatem sancte ecclesie

reddiderunt. Quid vero ipsa amicorum re-
conciliatione signatur, pro quibus eum
beatus Iob exorare praecipitur, quia nimirum
hereticorum sacrificia accepta Deo esse non
possunt, nisi pro eis universalis ecclesie
manibus offerantur, ut eius meritis
remedium salutis inveniant, quam
verborum suorum iaculis impugnando
feriebant. Unde et septem pro eis sacri-
ficia memorantur oblata, quia dum
septiformis gratie spiritum confitentes
accipiunt, quasi septem oblationibus
expiantur. Hinc in Iohannis Apocalipsi
per septenarium ecclesiarum numerum univer-
salis ecclesia designatur. Hinc per
Salomonem de sapientia dicitur: Sapientia edi- pr 9
ficavit sibi domum, excidit colum-
nas septem. Ipso ergo sacrificiorum
modo revocatis hereticis quod prius
fuerint exprimitur, qui perfectioni sep-
tiformis gratie non nisi redeundo
miscentur. Bene autem tauros pro se
et arietes obtulisse describuntur.
In tauro quippe cervix superbie, in
ariete autem ducatus gregum sequen-
cium designatur. Quid itaque est pro
eis tauros arietesque mactare,
nisi eorum superbum ducatum interficere,
ut de se humilia senciant, et post se
iam corda innocentum non sedu-
cant? Cervice enim tumenti ab ecclesie
universitate resilierant, et post se
infirmos populos quasi sequentes greges
trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob,
id est redeant ad ecclesiam, et septena-
rio sacrificio tauros et arietes
mactandos offerant, quia ut uni-
versali ecclesie coniungantur, humilitate
interveniente interficiant quidquid
prius tumidum de superbo ducatu
sapiebant. Helyu vero, per quem vane
glorie amatores figurari diximus, etiam in-
tra ecclesiam constitutos, qui ea que
recte senciunt humiliter proferre contemp-
nunt, nequaquam per sacrificium reconciliari
precipitur, quia arrogantes quidem sed tamen
fideles pro eo quod iam intus sunt,
per septem sacrificia revocari non possunt.
Quos tamen sub Helyu specie sententia
divina redarguit, atque increpatione non
verberibus premit, sed elationis mentem
ac superba reprehendit. Que nimirum B
reprehensio quid aliud signat, nisi
quod eos intra ecclesiam positos superne
districtionis increpatio vel per flagellum
corrigit, vel sibimetipsis pro iusto
examine relinquit? Tales quippe
in terra etiam recta quidem predicant,
sed tamen Deo iudice audire merentur
ad usum, quia per bona que non
propria proferunt, non auctoris sui gloriam,
sed propriam laudem querunt. Unde hic sub-
cante [?] respondendum est quod divina
voce de Helyu dicitur: Quis est iste?
Prima ipsa exprobratio est talis
interrogatio. Nam quis est iste
non dicimus nisi de eo utique quem
nescimus. Ignorare autem Dei repro-
batio est. Unde quibusdam quos repro-
bat in fine dicturus est: Nescio Luc 13
vos unde sitis, discedite a me
omnes operarii iniquitatis. Quid Mt 7
est ergo de hoc arrogante requirere:
Quis est iste? nisi aperte dicere:
Ego arrogantes nescio, id est eorum
vitam in superne mee virtutis
non approbo, quia dum laudibus
humanis inflantur, a vera gloria
eterne retributionis vanescunt. Cuius
dum similis minime respondit, sed
tamen ipsum qui illas protulit repre-
hendit, quia aperte in summa dicens
Novi que dicit, sed ignoro quis C
dicit, quia verba placita approbo, sed
eum qui de bonis que profert
extollitur non agnosco. Ut vero aperi-
amus in elationis iactantia Helyu
quid tempus destruat, formam prius
boni predicatoris debemus. Cuius
[illegible] rectitudinis monstrare
liquido rectitudo quam reprobat
in elationis. Sancte universalis ecclesie
spiritalis quisque predicator timet
quem dicit soll[?] cura se inspicit
ne in eo quod recta predicat vicio se
elationis extollat, ne vita aliqua
discordet, ne pace quam in
ecclesia annunciat in se ipso dum
dicit et male vivit amittat,
sed studet summopere eos maledi-
cos vivificando [?] ad usum et defen-

Forma boni predi-
catoris.

loquendo quod viuit et ornate vi
uendo quod dicit, nec tamen omnibus
suam sed auctoris gloriam querit
atque omne sapientie gloriam quia ut
loqueretur accepit, non suis se estimat
meritis, sed eorum intercessionibus
pro quibus loquitur accepisse. E contra
dum se infirmi dicit superbe quia
sua nimirum incede perficit quod bo-
ne dicere preualet. aliens natur
reddit in digitum se omnibus in de
cat. etiam cum dignius eius viuat.
Scit enim quod bona que in noto sunt
hominibus sine periculo esse vix
possunt, et quamuis sapiente se esse
sentiat, vult tamen esse sapiens nec
videri. atque hoc sibi omnimodo quod
loquendo prodit pertimescit, et si
liceat tacere appetit, dum esse mul-
titudinis silentium cunit. eos quoque feli
ciores putat quos in terra scientiam
etiam locus inferior per silentium
occultat, et tamen ut sciat etiam de
fendat. quia ad loquendum vi caritatis
impellitur exercitate quidem officium
locutionis suscipit, sed ex magno
desiderio otium taciturnitatis querit.
Hoc suat voto aliud docet mi-
sterio. hanc autem dicendi formulam
arrogantes ignorant. neque enim lo-
cuntur quia cause eueniunt, sed cum
euenire appetunt ut loquantur. Eorum
inter helyu speciem sigt que in locutione
sua in mensa se medico elationis
exaltat. Igitur finitis beati iob ser-
monibus subditur. Cap. xxxii.

xxxii cap.

ob Omiserunt autem tres viri isti
respondere iob, eo quod iustus sibi
v videretur. Hoc quod eo dicitur eo quod iustus
sibi videretur Sacre huius scriptor
hystorie ad amicorum iudicium re
tulit non autem beatum iob de ela
tionis tumore reprobauit. Sequitur
Et iratus indignatusque helyu filius
barachel buzites de cognatione
ram. Bene hec ipsa vel eius vel
patris vel loci vel cognationis
nomina nota proprie exprimunt actiones
helyu quippe interpretatur sonat deus
meus iste, vel deus dominus.
Per que sicut superius diximus

designatur recte fidelis arrogantiam intra
ecclesiam positorum. Hii eis et hic ipsum
eius etiam nomen cognitum. Nam
quamuis iuxta diuina precepta non
viuat, deum tamen esse dominum recon
gnoscunt. quia in veritate eiusmodi
etiam formam deitatis intelligunt.
Sicut per prophetam dicitur Beatore quod deus
ipse est deus. Barachel vero interpre-
tatur dicitur benedictio dei. Buzites
autem contemptibilis. Quos arrogantes
predicatoribus bene vtique concordant
quia in predicatoris sententia benedictionem
quidem gratie diuine perceperunt, sed in elatis
suis moribus esse eam contemptibile
ondunt. Ipsi quippe que acceperunt
bona ex despicabilia faciunt quo
nequaquam ex bene vti nouerunt.
Apte autem de cognatione ram dicitur.
Ram quippe interpretatur excelsus. Excel
sus namque est fidelium populus qui semper
vite in summa et abiecta contempnit.
Excelsi sunt qui dicere cum paulo
nouerunt. Nostra conuersatio in celis
est. Helyu itaque de cognatione ram
dicitur. Quia vnusquisque predicator arro
gantis intra vniuersale etiam positus
sic populus fidei virtute sociatur
quamuis ab eorum vita elationis prauitate
disiungatur. Sequitur. Iratus est autem
x aduersum iob, eo quod iustum se diceret
coram deo. Porro aduersus amicos
eius indignatus est eo quod non in
uenissent responsionem rationabilem, sed tan
tummodo condempnassent iob. Solerter
intuendum est quod beatum iob ideo
reprehendit quod coram deo iustum
se esse dixerat. Amicos vero eius
ideo redarguit quod condempnantes
eum responsionem contra eum rationabilem
vi non dederunt. Istis namque in dictis
y apte colligitur quod personam speciem ama
torum vane glorie designatur. Iob
quippe de perscripta iusticia. amicos
vero eius de stulta responsione redar
guit. Cuncti enim vane glorie secta
tores dum se in omnibus preferunt
Alios quidem de factis suis superbus,
alios autem de indignis inuite repre
hendunt. et alios censet nichil scire

alios non bene vivere. et quamvis in-
te omnes extra etiam positos
prava sentire redarguat, tamen
etiam eos qui intus sunt pro vite
despectu contempnunt. et contra illos
ex magisterio recte sentiendi, contra istos
quoque vero ex merito bene vivendi
superbiunt. Bene autem helyu non beatum
iob, non amicos eius increpare
perhibetur. quia amatores vane
glorie alii intra sanctam ecclesiam etiam con-
stituti et adversarios veritate dei
premunt, dum illa predicant, et eidem
sancte ecclesie moribus contradicunt
dum de ipsa predicatione gloriantur.
Premunt adversarios veritate dicti,
premunt etiam sanctam veritate dicendi
illos predicatione veritatis illa vicio
elacionis impugnant. Sequitur. Igitur
helyu expectavit iob loquentem eo
quod seniores essent qui loquebantur.
Cum autem vidisset quod respondere non
possent iratus est vehementer.
3 Quamvis sancta ecclesia sit procul dubio
adversariis suis antiquior quia de illa
ipsi non autem exiit ipsa de illis sic-
ut decens per iohannem dicitur. Ex nobis exierunt
Io. 2 sed non erant ex nobis. Recte tamen
eisdem adversariis helyu iunior
fuisse describitur. quia nimirum post
exorta hereticorum bella esse intra
sanctam ecclesiam scientie inflati ar-
rogantes ceperunt. cum enim ingenia
prodire hostium cautela, tunc sunt
profecto subtiliora sensuum spicula
requisita. tunc argumentorum obsta-
cula, tunc perplexior indago inventa
quae sepe viri fervientes ingenio dum
congrue inveniunt arrogantes intu-
mescunt. et quod per elacionis vicium
plerumque contingit, inde armis sensibus
quibus hostem feriunt perimuntur. Dum
in his que recte de deo senciunt
non dei sed suam gloriam querunt.
Unde helyu quidem multa recte
loquitur et tamen divina voce ac si pro
ipsa dixit increpatur. Cum vero
dicitur quia helyu expectavit iob
loquentem eo quod seniores essent
qui loquebantur. apte beatum iob non pro
sua sed pro amicorum reverencia reser-
vasse innuitur. Quia videlicet arro-
gantes et intra positi eandem
sanctam ecclesiam quam defendunt de-
spiciunt. Et plerumque contingit ut
plus ingenia male sapientium
quam simplicem vitam innocentium
vereantur. plus respiciunt linguas
extra loquentium quam virtutis in temporibus
quamvis ipsis cum ipso obvient tamen
et abilis [illegible] sensuum. Ita
etiam morum pravitate discordent.
Sequitur. Respondens quoque helyu filius
barachiel buzites dixit. Iunior z
sum tempore vos autem antiquiores ideo
demisso capite veritus sum in-
dicare vobis meam sententiam. Spera-
bam enim quod etas prolixior loqueretur
et annorum multitudo doceret sapientiam.
Cuncta hec que ab eo per timo-
rem superbie proferuntur, cursim po-
cius perstringenda sunt quam curtius
exponenda. Que enim soliditatis gra-
vitatis carent, exposicionis sub-
tilitate non indigent. Sed hoc
solum pro brevitate intimandum
quod helyu qui dum se petat sine [illegible]
tacuit sapiencior fuit. cum vero
in aliis annorum multitudine senium
ipsum professus despexit, qui puerulus
despiciat ostendit. Nam contra omnes
sanctam et etas prolixior loquitur
et per annorum multitudinem sapientia do-
cetur. quia et si longevitas senium
non probet, usus tamen vehementer do-
cet. Sequitur. Sed ut video spiritus
est in hominibus. et inspiracio omni-
potentis dat intelligentiam. Hec
recte diceret si eandem intelligentiam
sibi proterius non arrogaret. Nequaquam
prava condempnacio est ex eo bono
quod quisque datur superbia te gloriari
scire bonum unde accepit et nescire
quomodo uti bono debeat quod
accepit. Quatuor quippe sunt vii
species quibus omnis tumor arro-
gancium demonstratur. Cum bonum aut
a semetipsis habere se estimant, aut
sibi datum desuper pro suis hoc se
accepisse meritis putant, aut certe
cum iactant se habere quod non habent
aut despectis ceteris singulariter

Superbie · v · species ·

vidi appetunt habere quod habent. Quasi enim
ipso bono se habere iactabat cui
per apostolum dicitur: Quid autem habes quod
1 cor. 4 non accepisti? Si autem accepisti, quid
gloriaris quasi non acceperis? Rursus, ne
2 dari nobis bonum gratie pro nostris pre-
cedentibus meritis credamus, idem
apostolus admonet dicens: Gratia
estis salvati per fidem, et hoc non
ex vobis, sed dei donum est, non ex
operibus, ut ne quis glorietur. Qui et
de semetipso ait: Qui prius fui
blasphemus et persecutor et contu-
1 tim. 1 meliosus, sed misericordiam consecutus sum.
Quibus verbis aperte declarat quod
gratia non premeritis tribuatur. Sunt ex
se ipso docuit et quid de malicia
meruit, et quid de benivolentia
accepit. Rursum non nulli iac-
tant se habere quod non habent, sicut
3 Ier. 48 divina voce per prophetam de Moab
dicitur: Superbiam eius et arrogan-
tiam eius ego novi, et quod non sit
iuxta eam virtus eius. Et sic angelo
Apoc. 3 Laodicie ecclesie dicitur: Quia dicis
quod dives sum et locuples et nullius
egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis
et pauper et cecus et nudus. Rur-
sum non nulli despectis ceteris vi-
deri appetunt singulariter bonum
habere quod habent. Unde et phariseus
Luc. 18 ideo de templo absque iustifica-
cione descendit, quia bonorum
operum merita sibi quasi singulariter tribuens
orationi publicani se pretulit. Bene quia
apostoli ab hoc elacionis vicio revocantur,
qui de predicacione redeuntes cum
elati dicunt: Domine in nomine tuo et
Luc. 10 demonia nobis subiecta sunt, ne de
hoc miraculo singulariter gauderent,
illico audiunt dominum dicentem: Vide-
bam sathanam velut fulgur de
celo cadentem. Ipse quippe singulariter
elatus dixerat: Super astra celi ex-
Is. 14 altabo solium meum, sedebo in monte
testamenti, in lateribus aquilonis, et similis
ero altissimo. Et ut mire dominus
in discipulorum cordibus elacionem
premeret, mox iudicium ruine retu-
lit, quod ipse magister elacionis accepit,
ut in auctore superbie discerent quid

de elacionis vicio formidarent. In hac itaque arrogancie quarta specie crebro humanus animus labitur, ut id quod habet se singulariter habere glorietur. In qua tamen dyabolice celsitudini vicinius appropinquat, quia dum se bonum se habere singulariter gaudet, quisquis videri sublimior ceteris querit, illum videlicet imitatur qui despecto bono societatis angelorum sedem suam ad aquilonem ponens, et altissimi similitudinem superbe appetens, privato desiderio quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere. Heliu ergo quamvis dari a deo sapientiam confitetur, in hac tamen elacionis specie labitur, ut sapienciorem se ceteris gaudeat, et quasi de singulari bono sese tamen extollat. Quod verbis sequentibus indicat dicens: Non sunt longevi sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicam: Audite me, ostendam vobis etiam meam scientiam. Expectavi enim sermones vestros, audivi prudenciam vestram, donec disceptaremini sermonibus, et donec putabam vos aliquid dicere considerabam. Quanta ad intencionem hec spectat, loquens Heliu indicat quam superbe tacuerit cum eum dicit: Expectavi sermones vestros, et putabam vos aliquid dicere. Aperte declarat, quod audiebat se tum iudicaturus potius studio quam discretionis voto tacuisse. Quo loco hic melius vita arrogancium signatur qui aliquando intra sanctam ecclesiam positi cum eiusdem sancte ecclesie adversarios conspiciunt non recte ... tempus sed intencionem solent pensare verborum. Nam quantumlibet sit eius arrogantibus antiquiores heretici eos audacter comprimunt in quorum verbis dogmata perversa deprehendunt. Unde et: Sed ut video non est qui arguere possit Iob et respondeat ex vobis sermonibus eius, ne forte dicatis: Invenimus sapientiam; deus proiecit eum, non homo. Sepe namque heretica perversorum que esse hominibus despicabiles solent cum acutis fere gentibus sensum etiam venerare conspiciunt

opinione eius quibus valent
obtrectationibus latenter contendunt di-
centes. Ideo illi cuncta talia
suppetunt, quia ei primum ethiopum inimi-
cos subtrahunt. Quorum voci He-
liu obviat dicens: Ne forte dicatis:
invenimus sapientiam; deus proiecit
eum, non homo. Ac si arrogantes
intra sanctam ecclesiam sed tamen fideles
viii contra hereticos dicat: Qui hoc sanctam
ecclesiam in honore hominum flore cre-
ditis proiectam eam a deo non credi-
tis? Cum redemptor eius ihesus tanta
solatia vehementi terrene prosperitatis
adeo eam privat, superna premia respi-
rare. Incassum igitur dicitis: quia
deus eam et non homo proicit,
cum veluti illam actibus fere
hominibus videtis, quia sic ei et
terrene glorie adiumenta tribuit,
ut prius multiplicius eam ad
celestia subvehat. Sequitur: Nichil
locutus est michi et ego non secundum
sermones vestros respondebo illi. Quid
est quod ait: Nichil locutus est michi,
nisi quod sancta ecclesia predicatores suos
tacitos in intra se arrogantes conspiciat
erudire ac arguere permittit? Ex-
ercet hec cottidie et exercere non ces-
sat. Sed Heliu qui loquente publice
beatum Iob audierat dicit: Nichil
locutus est michi. Quia nimirum
omnes arrogantes voces quidem
sancte ecclesie audiunt, sed sibi eas
dici dissimulant, quia elationis vi-
tium emendare contempnunt, nec se
de superbia redargui estimant,
quia esse se humiles putant. Quem
redargui despiciunt, dum sapien-
tiores semetipsos redarguentibus
arbitrantur. Quod vero ait: Et ego non
secundum sermones vestros respondebo ei, bea-
to Iob non secundum sermones eorum
respondere se dicit. Arrogantes enim intra
sanctam ecclesiam positi respondent con-
tra eam, sed non sicut heretici extrinsecus
constituti. Illi namque eam contradicunt ex
prava perfidia, sed perverse vivendo. Quia
nec de deo ut heretici indigne sentiunt

sed de se plus quam necesse est digne sentiunt.
Sequitur: Extimuerunt non responderunt
ultra abstuleruntque a se eloquium.
Ubi ad Heliu verba amici extimuis-
se referuntur, quia non numquam arro-
gantes ecclesie defensores quamvis
ordinem dicendi non teneant, tamen
adversarios per ea dictorum virtute pertur-
bant. Sequitur: Quoniam igitur expectavi et
non sunt locuti, steterunt nec responderunt
ultra, finis est locutionis sapientium
completus, ut eorum dicat quo ad-
versariis silentium imponat; non
enim se ostendere sed prava docentes com-
pescere satagunt. Postquam vero
de amicis Iob dictum est: Extimue-
runt nec responderunt ultra, abstule-
runt quoque a se eloquium, Heliu sub-
iungens ait: Expectavi et non
sunt locuti, steterunt nec responderunt
ultra. Et illis iam silentibus ad-
huc verba multiplicat, quia videlicet
vir arrogans et forma in se
arrogantium intentus non adversariorum
dicta superare, sed suam sapientiam oste-
ntare festinat. Unde et sequitur: Respon-
debo et ego partem meam et ostendam
sapientiam meam. Hac enim parte sua
omnis arrogans estimat si scientiam
non tantum habeat quam ostendat; quia
igitur omnis elatus scientiam non habere
appetit sed ostendere. Quo contra bene
per Moysen dicitur: Vas quod non habu-
erit operculum nec ligaturam desuper
immundum erit. Tegmen quippe operculi
vel ligatura est discipline vel
censura silentii. Quia quisquis in
lingua non premitur, quasi vas immundum
pollutumque reprobatur. An non vas sine
operculo Heliu fuerat, qui habuit nec
esse partem suam estimabat, si non oste-
deret scientiam quam // habebat? Quasi enim
vas sine operculo vel ligatura
polluitur, qui per studium ostentationis
patens nullo velamine taciturnitatis
operitur. Predicatores autem sancti partem
suam reputant si intus quid ipsi
de sapientia gaudent, foris autem
alios ab errore compescant. Recte enim

Num 19
// habebat

que se ita loquendo exerunt ut gau-
dium mentis in ostentatione ponant
diserte locutionis, sed bonum sciencie
in cordis secreto meditantur ibi-
que gaudent ubi hoc percipiunt, non ubi
in me tot temptacionum laqueos in no-
tescere conspexerint, quamvis cum bonum
acceperint innotescunt. Media in-
tuentes caritate ex parte veritatem
audiendi et non ex sua ostensione
gratulantur. Arrogantes enim cum
scientiam acceperint nichil se accepis-
se estimant si hanc eos occulta-
re contingat, sicque quasi ipse sui
gaudium nisi in ore hominum ponunt.
Unde et fatue virgines in vasculis
suis oleum non sumpsisse feruntur.
Mt 27 Quia arrogantes omne cum se ab
aliquibus fortasse laudari contineret
bonum glorie intra conscientias habere
non possunt. In vase autem proprio
sumpserat Paulus oleum qui di-
2 Cor 1 cebat: Gloria nostra hec est testimonium con-
sciencie nostre. In vase ergo vasculi
ferre est intus corde vacuo foris
quam oris iudicium querere. Heliu
itaque quia gloriam extrinsecus querit
vas olei non habet dicens: Respon-
debo et ego partem meam et ostendam
scientiam meam. Sed et hoc ipsum
quod de fluore vane glorie intus patitur
verbis sequentibus aperit dicens:
Plenus sum sermonibus et coartat
me spiritus uteri mei. En venter
meus quasi mustum absque spira-
culo quod lagunculas novas dis-
rumpit. Loquar et respirabo pau-
lulum, aperiam labia mea et respon-
debo. Non nunquam arrogantes viri
dum predicatores sanctos magna loqui
ac prolocutione sua veniam conspi-
ciunt, locutionis eorum celsitudinem
et non utilitatem intentionis imitari
nituntur; nec hoc amant quod illi appetunt,
sed hoc summopere appetunt quod clari
honoris ostendat. Nam sepe contingit
ut sapientes viri cum se non audiri
considerant ori suo silentium indicant.

Sed plerumque dum conspiciunt quod iniquorum
facinora tempore tacentibus quam corripi-
entibus crescunt, sicut quidam spiritus
sine sustinet ut in locutione aperte
correptionis erumpat. Sicut propheta Ieremias
cum sibi predicationis silentium indixisset,
dicens: Non recordabor eius, neque Je 20
loquar ultra in nomine illius. Illico
adiunxit: Et factum est in corde meo quasi
ignis estuans claususque in ossibus meis,
et defeci ferre non sustinens. Audivi
enim contumelias multorum. Dico enim
quod se minime audiri conspexerit silen-
cium appetiit, sed cum crescencia
mala cerneret, in eodem silencio non
permansit, quia cum foris tacuit ex
tedio locutionis intus ignem pertulit
ex zelo caritatis. Inflammant quippe
corda iustorum cum non correpta crescere
conspiciunt mala actuum malorum, eorum-
que culpe se participes credunt quos
iniquitatibus crescere silendo permittunt.
David posuit sibi silentium et dixit
dicens: Posui ori meo custodiam
cum consisteret peccator adversum me.
Obmutui et humiliatus sum et silui
a bonis. In ipso suo silentio isto ze-
lo caritatis exarsit, qui illico sub-
didit: Et dolor meus renovatus
est. Concaluit cor meum intra me,
et in meditatione mea exardescit
ignis. Intus cor concaluit quia
dilectionis ardor per admonitionem
locutionis exterius emanare recu-
savit. Ignis in meditatione cordis
exarsit, quia in increpatione delin-
quentium se a correptione oris in-
fixit. Caritatis enim zelus consola-
tione admirabili angendo sese
temperat, qui contra iniquorum
opera per vocem correptionis emanat,
ut qui corrigere non valet increpare
non desinat, ne se participem delinque-
ntium ex consensu taciturnitatis addi-
cat. Sed quia sepe non nulla vi-
cia virtutes se esse mentiuntur, sicut
effusio non nunquam munificentia, et tenacia
non nunquam parsimonia, et crudelitas
aliquando iustitia vult videri, ita
plerumque mentem ad loquendum

X2 di Sepe.

Vicia metuunt se v[irtutes]

petitum vane glorie anxietatis ne
quaquam se intra silentium capiens
quia zelus caritatis inflammat atque
appetitus ostensionis minus ad effrenationem
locutionis impellit; et quia prostudio
consulendi libido cupit appa
rendi. Horum enim curat loquendo
quid prosit sed quid appareat
nec studet ut malum quod
cernit corrigat, sed ut bonum quod
sentit ostendat. Sunt heliu quoque
spiritum elationis extentum et sese
intra silentium clausum non capies
ait Plenus sum sermonibus et coartat
D me spiritus uteri mei. En venter
meus quasi mustum sine spiraculo
quod lagunculas novas disrumpit.
Quod si intelligere spiritualiter debemus
hoc loco videlicet ventre sinum cor
dis appellat. In musto vero sancti
spiritus fervor accipitur. Descenso eius
dominus dicit. Vinum novum in utres
novos ex quo dum repleti re
plentur apostoli. Dum linguis omnibus
loquerentur audientibus nescientibus
sed tamen vere attestantibus dictum est
hii musto pleni sunt. Lagun
E culas infirmas ipsa humilitate consistens
vel etiam terrena corporum vascula
non in convenienter accipimus. De quibus
paulus apostolus dicit habemus thesaurum
istum in vasis fictilibus. Helyu autem
quia sicut superius dixi sese infla
tione elationis extendit. ac si
ad loquendum peritiam gratiam ar
dore spiritus sancti attenderit. Spiritus
suum spiritum in eo quod tacuit quasi musto
absque spiraculo comparavit. Ubi ait
que lagunculas novas disrumpit
quia fervoris eius potentia etiam parva
corda transcendit. Loquar et respira
bo paululum. aperiam labia mea
F et videbo. Bene autem respirabo
Quia sicut labor inferorum est
videre prava nec corrigere. ita gravis
est labor arrogantium si quod sapiunt
non ostendunt. Unde et ipse estuantem
in pectus ferre vix possunt si
omne quod sentiunt paulo tardius

innotescunt. Unde necesse est ut cum
res bona agitur prius eius elatio
in corde vincatur. ne si a radice
miserie in temptationis prodeat amaros
G nequitie fructus proferat. Hii
ergo qui adhuc vitiorum bello sub
iacent nequaquam predicationis usum
per esse magisterio ceterorum debent. Hinc
est enim quod iuxta dispensationis
divine vocem ab anno vicesimo
et quinto levite tabernaculo serviunt
sed ab [illegible] quinquagenario custo
des vasorum fiunt. Quid enim
per annum vicesimum ac quintum in quo
flos iuventutis oboritur nisi ipsa
contra unum quodque vitium
bella significant. Et quid per quinquagesimum in
quo nisi intima quies edomito
bello mentis exprimitur. Quid
vero per vasa tabernaculi nisi fidelium
anime figurantur. Levite ergo ab
anno vicesimo et quinto tabernaculo
serviant et a quinquagenario custodes
vasorum fiant. ut videlicet qui adhuc
impugnantium vitiorum certamina per
consensum delectationis tolerant. aliorum
curam suscipere non presumant. Cum
non temptationum bella subegerint
quo apud se iam de intima
tranquillitate securi sunt animarum
custodiam sortiantur. Sed quis hec
temptationum prelia omnino perfecte subigit
cum paulus dicat. Video aliam
legem in membris meis repugnan
tem legi mentis mee et captivum
me ducentem in lege peccati que est in
membris meis. Sed aliud est
bella fortiter preterita. aliud bellis
enerviter expugnari. Insistis
exercentur virtutis ne extollantur decant
in illis omnino extinguitur ne suc
cumbant. Quam igitur sunt temptationum
fortiter fere certaminis et tamen temptatione
coarctantur. multa arte prius de certis
Quam etiam apud semetipsum sub
se ipso esse contentiones vitiorum con
spicit. quibus nulla fructus delec
tatione consentit. Sequitur. Non ac
H cipiam personam viri. et deum homi
ni equabo. Hec est in quadam



Num. 8.
Rom.

subsistam et si postmodum tollat
me factor meus. Recte consideracio
quod Deum hominum iudicio non equat
quia quem diu hic subsistit ut
quem ad dei iudicium tollatur ignorat
et bene ait Postmodicum tollat
me factor meus. Quia qualibet
longum fuit tempus vite presentis
eo ipso breve est quo permanens
non est / Neque enim diu est ut
diutinum indicetur quod sine terminatur
debit. Sed inter has sermonis quas
humilitate solidas profert ad tuba
tumorem elacionis erumpit dicens
Audi igitur iob eloquia mea et
omnes sermones meos ausculta
Ecce aperui os meum loquitur
lingwa mea in faucibus meis
Pensemus denique elacione ostendit
quod beatum iob audire se admonet
quod os aperuisse se perhibet quod
lingwa sua in faucibus loqui
permittit / Hoc enim est ipsum doctrina
arrogancium ut humiliter nesciant in
ferre quod docent et recta quod sapiunt
recte ministrare non possunt In verbis
enim eorum prodit quod cum docent
quasi in quodam sibi videtur summi
culmine residere eosque quos docent
ut longe infra se positos velut
in ymo respiciunt quibus non con
sulendo loqui sed vix dominando
dignantur / Recte autem hiis dominus per
prophetam dicit. Vos autem cum aus
teritate imperabatis eis et cum potestate.
Cum austeritate enim et potencia
imperant qui subditos suos non
tranquille racionando corrigere sed asper
inflectere dominando festinant Ast
contra vera doctrina tanto vehemen
cius hoc elacionis vicium per cogi
tacionem fugit quanto ardencius
verbis ipsum magistrum elacionis
insequitur. Cavet enim
ne eum magis elacionibus predicet
quem in corde audiencium sacris
sermonibus insectatur / Humilitatem namque
que magistra est omnium mater virtutum
et loquendo dicere et vivendo co
natur ostendere. Ut eam apud disci
pulos suos plus moribus
quam sermonibus eloquatur. Vnde paulus thes
salonicensibus loquens quasi culmen
predicacionis sue oblitus ait Facti
sumus parvuli in medio vestrum Vnde et
petrus apostolus cum diceret Parati semper
ad satisfactionem omni poscenti nos racionem
de ea que in nobis est spe ipsa doc
trina scientie qualiter doceri asserunt ex
suadendo subdens. Sed cum modestia
et timore conscienciam habentes bonam
Hoc autem quod discipulo ait paulus
Precipe hec et doce cum omni imperio
non dominacionem potestatis sed auctoritatem vite
suadet / Cum omni imperio quippe
docetur quod prius agitur quam dicitur
Nam doctrine subtrahitur fiduciam
quam conscientia prepedit lingwa. Non
ergo ei potestatem elate locucionis
sed bene fiducia insinuat actionis
Vnde etiam de domino scriptum est. Erat
enim docens sicut potestatem habens
non sicut scribe et pharisei / Singulariter
namque ac principaliter solus ex potestate
bona locutus est qui ex infirmitate
mala nulla commisit / Ex divinitate
quippe potestatem habuit ut quod nobis prestit
humanitatis sue innocencia ministravit
Nos enim quia infirmi homines sumus
cum de deo hominibus loquimur debemus
primum meminisse quod sumus ut ex propria
infirmitate pensemus quo ordine
docendi infirmis fratribus consulamus
Consideremus igitur quia aut tales sumus
quales non nullos corrigimus aut
tales aliquando fuimus eciam si divina
gracia operante iam non sumus ut
tanto temperancius corde humili
corrigamus quanto nosmetipsos
in hiis quos emendamus agnoscimus
Si autem tales nec sumus nec fuimus
quales adhuc illi sunt quos emendare
curamus ne cor nostrum forte superbiat
et de ipsa innocencia peius ruat
quorum mala corrigimus alia eorum bona
nobis ante oculos revocemus que si
omnino nulla sunt ad occulta dei
iudicia recurramus / Quia sicut nos
nullis meritis hoc ipsum bonum quod
habemus accepimus ita illis quoque potest

Superborum doctrina.

16 di hoc habet

Ezech. 38

xl c

+ ipsum magistrum elacionis insequitur.

thy 2

Humilitas est magistra et mater omnium virtutum.

gra superne intus in simde ut ex
citati postius etiam adipa possint
bo que nos cum percepimus pervenire
Quis enim crederet quod paplatim mitti
paulus lapidatum stephanum persecutus
erat qui in morte eius lapidantium (Act A)
vestes servabat. Nos ergo primum
cogitationibus humiliari cor debet et nec
deinde delinquentium signantis tempus
Sed hinc ut sepe diximus e locutionis
modum helyu ignorare ondit qui
in locutione sua elationis typo
quod pos eiugda cuncti inflat dicens
(Cap xxxiij) Audi igitur iob eloquia mea et
omnes sermones meos ausculta
Ecce aperui os meum loquatur lingua
mea in faucibus meis. Infirmi
bus vero loqui est silentium dicere
et non clamoribus vociferare. Quibus
ubis arrogantes intra scam etiam
poitos signat. Hii enim velut in
faucibus loqui dicuntur. qui non contra
adversarios exterius vincentes clamant
sed quosdam intra sinum sancte ecclesie
quasi vicinos ac iuxta positos increpant
(m) Sepe nos arrogantes eandem
quam tenent arrogantiam se fugere
ondunt et dum sic certa agunt
ut nullum lateat hoc singulos (prelate)
quasi silentium narrant. quibus non solum
dessm intelligentie. sed despo aput
homines etiam arrogancie contemptum
glien. Sunt unde dicitur loquatur lingua
mea in faucibus meis. Ac si aperte
dicerent Contra te prudens sermo
ecce silentium ingero. Aliqui autem in
tanta imprudentie elatione prosiliunt
ut aliis tractatibus ipsi solent lau
dare quod dicunt sub sibi Simplici
corde meo sermones mei et simul
labia mea pura loquentur. Magne
virtutis laus est simplicitas locutio
nis. Quam quam arrogantes non habent
hanc se habere sollicitius asserunt ut se
tamus audiant et pure se locutos
denunciat. quia duplicitatis sue
malicia deprehendi formidat. Se
pe autem et falsis vana promittit ut
inde eorum mendacio eius credatur
Unde in re est affectio vitiatur agnoscitur

Quia igitur helyu et pure se locu
turum prohibuit et dicta sua appel
lando simul favore perit eamdem
iam similiter quam punisit adiun
git dicens Spiritus dei fecit me
et spiraculum omnipotentis vivificavit
me. Subditus vero premisit ela (n)
ta et dictus hoc quod vera supet cum
in notinit qualiter timiet. Sic
minus fit arrogantium mentes
in sanuit veritatis quod recte sciunt
elationis sue tortitudine despiciunt
Unde fit ut etiam eorum recta audi
tores nequaquam instruat quia
perfecto illos recta que tumide
sentiunt non ad sui reverentiam sed
ad contemptum vocant. Sunt quod dictis
prudentibus stultitie ubique miscent
Quia dum stultitia ab auditore
despicitur etiam prudentia non tenet
Hinc enim per Moysen dicitur Vir qui (Levit 17)
fluxum seminis sustinet inmundus
erit. Quid est enim sermo nisi semen
qui dum ordinate mittitur mens
audientis quasi concipientis utero
a bonis operis prole conceperat. Si vero
inportune defluit emittentis
pollutus generandi virtutem perdit
Nam si sermo semen non esset
despiciente paulo nequaquam athe
nienses dicerent Quid sibi vult
seminiverbius hic dicere. Deinde et
Lucas dicit Ipse enim erat dux (Act 18)
verbi. Semen ergo sue prapaginis
ducatum in competent fluxus (Act 19)
certi nubilia coniungat dum sermo
per inerum in audientium cordibus nasci
sua salus debuit sed inordinate
perdat. etiam que recte sensit fedat
Unde helyu quoque que recta potest
sentire commaculat dum cum
nescit quid loquatur ignorat et ipse
fluxum seminis sustinuit qui lingua
utilitati congruam per nimia vanie lo
cutionis monet. Bono ac ordine
certum se astruit et auctum perfectum
factum et spiraculum se narrat
auctum Facto quippe Ada scriptum
est. Inspiravit in faciem eius spiraculum (Gen. 2)
vite et factus est homo in animam

vmente. Sed hec que recte astruit
nec recte exsequitur audiamus
hec. Si potes responde michi et
adversus faciem meam consiste.
Ecce dum narrat ordine rec-
conditionis in superbie subito ela
cionis erupit, atque aliis verbis
hoc idem replicat dicens. Ecce
et me sicut et te fecit deus et
de eodem luto ego quoque formatus sum.
Verum tamen miraculum meum non te
terreat et eloquencia mea non sit
tibi gravis. Quid hoc est quod
helyu ordinem recte conditionis
agnoscit et modum recte locucionis
ignorat. Quid est quod se beato
iob et conditione exequat et
locucione extollit. nisi hoc quod
arrogantes omnes cunctis quidem
hominibus equaliter se conditos me
minerunt. sed prefectu scientie audi
tores suos equales sibi vel esse
vel credere dedignantur, eisque se
per nature conditionem conferunt. sed per
tumorem scientie supponunt. Tales
quidem se meditant constitisse nas
cendo. sed non equales se re
mansisse vivendo. atque in eo quod
equales quo vivendo non sunt et
ad maius miraculum revocant, quod
equales nascendo fuerunt. Unde
inflatus helyu dicit. Ecce et
me sicut et te fecit deus et
de eodem luto quoque formatus sum
Verum tamen miraculum non te terreat
et eloquencia mea non sit tibi gra
vis. Hunc etiam hoc arrogantes
proprium. ut quicquid dicunt mira
se semper dicere estimant, et locucionis
sue admirando prevenerunt, quia
vel in actu verbis ipsa elacio
quanta sit fatuitas ignorant. Con
tra quoque est quod paulus dum mi
re hebreos ammonet, adiunxit.
Rogo vos autem fratres ut sufferatis
verba solacii. et enim paucis scripsi
vobis. Helyu autem in ania pro
tulit. et quasi consulendo subiungit
Miraculum meum non te terreat
et eloquencia mea non sit tibi gravis
Ille dicta sua verba solacii. hic

vero eloquenciam et miraculum vocat. Fit
quod distincte sapores perdit fructum
ex diversa radice cogitacionum. Ille
de magnis humiliter sentit. iste de
minimis se in altum erigit. Quid
ergo inter hoc nisi hoc est quod sollerter in
tuendum. quod et ascensum in ymo
se esse considerat. et casurum semper
in precipicio stare. Salomone attestante
qui ait. Ante ruinam exaltatur cor.
et ante gloriam humiliatur spiritus. Sequitur.
Dixisti ergo in auribus meis et
vocem verborum audivi. Atque eandem
vocem subinferens ait. Mundus sum
ego et absque delicto immaculatus
et non est iniquitas in me. quia querelas
in me repperit ideo arbitratus est
me inimicum sibi. Posuit in nervo
pedes meos custodivit omnes
semitas meas. Mox quoque contra
hec verba beatum iob dixisse narrat
sentenciam suam proferens ait. Hoc est
ergo in quo non es iustificatus.
Pro eo beatus iob vocat dixit. quod
absque culpa fuit flagellatus, hic
enim ipse dicere quod de illo dominus
dixit. Commovisti me ad
versus eum ut affligerem eum frustra.
Sed helyu non credidit cessante
culpa potuisse eum percuti flagellari.
Nesciebat enim flagellis eius non
deleri vicia. sed augeri merita, et
pro eo quod sine delicto se dixit fla
gellatum. hunc eum sancta increpabat
dicens. Hoc est ergo in quo non
es iustificatus. Habent enim hoc
arrogantes proprium ut plus arguere
appetant quam consolari. etiamsi quid bonum
evenire cognoscunt evenisse ex solis
iniquitatibus arbitrentur. Nesciunt quippe
occulta iudicia subtiliter querere. atque
id quod non intelligunt humiliter perscru
tari. Quia eos saepe a secretis
investigationibus iudiciorum dei ipsa
scientie sue elacio cecat dum extollit.
Obstruit namque virtutis timore
mentis; quia dum inflat obnubi
lat. qui et si quam scienciam videntur
adipisci. quasi degustata rerum corti
ce. et ideo de secrete dulcedinis
medulla pascuntur inmittitur quia in

Superbia est obstaculum virtutis.

Nota helyu 13
xiii p
d
C

genus sepe extrema tantummodo attingunt
sed intimum gustum saporis ignorant
videlicet foris acuti intus ceci sunt
neque id dedecus senciunt quod dulce
intus sapiat, sed quod ex casu ex-
terius sonet. Nam et si secreta quedam
intelligenda percipiunt eorum dulcedinis
experiri non possunt, et si noverint que
sunt ignorant ut dixi quomodo
sapiunt. Et plerumque ut fortia
dicant sed tamen iuxta ea que dicunt
vivere nesciunt. Unde bene quidam
sapiens dixit. Audi aut detegit
dicere ex summa. Sentencia quippe
assensu vocalis et recte que intelligitur
non ex sola sciencia sed eciam ex summa
dicere appetit qui nequaquam tantummodo
sciendo dicere sed sentiendo desiderat
experiri quod dicit. Sed mens
arrogancium dictorum suorum non pe-
netrat sensum quia ab interno
gustu recto iudicio eorum fauces
recedunt quos foris amat. Vera
autem sciencia afficit non extollit
nec superbientes quos impleverit
sed lamentantes facit. Que quisque
cum repletus fuerit priori loco se
scire appetit. Nam sui conscius
tanto plus robustius sapit
quanto se infirmum in illa veri-
tate recognoscit, atque ampliore via
summus sue ipsa humilitas aperit.
Dumque imbecillitate sua conspicit
ipsa ei cognicio secretorum sublimium
absconditos sinus pandit. Quia
cognicione prius subtilior redditur
quo ad occulta recipiat. Helyu
ergo in flagellis beati Iob idcirco
veritatem recti non invenit quia
eam querere humiliter nescivit. Et tacere
pace potius quam contemplari pacior
dicit. Hoc est ergo in quo non es
iustificatus. Notandum quoque est quod
beatus Iob in nervo pedem suum
positum dixit sed nequaquam se mun-
dum hoc non quo ei obicitur absque
peccato et immaculatum et sui iusticie
fuisse memoratur. Sed Helyu dum
tam acute studuit increpare
que dicta sunt inveniens addi-

dit que dicta non sunt. Nam xiiij
cum semper increpare appetunt b
et numquam bene multa plerumque in-
crepando mentiuntur. Nam ut ar-
guere docte videantur fingunt
non unquam que redarguant et cum
ipsi equo more incursu sue
contradictionis ferveant et subiectorum
intencionibus ex fictis et iniustis
campum pariter. Sciendum preterea
est sicut et supius dixi quod arro-
gantes viri in statu suis sermoni-
bus sepe fortia dicta permiscent
nec considerant aliquid quod vivant
sed pensant studiose quod doceant.
Quorum mutus Helyu speciem tenet
qui non recte vivere appetit sed
docere. Quia ergo sciens sed arroganter
loquitur taceamus iam quod minus re-
vivit et audiamus quid solide di-
cit. Post tot itaque elacionis verba
tandem studium sue intencionis ait
Respondebo tibi quod maior sit deus c
homine. Dicitur fortasse ab aliquo
quis ista vel cum non audit
ignorat. Sed minime liber sua-
vius creditur si non ex prima inten-
cionis sue radice pensetur. Fla-
gellato videlicet locutus et percussionibus
sue Xberti acceperat eius Xberti
nesciebat. Ideo ergo intulit
Respondebo quod maior sit deus
homine, ut flagellatus homo
considerat quia illo minor est deus
et in omne quod patitur eius iudicio
se postponat. Cum se minorem esse
non dubitat, eciam ameliorem
patitur iustum credat eciam si eiusdem
iusticie causas ignoret. Cum
quis enim eciam peccato percutitur nisi
minime remittatur eo ipso
iam iniustus esse incohat quo
ferientis iusticiam non accipit.
Homo namque sub deo est conditus
et ad condicionis ordinem redit
cum se equitate iudicis sui eciam
quam non intelligit antepont.
Unde ergo dicitur Respondebo quod maior sit
deus homine, ut considerata potestate
creatoris desinant timor mentis
per memoriam condicionis. Unde David

Pacatus est iustus

Correccio peccati est pena gracia

Vera sciencia afficit

propheta cum percussionis pondere in excelsum vocis erumpere cogeretur ad considerationem conditionis sue se recolligens ait: Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti me. Pensavit enim conditionis sue ordinem et iusticiam percussionis invenit. quia qui tam benigne eum qui non erat condidit eum profecto qui erat non nisi iuste percussit. Sequitur

v Adversus eum contendis quod non ad omnia verba respondit tibi. Semel loquitur deus et secundo idipsum non repetit. Afflicti cordis est proprium ut in omne quod appetit et tamen rerum ordine contrarium sentit si possit fieri ita ut non ita sit divinis sibi responderi vocibus velit ut demum decreta controversia

xx4 consulat et visionis eius cogitatione conquiescat. Heliu autem providens quod scriptura sacra deus sic condidit. ut in ea vel publice vel occulte cunctorum questionibus respondeat ait: Adversus eum contendis quod non ad omnia verba respondit tibi semel loquitur deus et secundo idipsum non repetit. Ac si dicat Deus in singulorum cordibus privatis vocibus non respondet. sed tale eloquium construxit per quod cunctorum questionibus satisfaciat. Inspiciamus scripture eius eloquio causis nostris singuli si requirimus invenimus nec opus est. ut ideo quod specialiter quisque tollerat respondere sibi divina voce specialiter querat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur communiter respondetur. Ubi vita precedentium fit forma sequentium. Ut enim unum ex pluribus proferamus. Ecce dum passione aliqua vel molestia carnis affligimur scire fortasse occultis causis cupimus cur molestie opprimimur quatenus ideo quod patimur ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed quia de specialibus temptationibus nostris nequaquam nobis

Specialiter singulis respondetur. ad scripturam sacram recurrimus ibi videlicet invenimus quod paulus carnis infirmitate

2 cor. 2

temptatus audivit. Sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur. Ideo illi in infirmitate sua dictum est ne sigillatim nobis omnibus diceretur. Inspiciamus igitur sacram vocem dei afflicto paulo audivimus ne cum fortasse affligimur singuli eam audire privatam consolationem queramus. Non ergo dominus ad omnia nobis verba respondet quia semel loquitur et secundo idipsum non repetit. id est in his que per scripturam sacram ad priores nos pertulit nos erudire curavit. Dicant itaque sancti doctores ecclesie dicant et arrogantes cum in tota eam laborare quosdam pusillanimiter conspiciunt quod deus nobis ad verba omnia non respondet. id est cogitationibus vel temptationibus singulorum non iam passim per prophetarum voces non per angelica officia satisfaciat quia in scriptura sacra quicquid potest singulis evenire comprehendit atque nulla per exempla precedentium etiam vitam sequentium conformare curavit. quamvis quod ait semel loquitur deus et secundo idipsum non repetit hoc intelligi subtilius potest. Quia pater unigenitum consubstantialem sibi filium genuit. Loqui enim dei est verbum genuisse. Semel autem loqui est verbum aliud preter unigenitum non habere. Unde et apte subditur. Et secundo idipsum non repetit. id est filium non alium unicum genuit. Qui autem non ait locutus est sed loquitur. non videlicet tempus preteritum sed presens ponens liquet omnibus quia deo tempus nec preteritum cognovit nec futurum. Tanto ergo in eo quodlibet tempus ponitur liberius quanto nullum verum. Neque enim complibus liberius dici potuit si saltem unum proprie diceret. Inde itaque dici in deo temporis audacter quodlibet licet. Unum in eo dici proprie nullum licet. Verbum itaque pater sine tempore genuit. Et quis digne fari queat illam ineffabilem nativitatem. quod de eterno natus est coeternus. quod existens ante secula genuit equalem. quod gignenti natus non est posterior. Que

perfectum dixi quia pater non dicimus. Neque enim quod factum non est perfecte non dicitur esse perfectum sed cum plenitudinem perfectionem quamdam augustius nostra locucione experimus
q. 7. Sed et de patre dominus dicit Estote perfecti sicut et pater vester perfectus est

videlicet nos mirari possumus sed intueri minime valemus. Illius autem intimitatem virium ita mirari posse aliquatenus videre est, sed quod videmus quia nequaquam comprehendimus. Est autem quod de vespere tenus (?) attendere debemus. Nam si quis in tenebris clausis oculis iaceat atque in eum subito lucis lumen erumpat, clausi eius oculi ipso adventu lucis feriuntur ut pateant. Cur ergo turbati sunt si nichil clausi viderunt? Nec tamen perfecte aliquid sunt quod clausi intueri potuerunt. Nam si clausi perfecte totum vidissent, cur aperiri quererent quod viderent? Sicutque sic summus circa Dei comprehensibilia intimitate intueri aliquid conamur. Eo enim
ipso quod sub fulgore admirationis per contemplationem animus videt quasi quod videre non valet, velut in tenebris positus vim lucis oculis clausis videt. Divina vero quamvis nescita admiratio non finale occupatis perversa desideria innotescit. Aperte Dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat dicens: Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo.
3 Quid est quod nobis per somnium locutio divina innotescit, nisi quod Dei secreta non cognoscimus si interius desideriis vigilemus? In somno enim exteriores sensus dormiunt et interiora cernuntur. Si ergo interna contemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus. Vox videlicet Dei quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab huius seculi actione quiescitur et in ipso mentis silentio divina precepta pensantur. Cum enim ab exterioribus actionibus mens sopitur, tunc plenius mandatorum Dei pondus agnoscitur. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad se admittere tumultum secularium negotiorum estus importune impugnat (?). Aurem quippe cordis terrenarum cogitationum turba dum perstrepit claudit, atque in secretario mentis quanto minus curarum tumultuantium sonus compescitur, tanto apertius vox presidentis auditur. Neque enim perfecte homo sufficit ad utraque dividi, sed dum sit intus erudiri appetit ut tunc exterius implicetur. Unde exterius audiri appetit, inde interius obsurdescat. Moyses admixtus Egyptiis quia vigilabat, idcirco vocem Domini in Egypto positus non audiebat. Sed extincto Egyptio postquam in desertum fugit, illic dum xl annis degit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormivit, atque idcirco divinam vocem percipere meruit, quia per superna quietum quanto magis ab appetendis exterioribus torpuit, tanto verius ad cognoscenda interiora vigilavit. Cumque ipse iustitia ipsa civibus prelatus ut legis precepta perciperet in monte ducitur, atque ut interna penetraret ab exterioribus tumultibus occultatur. Unde et sancti viri quos exterioribus ministeriis officii necessitate deservire cogit, studiose semper ad cordis secreta refugiunt, ibique cogitationis intime culmine ascendunt et legem quasi in monte percipiunt, dum postpositis tumultibus actionum temporalium in contemplationis sue sublime voluntatis summam perscrutantur. Hinc est quod idem Moyses crebro de rebus dubiis ad tabernaculum redit, ibique secreto Dominum consulit et quid certius decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculum redire est postpositis exteriorum tumultibus secretum mentis intrare. Ibi enim Dominus consulitur, et quod foris agendum est publice, intus silenter auditur. Hoc cotidie boni rectores faciunt cum res se dubias discernere non posse cognoscunt: ad secretum mentis velut ad quoddam tabernaculum redeunt, divina lege precepta quasi coram posita archa Domini consulunt et quod

Epo 2
Epo 3
xvi
Epo 19
Epo 33

ipso
tumultus recusat. Tale autem homo vigilat quando ... (?)

Iohannes unus ait semel loquitur deus. David vero ubi unigenitum natum intuens ait semel locutus est deus, una enim unigenitum filium idest verbum patris et principio ... Sed principium natum ... perhibet. Scriptura sacra libere dicit de deo quia est locutus est et loquitur ... locutus est pater ... quod ... loquitur. Cuius hoc quod

pus intus tacentes audiunt hoc foris per motum agentes innotescunt. Ut enim exterionibus officiis in offe-se deprimunt ad secreta cordis recte incessabiliter currunt et sic vocem dei quasi per soporem audiunt dum in meditatione interna actualibus abstrahunt. Hinc est quod sponsa in
7 Canticis canticorum sponsi vocem quasi per soporem audierat que dicebat Ego dormio et cor meum vigilat. Ac si diceret dum exteriores sensus huius vite sollicitudinibus sopio vacante mente vivacius interna cognosco. Foris dormio sed intus cor vigilat, quia dum exteriora quasi non sentio interiora solerter apprehendo. Bene ergo Heliu ait. Quia per soporem loquitur deus. Ac ter apte subdidit in visione nocturna. Nocturna enim visio apparere contemplatori inter quibusdam
3 ymaginationibus solet in divina aut luce tenus. In nocturna vero visione cautius videmus. Et quamvis sancti omnes qui dum in hac vita sunt divine nec certa quasi sub quadam ymaginatione conspiciunt videlicet quia nec dum sicut est ea manifeste contemplantur. Bene Heliu postquam dixit dum nobis per soporem loquitur subdidit In visione nocturna. Nox quippe est vita presens in qua quamdiu sumus per hoc quod interna conspicimus sub incerta ymaginatione caliginamus. Ysaias namque advide-
Ys 26 rat dum deum quadam se premi caligine senciebat dicens Anima mea desideravit te in nocte. Ac si diceret In hac obscuritate vite presentis videre te appeto sed adhuc infirmitatis nebula contribor. David quoque huius noctis caligine vitans claritatem veri luminis prestolatus ait Mane astabo tibi et videbo. Adhuc ergo in nocte minus se videre conspicit qui ad videndum deum futurum mane conspicit. Quia non ut dixi ab exteriori actione cessare dormire est bene

Heliu subdidit Cum irruit sopor super homines. Quia autem sancti viri ab exteriori actione non desinunt in mentis cubicula conquiescunt. apte subiungit Et dormiunt in lectulo. Dormire enim viris dormire in lectulo est intra mentis sue cubile quiescere. Unde scriptum est Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Dicitur ergo Semel loquitur deus in visione nocturna cum irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo. quia nimirum tunc secreta divinitatis agnoscimus cum ab huius tumultuosa concupiscentia intra mentis nostre cubicula seggregamur. Quia non ut sepe in domo ante tumultus secularium negotiorum clauditur et quia secrete consideratoris intento aperire subiungit Tunc aperit aures virorum et erudiens eos instruit disciplina. Cum enim ab exterioribus actionibus sepiuntur apta aure intima externis cantus audiunt. quod dum subtiliter vel flagella publica vel occulta iudicia considerent semetipsos affligere flendo non cessant. Unde bene dictum est. Et erudiens eos instruit disciplina. Quia considerantibus menti et sese premencium lacerant quasi quedam plage percussionis sunt lamenta compunctionis. Unde etiam Salomon recte vim percussionis interioris
Pro 20 congeres dicit Livor vulneris absterget mala et plage in secretioribus ventris. Per livorem quippe vulneris disciplina insinuat corporee percussionis. Plage vero in secretioribus ventris sunt interna mentis vulnera que per compunctionem fiunt. Sicut enim venter cibis repletus extenditur ita mens pravis cogitationibus dilatata sublevatur. Absterget igitur mala et livor vulneris et plage in secretioribus ventris. Quia et disciplina exterior culpas diluit et extensam mentem compunctio penitus ulcione transfigit. Sed hoc inter se utraque different quia plage percussionum dolent lamenta percussionum sapiunt. Ille affligentes cruciant

Lor d
R. (Aud q pudgit.)

ipse reficiunt dum affligunt. psalmista
in afflictione memor est. propheta
in merore letitia. Quia ipsa enim
compunctio mentem laetificat, eandem
compunctorum non in congrue displicet
vox. Quatuor quippe sunt qualitates
quibus iusti viri anima in compunctione
vehementer afficitur. cum aut malorum
suorum reminiscitur considerans ubi fuit
aut iudiciorum dei sententiam metuens
et secum querens cogitat ubi erit.
Aut cum mala vite presentis solerter
attendens merens considerat ubi est.
aut cum bona superne patrie contem-
platur. que quia necdum adipis-
citur. lugens conspicit ubi non est.
Malorum suorum paulus meminerat
et ex eis se in quibus fuerat
affligebat cum diceret. Non sum
cor 15 dignus vocari apostolus. quoniam perse-
cutus sum ecclesiam dei. Rursum
divinum iudicium subtiliter pensans
in futuro male esse sentiens metue-
cor 9 bat dicens. Castigo corpus meum
et servituti subicio ne forte aliis
predicans ipse reprobus efficiar. Rur-
sum mala vite presentis pensabat
cor 5 cum diceret. Dum sumus in corpore
peregrinamur a domino. Et video aliam
legem in membris meis repugnan-
tem legi mentis mee. et captivum
me ducentem in lege peccati que est
in membris meis. Infelix ego ho-
Ro 7 mo quis me liberabit de corpore mor-
tis huius. Et rursum bona eterne patrie
considerabat dicens. Videmus nunc
cor 13 per speculum et in enigmate. tunc autem
facie ad faciem. nunc cognosco
ex parte. tunc autem cognoscam sicut
et cognitus sum. Atque iterum
E 3 Scimus quoniam si terrestris domus
huius habitationis dissolvatur. quod edi-
ficationem ex deo habemus domum
non manufactam sed eternam in celis.
Cuius domus bona intuens ephe-
siis dicit. Ut sciatis que sit spes
vocationis eius et que divitie hereditatis. glorie
eius in sanctis. et que sit supereminens magni-
tudo virtutis eius in nos qui cre-
didimus. Mala vite presentis beatus

C. Job 7
Iob considerans ait. Temptatio est vita
hominis super terram. Unde david quoque
ait. Universa vanitas omnis ho-
mo vivens. Et quamquam in ymagine dei
ambulet homo tamen vane conturbatur.
Qui rursum eterni premium contem-
platus. et hec mala pensans
in quibus erat. atque illa bona con-
siderans in quibus adhuc non erat
ait. Heu me quia incolatus meus
prolongatus est. Et ego dixi in pavore
meo proiectus sum a vultu oculorum
tuorum. Sublevatus etenim quod
nunc in temptationes pavore non sepe
vocavit. a vultu oculorum dei
vidit se proiectum. Post magnam
quippe lucis visionem que in eius
anima per contemplationis gratiam
radio claritatis emicuit ad semet-
ipsum rediit et cognovit quam prece-
cus esset quibus illic bonis deesset
vel quibus malis hic adesset
invenit. Neque enim quis presentis
vite mala sicut sunt conspicere
prevalet si bona eterne patrie per
contemplationis gustum contingere non-
dum valet. Unde a vultu oculorum
dei proiectum se esse cognovit. Sub-
levatus quippe vidit quod se
hic inde non posse. ad se relap-
sus ingemuit. Per totum scilicet
anima ista compunctio affice fa-
miliarius solet. quia omnes
ymaginationes corporales in solet
sibi obviantes distinguit. et cordis
oculum figere in ipso radio in cum
sentire lucis intendit. Has quip-
pe figuralium corporalium species
ad se intus ex infirmitate corporis
trahit. sed per se compuncta has summopere
invigilat ne cum ulteriusque querit
eam ymaginatio circumscripte visio-
nis illudat. cunctasque sibi obvian-
tes ymagines respuit. Quia enim xviii
per illas infra se lapsa est. sine d
illis supra se ire conatur. Et per quod
per multa in desideria sparsa est in unum
se colligere nititur. ut si magis vi-
amoris prevalet esse unum atque
in corpore contempletur. Unde aliquando
ad quandam insolitam dulcedinem
intimi saporis admittitur. et in spi-

aliquo ardenti spiritu afflata renovatur tantoque magis inhiat quanto magis quod amet degustat. atque id hoc imitare appetit quod sibi
Sentit — dulci sapore intrinsecus. Quia videlicet eius amore dulcedinis sibi coram se vilnit et postquam hanc utcumque percipere potuit quid sit illa dudum fuisset invenit cui inherere conatur sed ab eius fortitudine sua adhuc infirmitate repellitur et quia eius munditiam contemplari non valet flere dulce sibi est ad se cadenti infirmitatis sue lacrimas sternere. Neque enim prementis oculum in id quod intra se raptim conspexerat figere quia ipso vetustatis sue usu deorsum ire compellitur. Inter hec anhelat estuat super se ire conatur sed ad familiares tenebras suas victa fatigatione relabitur. Quia igitur sic affecta anima contra semetipsam grave certamen tolerat, et quia omnis hec de nobis controversia cum nos afficit quamvis delectatione proxima pro modicum dolorem parit,
E — Helyu postquam dixit deum nobis per somnium loqui. et locutione eius interius aures aperire, non in merito eandem aptionem amicus disciplinam vocat. quia eo magis nos affligendo corrigit. quo magis ad nos per occultam eius inspirationem gradum interne intelligentie somnus erumpit. Neque enim flet exterius quisque quod est si non interius potuisset sentire. quod non deum est. Neque enim nosmetipsos in spiritu bene conditos sed persuasione dyabolica pestifera consensione deceptos in nobis ipsis attendimus aliud esse quod fecimus. aliud quod facti sumus conditione nos integros sed culpa viciatos. Proinde conpuncti appetimus vitare quod fecimus ut ad id quod facti sumus reformemur. Hinc et apte sequitur. Ut
ff — avertat hominem ab hiis que fecit et liberet eum de superbia. Quid enim homo de proprio nisi peccatum

fecit. Scriptum est. Initium omnis peccati superbia. Bene ergo dicitur. quia homo eum ab hiis quod fecit avertitur de superbia liberatur. Contra conditorem quippe superbire est eius precepta peccando transcendere
ase — quia quasi iugum dominationis eius excutiunt cui per obedientiam subesse contempnunt. At contra cum quod fecit vitare appetit id quod a deo factus est recognoscit, ad conditionis sue ordinem humiliter redeundum sua opera fugiens tale se quales
est — a deo factus diligit. Quia vero per hanc intelligentiam gratia superna recipitur supplicia etiam vitiorum apte subiungit. Eruens animam eius de corruptione et vitam illius ne transeat in gladio. G
Omnis quippe peccator ab hac corruptione vitiorum illuc ad gladium compellitur transire penarum. Ut unde hic inique delectatus est. inde illic iuste crucietur. Notandum est ergo quod deus nobis per somnium loquens prius nos a corruptione. et postmodum a gladio liberet. Quia nimirum illius vitam illic eripit ab ultione supplicii, cuius hic mentem subtrahit a delectatione peccati. neque enim illic habet quod formidare debeat de gladio sive pene. quem hic post emendationem sua possideo non corrumpit culpe. Bene ergo dicitur. Eruens animam eius de corruptione. et vitam illius ne transeat in gladio. De corruptione namque ad gladium transire est post perpetrata vitia ad toleranda supplicia pervenire. Sequitur. Increpat quoque per dolorem in lectulo et omnia ossa H
eius marcescere facit. In scriptura sacra lectus sive grabatus seu stratum. aliquando voluptas carnis aliquando requies in bonis operibus aliquando requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in evangelio sanato cuidam dominus dicit Surge tolle
To — lectum tuum et vade in domum tuam
7 — nisi quod per grabatum voluptas carnis corporis designatur. Et iubet utique ut hoc sanus portet ubi infirmus iacuerat. Quia nimirum omnis

qui adhuc viciis delectatur infirmus
iacet in voluptatibus carnis. Sed cum
hoc percipit ubi iaceat quia divino
adiutorio ereptus a vicijs eiusdem
carnis contubernia per quemodum tolerat
in quibus prius desiderijs requiescebat
Rursum plani vel strati reparatio
in bonis operibus designatur
Quod in apostolorum actibus Petrus apostolus
dicit Enea sanet te dominus Ihesus Christus
surge et sterne tibi. Quid est dicere
surge nisi mala que perpetrasti de-
linque. Et quid est dicere sterne tibi
19 nisi mercedis causis in quibus re-
quiescere debeas operare. ut et deserat
surgendo quod fecit. et inveniat sternendo
quod fecit. Quod utrumque propheta breviter
comprehendit dicens. Declina a ma-
lo et fac bonum. Declinare quippe
a malo est ab eo quo iacuit surgere.
Bonum vero facere est mercedis opera
in quibus requiescere debeat sternere.
Qui enim declinat mala sed bona
ad hoc non facit. surrexit quidem
ab eo quo iacuit sed ubi requiescere
debeat nec dum stravit. Et rur-
sum lectus vel stratum requies spiritualis
accipitur. Sicut scriptum est. Universum
stratum eius versasti in infirmitate eius.
Cum enim quisque curis secularibus fati-
gatus deserere per divinam gratiam huius
mundi itinera laboriosa compungitur
cogitare solet quo spiritualis vite de-
sideria fugiat et ab eius labori-
bus requiescat. sibique mox desi-
derare quietis ordine querit et ve-
quodam stratum sic a cunctis laboribus
refectionis locum invenire concupiscat.
Sed quia in hac vita adhuc homo
positus in singulis ordinibus loco
in singulis secreti secessu vivere sine
temptationibus nullatenus potest. Plerumque
in id quod ad requiem construitur ma-
ior dolor temptationis invenitur.
Unde recte per prophetam dicitur. Universum stratum
eius versasti in infirmitate eius. Ac
si diceret. Omne quod sibi parat ad
requiem. hoc ei mutasti occulto
iudicio ad probationem. Et pio quidem
consilio agitur ut huius peregrinationis

tempore electorum vita turbetur. Via
quippe est vita presens qua ad patriam
tendimus. Et ideo hic occulto
iudicio frequenti perturbatione conte-
rimur ne viam pro patria diligamus. — Electi hic affliguntur ut mereantur sunt parati
Solent enim non nulli viatores cum
amena fortasse in itinere prata
conspiciunt pergendi moras innectere
et accepti itineris rectitudine decli-
nare. Eorumque gressus tardat pulchri-
tudo itineris dum delectat. Electis
ergo suis ad se pergentibus dominus huius
mundi iter asperum facit. ne dum quisque
quasi presentis requie et vie amoeni-
tate pascitur. magis eum diu
pergere quam cicius pervenire
delectet. ne dum delectatur in via
obliviscatur que desiderabat in patria.
Quia ergo in hac vita omnis inimica
quam fortasse percipimus requies
perturbatur. Recte dicitur. Increpat quoque
per dolorem in lectulo id est presentis vite
requie vel temptationis nos stimulis
vel flagelli afflictione conturbat.
Nam sepe humanus animus quali-
bet brevi tempore sine temptatione in
bonis studiis fuit. mox de eisdem
studiis in quibus quiescendo
se exercit de ipsis virtutibus quibus
multiplicari vitiis dum proficere
se sentit elevatur. Unde pio rectoris
nostri moderamine impulsu tempta-
tionis afficitur ut in eo ipso pro-
vectus sui elevatio comprimatur.
Quam postquam dixit. Increpat
quoque per dolorem in lectulo. Apte
subiunxit. Et omnia ossa eius
marcescere facit. Ossa in scriptura
sacra virtutes accipimus. Sicut
scriptum est. Dominus custodit omnia
ossa eorum unum ex hiis non conteretur.
Quod utique non de ossibus corporis
sed de virtutibus dicitur mentis. Nam certe
novimus quod et in electorum martirum
corporibus ossa fracta sunt et persecutores dum latrius illius cui dominus — Jo. 19
est hodie mecum eris in paradiso
crura fregerunt. Cum ergo in-
crepat per dolorem in lectulo omnia
ossa facit marcescere. quia cum ea

xx ii

Temptacio nos probat qualis simus

requie qua nobis ab hoc seculo
separamus flagello temptacionis
afficimur. qui fortasse dentibus
nostris in flavi potuimus cogita-
re infirmitate nostra tedio extenu-
amur. Nimirum enim cupimus adden-
do proficere. si profectum nostrum temptacio
nulla pulsaret. altius nos for-
titudinis esse crederemus. Sed quia
nobiscum superna dispensacione agi-
tur ut infirmitates nostras quas pro-
ficientes obliviscimur temptati
recolamus in profectu nostro. quid
de divino munere et in temptacione
cognoscamus. quid de propriis viribus
simus. que nos profecto temptacio
ad plenum raperet. nisi protectio
superna servaret. sed pulsat nec
frangit. impellit nec movet.
quatit nec deicit. ut de nostra
infirmitate senciamus esse quod
quatimur. et de divino munere
esse quod stamus. Et quia sepe anima
aliquid boni sibi conscia tem-
ptaciones suas ad memoriam sibi
revocat. quadam delectacione pascitur
et quasi gratulacione proprie pleni-
tudinis impinguatur. Bene ergo dicitur.
Ex temptacione pulsate marces-
cunt ossa. Quia dum propria in-
firmitas temptacione interrogante con-
gnoscitur. omnis illa interior virtus
velut pinguis viridisque gratulacio
subito anxietatis merore siccatur.
et qui nos aliquid esse momenti
bona nostra pensando credidimus
pulsati paulo amplius pertimes-
cimus nos iam nichil formidamus. Tunc
omne bonorum nostrorum gaudium
vertitur in pavorem peccatorum. Tunc
iniquos nos esse deprehendimus
qui paulo ante bonos credebamus.
Tunc abesset mens. stupet oculus. et
quod prius prospere arridebat evane-
scit. lux ipsa fastidiosa est. solem
se in animo tenebre meroris effun-
dunt. nichil quod delectet aspicitur.
triste est quidquid occurrit. Unde
et apte subditur. Abhominabilis enim
fit in vita sua panis et anime

illius cibus qui desiderabilis. Ac | e
si aperte dicat. Afflicta mens sibi in
amaritudine venit considerat quod quod
se cum blande libenter ipse sciabat.
In scriptura enim sacra panis aliquando
ipse dominus. aliquando spiritualis gracia. aliquando
divine doctrine erudicio. aliquando
hereticorum predicacio. aliquando subsidium
vite presentis. aliquando iocunditatis humane
delectacio accipitur. In pane dominus
designatur. sicut ipse in ewangelio dicit. Ego
Jo 6 sum panis vivus qui de celo de-
scendi. Virtus in pane gracia domini spiri-
Ys 33 talis accipitur. sicut per prophetam dicitur. Qui ob-
durat aures suas ne audiat sanguinem.
et claudit oculos suos ne videat
malum. iste in excelsis habitabit muni-
menta saxorum sublimitas eius panis
ei datus est. Quid est obdurare
aures suas ne audiat sanguinem. nisi
peccatis suadentibus que decarne et sanguine
nascuntur non prebere consensum. Et quid
est ne malum videat oculos claudere
nisi omne quod rectitudini adversum est
non appetere. Iste in excelsis habi-
tabit. quia quamvis eum adhuc
caro in inferioribus retineat. mente
iam in sublimibus fixit. Munimen-
ta saxorum in sublimibus eius. quia
cum abiecta desideria terrene con-
versacionis calcat. ad superna pridem
precedentium patrum exempla mentem
sublevat. Et quasi pro contemplacione
donum gracie spiritualis sociatur apte
subiungitur. Panis ei datus est.
id est refectionem spiritualis gracie perci-
pit. quia se ab omnis infimis ce-
lestia sperando suspendit. Hinc est
de sancta ecclesia predicando dominus dicit. Pau-
peres eius saturabo panibus. quia
in illa posite mentes humilium spiritua-
lium implentur refectione donorum. Rur-
sum pane divine doctrine erudicio
Ys 21 designatur. sicut per prophetam dicitur. Qui
habitatis in terra austri cum panibus
occurrite fugienti. In terra quippe
austri habitat. qui in sancta ecclesia
positus supernis spiritus caritate perfunditur.
Fugit autem qui hic viciis mala
evadere concupiscit. Cum ergo in terra

xii

austri habitat fugienti cum panibus
occurrit idest is qui iam sancto spiritu
intra statum caritatis plenus est. Eum
qui mala sua euadere nititur erudi-
tionis alloquio consolatur. Fugienti
ergo cum panibus occurrere est, me-
tuenti etiam supplicationem doctrine sancte
questus offerre. et modo timore terre-
re compungere. modo pavore exhorta-
tione fovere. Crebra pane refectio
scripture sacre non in concinente actu-
Proinde prophetam iudeis solam litteram
sectantibus dicit. Quare appenditis
argentum non in panibus. Ac si dicat
17 Pensatis sacra eloquia sed non in
refectione. quia dum solam speciem
littere custoditis. de spiritali intelligentia
pinguedine interne refectionis amit-
titis. Unde illic apte subiungitur. Et
laborem vestrum non in saturitate. Fur-
tivo pane hereticorum predicatio de-
signatur. sicut per Salomonem mulier here-
Pu 10 tice ecclesie typum gestans et stultos
eo nomine dicit. Panes occultos
libenter edite. Vel sicut in alia translatione
scriptum est. Aque furtive dulcio-
res sunt et panis absconditus
suavior. Sunt enim nonnulli heretici
qui apte metiuntur predicare quod sentiunt
et apud infirmorum mentes verba sua
tanto magis condiunt. quanto ea
amplius tenentes abscondunt. Unde non
immerito dicitur. Panes occultos libenter
edite. Miseris enim cordibus occulta
hereticorum verba eo magis sapiunt,
quo cum reliquis communiter non habentur.
Rursum pro pane subsidium vite presentis
accipitur. Sicut Jacob ad Laban, tran-
Ge siens ait. Domine deus si dederis mihi
28 panem ad manducandum et vestem ad
induendum. Et sic in euangelio turbis sequentibus
ait. Queritis me non quia vidistis
signa. sed quia manducastis ex pani-
bus et saturati estis. De septem
enim panibus fuerunt saciati. Et quorum
personam dum illos in terra status certus
detestantur qui perfectos ordines ad
dominum comprehendentes, non in eisdem ordinibus
virtutum imitari, sed subsidia vite presentis
exquirunt, nec cogitant quid videndo
imitari debeant, sed quo compendia pre-
dicando portant. Saciatos quippe de
panibus dominum sequi est de sacra
ecclesia temporalia alimenta suscipere
et non perfectionis dominum. sed pro panibus
querere. ad religionis officium non
pangendis virtutibus. sed procurandis
subsidiis inhiare. Rursum pro pane
iocunditas humane delectationis accipitur. Tren. 1
Unde Jeremias propheta cum synago-
ge perditos mores defleret dixit
Omnis populus eius gemens et querens
panem. Gemens enim populus querit
panem. quia cum pena eorum multitudo
affligitur non ad votum deprimitur, vite
iocunditate satiatur, sed et prospera quos
prius habuit quia intentes in appetitum
transitorie delectationis inclinat
et resuscitare animum nititur. quia per
usus suis desideriis satisfacere · bene
conatur. Sed mox et voce illic
electe multitudinis subditur. Vide domine
et considera quia facta sum vilis
Vilis quippe plebs dei efficitur
qui priorum merito crescere in celis non
summa et celestia, sed abiecta et
terrena sectatur. Helyu itaque quia
aliud pane quam vite presentis de-
lectationem vocat, cum post vim
temptationis expressit illico subdi-
dit, Abhominabilis ei fit in vita
sua panis. et anime illius cibus
ante desiderabilis. Quia videlicet
omne quod prius de ipsa prosperitate
vivendi dulce sapiebat, post-
modum per vim temptationis ama-
rescit. Quo nunquam vero quiddam gau-
dii. quiddam iucundum habere videbatur
subito in pavore temptationis amit-
titur. et qui [illegible] [illegible]-
tibus animus solo merore possi-
detur. Cum enim parvulo vehemen-
tis impulsu afficitur, quia exercere
[illegible] vim solite fortitudinis non
valet, eam iam velut perditam
dolet. seque ex se vacuum sentiens
in infirmitate suum experta sua in-
anitate cognoscit. Unde abomi-
natur iocunditate quod fugitur et tristi-
tionis letitie respuens eo quem
solum libenter appetit luctu saciatur.
Unusquisque enim cum sibi bene vivendi xxiv
prosperitas arridet hylarescit atque x

ipsa hilaritas animi velut desiderabilis cibus refecit. Sed cum temptatione paulo amplius imminente pulsatur, amarescente eius prosperitatis fastidium gaudium omne respuitur, quo prius eodem gaudio quasi satiata delectabatur. Anima igitur homo temptatus ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis. nichil ei aliud quam semetipsum cognoscere et flere delectat. Bene dicitur: Abhominabilis ei fit in vita sua panis et anime illius cibus ante desiderabilis. Sed sicut superius diximus, Ideo modo hunc occulte dispensationis ita temptari permittimur ut qui ex divino munere in virtute proficimus etiam quid sumus ex propria infirmitate meminerimus, et qui ex perceptione muneris opera virtutis inferimus ex infirmitatis nostre memoria sufficientem humilitatis offerimus. Aliquando autem pro profectu virium non solum temptat vitia, sed etiam flagella castigat. Cum autem temptamur vitiis pia dispensatione nobiscum agitur ne hiis virtutibus quibus proficimus extollamur. Cum vero flagellis atterimur, malis increpationibus admonemur ne mundo blandiente seducamur. Vitia dum nos temptant proficientes in nos virtutes humiliant. Flagella dum temptant surgentes in corde mundi huius voluptates elidunt. Per temptationem vitiorum discimus quid de nobis sumus. Per ferientia flagella cognoscimus quid de hoc mundo fugiamus. Per illa restringimur ne intrinsecus extollamur; per ista comprimimur ne quid extrinsecus appetamus. Insultat ergo vita dum sumus et flagellis atteri et aliquando vitiis temptari necesse est. Omne enim in laboribus flagellorum seu in certamine vitiorum non solum nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam in quanta virtute proficimus agnoscimus. Nemo enim vires suas in pace cognoscit, si enim bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt. Inprovidus miles est qui forte se in pace gloriatur. Quia ergo sepe multa virium per flagellorum adversa patefiunt, apte Heliu subiungit dicens: Tabescet caro illius et ossa que ~~erant~~ tecta fuerant nudabuntur. Cum enim flagellis premitur omnis exterior voluptas atteritur, intus fortitudinis ossa nudantur. Quid autem hoc loco carnis nomine nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel quid per ossa nisi virtutes animi designantur? Tabescit ergo caro ut ossa nudentur, quia dum flagellis urgentibus carnalis delectatio exterminatur, ea que dudum quasi sub carne latuerant virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit. Cum enim assunt prospera, certum virium documentum non prestant. Unde alias scriptum est: In die mandavit dominus misericordiam suam et nocte declaravit. Quia videlicet unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit in adversitate perturbationis ostenditur. Tabescit ergo caro ut nudentur ossa, ferimur prius correptionibus ut quantum proficimus agnoscamus. Flagellis enim dum pinguedo carnalis delectationis atteritur, sed virtutum interiorum ossa patefiunt. Decus namque exterius ipsa huius mundi adversitate fedatur, sed quod in nobis intrinsecus latebat ostenditur. Cesis namque apostolis denunciatum est ne ultra loquerentur in nomine Ihesu, sed magna exultatione gavisi sunt quod digni habiti sunt pro eius nomine contumelias pati. Simulque adversariis cum fiducia responderunt: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Ecce inter adversa validius fidei robur enituit. Ecce consumpta est etiam integritas carnium, sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per sapientiam dicitur: Deus temptavit illos et invenit illos dignos se. Temptati sunt adversitate plagarum, sed digni inventi sunt nuditate ossium

Temptatio conservat humilitatem.

B

Vitiorum

flagellorum

Act.

Adversitas ostendit quantum quis proficit

Nam quia hec illorum temptacio est que ex flagellis adhibetur, illic apte dicitur dum fertur: Tamquam aurum in fornace probavit illos et quasi holocausti hostiam accepit illos. Quia ergo uniuscuiusque vires non nisi per adversa patefiunt, bene dicitur: Tabescit caro eius et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Tabescit enim caro dum omne quod fluxum infirmumque est flagellis atteritur. Nudantur ossa dum per hoc in nobis etiam quod validum latebat ostenditur. Quia vero sicut et superius diximus in ipsa adversitate temptacionis non solum detegitur robur fortitudinis sed etiam cognoscitur infirmitas spiritus, et temptatus quisque ostendit quidem quantum de deo proficit sed in ipsis flagellorum afflictionibus etiam quantum de semetipso sit infirmus agnoscit. Nam cum tunc nudantur ossa sed etiam tabescit caro, recte subiungitur: Appropinquavit corruptioni anima eius et vita illius mortiferis. Temptati enim uniuscuiusque anima corruptioni appropinquare dicitur quia ne eam virtus possit extollere per flagella compellitur quid sit ex propria infirmitate sentire. Corruptioni videlicet appropinquat quia ex suis se viribus perditioni proximam non ignorat, ut hoc quod a perdicione longe est non sibi sed deo tribuat. Appropinquat vero mortiferis quia ex infirmitate carnis proximum se peccatis morte ferentibus respicit. Quibus dubio nimirum tanto magis longe fit quanto se eis proximum ex suis viribus deprehendit. Per contemplacionem quippe infirmitatis ipse et Paulus mortiferis appropinquaverat cum dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in legem peccati que est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Corruptioni ergo et mortiferis appropinquare est considerata infirmitate humanitatis sive peccatorum se ex suis viribus cerne-

Apoc 1 altari ignem nutriens cottidie ligna
subiciat. id est fidelis quisque ne in
eo caritatis flamma deficiat in corde
suo tamen exempla precedentium qui scire
Gregorius scripture testimonia congerere desistat
Nam quasi quedam fomenta igni
dare est in excitacione caritatis vel
exempla priorum vel precepta divina
inspicere Quia ergo ut anima nostra ex
ipsa cottidie huius vite con
versacione veterascit. Ignis iste ad
hibitus lignis nutriendus est
ut dum presumpti se more vetustatis
extenuat priorum testimonia et exempla
reminiscatur. et bene illic precipitur. ut
mane ligna per dies singulos
congerantur. Hec quippe non sunt nisi
cum nox cecitatis extinguitur. Vel certe
quia mane prima pars diei est
postpositis cogitacionibus vite presentis hec
priori loco quisque fidelium cogitet

ut quod ipse iam quasi deficit quibus
valet visibus studium caritatis in
flammet. Ignis enim iste in altari
Dei, id est in corde nostro, citius ex
tinguitur nisi solerter adhibitis ex
emplis patrum et dominicis testimoniis
reparetur. Bene illic subiungitur: Et in
y posito holocausto desuper adolebit
adipes pacificorum. Nam quisquis
ipse semel igne caritatis accendi
se senserit utique holocaustum desuper
imponit quia omne vitium quod in
se male vivebat exurit. Cum enim
cogitationum suarum intima considerat
et vitiorum reptilia per immutationis gla
dium mactat, in ara se cordis in
ponit et igne caritatis incendit.
Digna hostia adeps pacificorum re
dolet, quia intima nove caritatis
compungendo pacem inter nos et deum
faciens odorem deo nobis suavissimum
reddit. Quia vero eadem caritas
in cordibus electorum inextinguibilis
manet, apte illic subditur: Ignis
est iste perpetuus qui numquam de
41 ficiet de altari. Numquam profecto de
ignis altari iste deficit quia etiam post
hanc vitam eorum mentibus fervor caritatis
accrescit. Etenim quippe contemplatione
agitur ut ille deus quo magis
visus fuerit eo amplius diligatur.
Qui autem divinis admonitionibus et prece
dentium exemplis adiuti de huius vite
profundo liberamur: Bene etiam Ieremias
c. 38 propheta in puteum missus signatum est, qui
ut levetur ex puteo funes ad eum
vii et panni veteres ponuntur. Quid in
3 funibus nisi precepta divina figu
rantur? que quia nos in mala operatione
positos et convertunt et eripiunt
quasi ligant et trahunt, constringunt
7 levant. Sed ne ligatus hijs funibus
dum trahitur incidatur, simul etiam
panni veteres deponuntur, quia ne
divina precepta nos terreant antiquorum
patrum exempla nos confortant, et
ex eorum comparatione fieri nos posse
presumimus quod exorti in debilitate
formidamus. Si ergo levari de hoc
profundo festinamus, ligemur funibus,
id est preceptis dominicis astringamur.
Iunguntur etiam panni veteres cum
quibus melius teneantur funes, id est
precedentium confortemur exemplis,
ne infirmos nos ac timidos pre
cepta subtilia vulnerent dum levant.
Quasi quosdam pannos veteres Pa
ulus apostolus subiungebat cum le
vandis discipulis suis preceptis
spiritalibus exempla veterum commemorans
dicens: Iusti ludibria et verbera heb. 11
experti, insuper et vincula et carceres;
lapidati sunt, secti sunt, temptati
sunt, in occisione gladii mortui
sunt. Et paulo post: Habentes itaque tantam
impositam nubem testium certi
deponentes omne pondus et circumstans heb. 12
nos peccatum per patientiam curramus ad propo
situm nobis certamen. Et iterum:
Mementote prepositorum vestrorum qui lo
cuti sunt vobis verbum dei, quorum
intuentes exitum conversationis imi
tamini fidem. Supprimus videlicet spi
ritualia precepta loquitur quasi funes
miserit. Postmodum vero me
moriis exempla maiorum quasi veteres
pannos adhibebat. Excitati ergo
tot vocibus preceptorum dominicisque
tot comparationibus exemplorum ad
corda nostra redeamus. Discutiamus
omne quod agimus et quicquid
in nobis divine rectitudinis regulam
offendit accusemus, ut apud
districtum iudicem ipsa nos ac
cusatio excuset. In hoc enim mise
ricors iudex tanto citius absol
vimur quanto nos districtius reos
tenemus. Nec adhuc agenda
perdenda sunt tempora quibus vacat,
quia adhuc agenda post huius
vite tempora non vacat. Habemus quippe
non dies. Nescit enim ullus in homine
preterite est ut veniat ad diem iudicii.
Ideo namque nescimus quod tunc
non possumus, ne inde quod possumus
negligamus. Sed ecce nos negotia 7
occupant que nobis incessanter apporta
ta a considerandis nobismetipsis

mentis pure oculum declinat. In istis namque visibilibus que intuetur cor humanum extra se spargitur et quid de se in intimis agitur obliviscitur dum exterioribus occupatur. Divina autem vox terribilibus sententiis suis quasi quibusdam clamoribus illud premit ut erigatur et homo occulta super se iudicia que prosperis torpore dissimulat terrore saltem pulsatus expavescat. Ut enim superius diximus pro usu vite presentis mens humana assueta deprimitur et interna que expetit exterius quasi dormiens sopitur quia postquam semel se ad appetenda visibilia foris fudit a contemplatione invisibilibus intus evanuit. Unde nunc necesse est ut que per visibilia spargitur de invisibilibus iudiciis feriatur. Et quia intus se exterioribus male delectata prostravit saltem percussa requirat quod deseruit. Sequitur: Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis. Terrore autem superna sententia quodam torpentia corda transfigit ne in hiis habeant que exterius despiciunt sed intus etiam perdiderunt. Pendunt quid sententia occulta decernit ne inmoderate a nobis hec publica cogitetur. Dicit quid super nos agatur de nobis ut ab hoc publico strepitu collectus oculus cordis ad secretum interne dispositionis. Nam postquam multa narrata sunt de pena malorum subito infertur occultum iudicium quod pie super nos interius disponitur quo alii perdunt quod tenere videbantur et alii accipiunt quod alii exinde perdunt. Ait enim: Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis. Hoc cottidie agitur sed quia adhuc finis presentis vite venturus non creditur minime timetur. Multi enim culpa sua reprobi in pena consistunt. Et quia pena differtur culpa despicitur. Labuntur vero a statu sue iustitie et locum vite

alii aliis cadentibus sortiuntur sed eo lapsum suum negligunt quo in tantum quem se in eternum expectat non attendunt. Si enim ad illud quod illic passuri sunt oculos mitterent hoc quod hic faciunt timerent. Cunctis autem liquet quod in illa extrema requisitione examen publicum futurus est omnipotens deus ut alios ad tormenta deserat alios ad participationem regni celestis admittat. Sed hoc nunc secreto iudicio cottidie agitur quod tunc publico demonstratur. Nam iuste ac misericorditer singulorum corda vel examinans vel disponens alios exteriora respuit, alios ad ea que sunt intrinsecus trahit. Hos attendit intima appetere, illos pro suis sceleribus deserit exteriora cogitare. Horum mentem ad superna erigit, illorum superbiam in infimis desideriis mergit. Aliena autem corda humanis oculis clausa sunt et nescitur quis repellitur quia penetrare nequimus que ab unoquoque cogitantur. Nam sepe cor per usum nec dum processit usque ad effectum operis delibatione cogitationis et adhuc fortasse per habitum intus astringitur qui iam mente foris vagatur. Sed talis quibusdam iste tunc ante oculos interni iudicis cecidit cum appetendis interioribus per desiderium exivit. Nonnumquam vero alii post multe male operationis usum ad spem celestem subito virtutis amore revivescunt et qui in ipsa actione se deserunt ad summum in mente retractationis semet ipsos increpando recolligunt. Hos adhuc respicientes homines quales dudum in opere noverant tales putant. At conditor illi per districte considerationis examen vitam suam qualem recolunt inspicit scitque quid fuerit sed quid esse ceperit nescit. In hoc ergo utroque genere hominum sepe contingit ut et qui videntur stare humano iudicio iam in conspectu eterni iudicis iaceant. Et qui adhuc coram hominibus iacent

iam in conspectu eterni iudicis stent. Quis enim hominum estimare potuisset iudam vendi, sorte etiam post ministerium apostolatus amittere. Et quis e contra latronem crederet culmen vite etiam in ipso mortis articulo invenire. Occultus autem iudex presides et utrorumque corda discutiens, alterum pie statuit, alterum iuste confregit. Illum districte exterius repulit, hunc interius misericorditer recepit. Unde bene per prophetam casuros alios passionis sue tempore, atque alios resurrecturos annuntians ait: Potum meum cum fletu miscebam. Potus quippe ab exterioribus intrinsecus trahitur, fletus autem ab interioribus exterius emanat. Potum ergo est cum fletu temperare, alios ab exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus ad exteriora reprobare. Conturbat ergo multos immobiles estimare faciet alios pdis. Sicut autem supra diximus, hec contritio prius intus agitur ut post exterius ostendatur. Hac contritione non nunquam adhuc quorundam exteriora que sana sunt, et iam interiora putruerunt. Scriptum namque est: Ante ruinam exaltatur cor. Ubi ergo feruntur ibi superbiunt. Unde scriptum est: Contrivi cor eorum fornicans et recedens a me. Intus enim fornicari est exterius vetita delectari. Magna autem contritio cordis est hec eadem elatio superbie. Eo quippe ipso ab integritate corruit, cum iactantia consiliis aliunde intumescit. Superbientes enim deum despiciunt, et relicta creatoris sui gloria propria querunt. Quibus etiam hoc ipsum cecidisse est, amisisse superioris sui potentiam in se venisse. Conteruntur etiam quia relictis celestibus terrena querunt. Que autem maior potest esse contritio quam deserto creatore creaturam querere. Despectis superius gaudiis in infimis rebus inquirere. Unde bene per prophetam dicitur: Humiliat autem peccatores usque ad terram. Amissis

Is. stant

enim celestibus terrenum est omne quod sentiunt, et dum plus inde conantur minus est quod appetunt. De quibus per Ieremiam dicitur: Recedentes a te in terra scribentur. At contra discipulis dicitur: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. Ista contritio prius serpit in mente ut postmodum procedat in opere. Prius fundamenta reparationis concutit ut postmodum fabricam operationis allidat. Unde summa est cura sollicitudinis ut illic vitetur ubi oritur. Unde scriptum namque est: Omni custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit. Et rursum scriptum est: Ex corde exeunt cogitationes male. Intus ergo vigilandum est, ne mens dum extollitur cadat intus fuerit omne quod foris agitur. Si enim semel medullam cordis elationis putredo conspersit, cito corruit cortex vacua exterius visionis. Nondum vero est quia dum alii cadentes ad studium alii solidari prohibentur, electorum numerus tamen ac finitus ostenditur. Unde etiam Philadelphie ecclesie per angelum dicit: Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Hac ergo summa qua nutrimur aliorum erigi, aliorum autem vitam bona confringi, et spes nutritur humilium et elatio premitur superborum, dum et illi possunt bona amittere de quibus superbiunt, et ista etiam percipere quia non habebant contendunt. Formidemus igitur in his que accepimus, nec eos qui nec dum illa assecuti sunt despiciamus. Quid enim simus hodie novimus, quid autem post paululum ~~paululum~~ possimus esse nescimus. Hii vero quos fortasse despicimus et tarde prius incipere, et tamen vita nostra fructioribus studiis antire. Timendum itaque ne nobis cadentibus surgat, qui a nobis stantibus videtur quamvis stare iam non noverit, qui non stante noverit irridebunt autem superiorum iudicio

Marginalia: Ier 17; Luc 10; 9; Pro 4; Mt 15; Apoc 3; ar 3; 3; ps 16; Ier 6; Status meus incertus est

Fo 10

A

meritum paulus apostolus discipulorum
cordibus incuciens ait, Qui
se existimat stare videat ne
cadat. Quod autem dicit, Conteret multos 7
multos. illico adiungit. et innumerabi
les. vel multitudine exprimere
studuit reproborum. que humane
racionis numerum transit. Vel certe indi
care voluit quod omnes qui pereunt
intra electorum numerum non habentur
ut eo sint innumerabiles quo ex
numero cadunt. Unde propheta intuens
tpe tantos hic ecclesie presencium credere
quantos numerum certum est electorum
numerum summamque transire ait, Mul
tiplicati sunt super numerum. Ac si
diceret. Multis eciam credentibus
etiam hiis ad fidem penetrantibus
venerunt. qui a regno celesti
excluduntur quia electorum summam
suam videlicet multiplicati transeunt. Et per
Jeremiam prophetam dicitur. Edificabitur
civitas domino a turre ananeel
usque ad portam anguli. Edificium
prohibetur. Quia sancta ecclesia celsitudine
superne gracie inchoans usque ad
susceptionem infirmitatis construitur
utrorumque peccatorum inclinata videlicet
exigentibus. Sed quia in ea creste
te multitudine eciam reprobi col
liguntur. Apte quoque dicitur, Et exibit
ultra norma mensure. Quia
usque ad eos quoque extenditur
qui norma iusticie transeuntes
intra mensure celestis numeri
non sunt. Unde per ysaiam quoque eidem
ecclesie dicitur. Ad dexteram enim et levam
dilataberis. et semen tuum gentes
hereditabit. Inventa quippe mul
titudine generum ad dexteram ex
tenditur. dum quosdam iustificandos
dos suscipit. Ad levam quoque dilata
tur dum ad se quosdam eciam iniquos
perversos admittit. Post hanc
multitudinem que extra electorum
numerum iacet innumeros dominus dicit
Multi sunt vocati pauci vero electi
Sed quia hoc quod electis alii aliis
coterunt de merito pacientis est
non de iusticie punientis. Neque enim
iniquus deus qui infert iram

31

It et explicit ultra normam mensure / civitatem quippe ecclesie dicitur sanctam / celum ultima ignorat. / Ananeel vero dei gracia interpretatur. In angulo autem duplex paries iungitur. / Anguli ergo dominus a turre Ananeel.

Ysai lx

Mt 20

V.9

apte subiungitur. Novit enim opera eorum
et ideo inducit noctem et conterentur
Sciendum summopere est quod iniquus B
quisque duobus modis in nocte conteritur
Vel cum exterioris iudicii tribulatione
percutitur. vel cum occulta sua cecitate interi
In nocte conteritur cum extremo iudi-
cio medii lumine inperpetuum amittit.
Unde scriptum est, ligate ei manus et Mt
pedes et mittite eum in tenebras ex 22
teriores. Tunc enim coactus in tenebras
exteriores mittitur. quia nunc in interioribus
voluntarie excecatur. Rursum in nocte in
ique conteritur. cum peccatorum precedencium con
fusione depressus, vitalis lumine non
invenit. et quid deinceps agere
debeat non agnoscit. Omne quippe
a causa peccatum quod tamen citius penitendo non
peti tergitur, aut peccatum est et pena peccati
aut ~~aut causa peccati aut pena~~ Peccatum
petm namque quod pena non diluit ipso suo
pondere ad aliud trahit. Unde fit ut
non solum peccatum sit. sed peccatum et causa
peccati. Ex illo quippe vicio culpa sub
sequens oritur. ex quo cecata mens ducitur
ut peius ad aliud ligetur. sed peccatum
quod ex peccato oritur non iam peccatum
tantum sed peccatum est et pena peccati. Quia
iusto iudicio operis deus cor peccantis
obnubilat ut precedentis peccati merito
eciam in aliis cadat. Qui enim libenter
recte nolunt deserendo percussit, non
ergo in merito pena peccati dicitur quod iuste
desuper incognita cecitate ex precedent-
ti peccati ulcione provenit, quod videlicet gene-
ris dispositione superius ordinatum, sed
inferius iniquitate confusum. Ut et prece-
dens culpa sit causa subsequentis.
Et rursum culpa subsequens sit pena
precedentis. Quod bene in infidelibus et hu
bris paulus quasi quoddam semen
erroris aperuit cum diceret, Qui
cum cognovissent deum, non sicut deum
glorificaverunt. aut gracias egerunt, sed evanu
erunt in cogitacionibus suis. Sed quid
ex huius erroris semine pullulavit
illico adiunxit dicens, Propter quod
tradidit illos deus in desideria cordium
eorum et inmundicia ut contumeliis
afficiant corpora sua in semetipsis

Fo. 1

Peccatum { Peccatum / causa peccati / pena peccati

Quia enim cognoscentes deum peccatum
superbie intelligendo commiserunt ce-
cantur etiam ne intelligant quod
committunt. Et qui intelligentiam suam
noluit sequi in peccato et causa peccati
ipsum lumen intelligentie perdunt
in peccato et pena peccati. Potest ergo
peccati initium peccatorum subsequentium penam
sonet. ut qui malum sciens sup-
erat deinceps iuste et aliis etiam
nesciens cadat. Hoc quippe agitur
ut culpis culpa feriatur. quatinus sup-
plicia peccantium fiant ipsa incremen-
ta viciorum. Nam quia omnipotens deus
ad penitentiam temporis indulget quod
tamen humana malicia adversum se
retorquet. in iniquitate nimirum iusto
iudicio augeri culpa permittitur. ut
ad feriendum alios semper cumuletur.
Hinc enim rursum de iudeis paulus
apostolus dicit. ut impleant peccata sua
semper. Hinc voce angeli ad Iohannem
dicitur. Qui nocet noceat adhuc. et
qui in sordibus est sordescat adhuc.
Hinc David dicit. Appone iniquitatem
super iniquitatem eorum et non intrent
in tuam iusticiam. Hinc rursum de domino
ab eodem propheta dicitur. In missiones
per angelos malos viam fecit semite
ire sue. Cor quippe deus prioribus
meritis aggravatum iuste permittit
etiam subsequentibus malignorum spirituum
persuasionibus falli. quod dum digne
in culpa trahitur reatus eius ipse
cumulatur. Viam et ire sue deus viam
desemitam fecisse perhibetur. Latior
est enim via quam semita. Ex semita
vero ire sue viam facere est ire cau-
sas districte iudicando dilatare.
ut qui illuminati agere recte nolu-
erunt. iuste cecati adhuc faciant
unde amplius puniri mereantur. Hinc
per Moysen dicitur. Needum completa sunt
peccata amorreorum. Hinc per eundem
Moysen dicit dominus. Ex vinea
sodomorum vitis eorum et propago eorum
ex gomorra. Uva eorum uva fellis
et botrus amaritudinis ipsis. Furor
draconum vinum eorum et furor aspi-
dum insanabilis. Nonne hec congre-
gata sunt apud me et signata
in thesauris meis. In die ulcionis
reddam eis. Qui multa eorum
mala narravit eis. et tamen
illico adiunxit. Tempore quo labatur
fuit pes eorum. Hic atrocissima
facinora eorum describuntur et tamen
adhuc eis dicitur adhuc subsequente
lapsus aperitur. quo eorum culpe
cumulentur. Sunt iam quidam unde
feriri mereantur. sed sustinentur suppli-
cia adhuc peccatum crescere ut per-
cantes possit atrocior pena
cruciare. Iam meretur supplicium pecti et causa
peccati. sed expectatur adhuc ut
augmentum supplicii obroget pec-
catum. et pena peccati. Plerumque
unum idemque peccatum et pena est et peccati
et causa peccati. Quod melius
ostendimus si res ipsas ad medium
deducamus. Effrenata enim ven-
tris ingluvies in fervore luxurie
plenitudine carnis instigat. perpetrata
autem luxuria sepe aut
periurio vel homicidio tegitur. ne hu-
manarum legum ulcione puniatur.
Ponamus ergo ante oculos quod
quidam voracitatis sibi frena la-
xavit. qui a voracitate superatus
adulterii facinus admisit. deprehensus
autem in adulterio latenter
virum adultere ne ad iudicium
traheretur occidit. Hoc itaque ad
ulterium inter voracitatem et homici-
dium positum. de illa videlicet nascitur
hoc generatur peccatum pena est
et causa peccati. Peccatum profecto est
per semetipsum. pena vero peccati est. quia
culpam voracitatis auxit. causa
autem peccati est. quia subsequens
etiam homicidium genuit. Unum ergo idemque
peccatum est et pena precedentis. et causa
culpe subsequentis. quia et transacta
exaggerat. et adhuc sequentia
que dampnari debeat seminat.
Igitur quia peccatis precedentibus cecantur
oculus cordis. ipsa cecitas que
peccaverunt animam. et cunctae culpe
dampnationem confundit. Mito nos
vocat. quia per hanc oculis debi-
quietis lumine virtutis abscondit.

Bene itaque dicitur. Novit opera eorum
et ideo inducet noctem et conterentur.
Quia ut sepe dictum est predictum
minorum mala fiunt ut ad peccandum
eciam in tenebris subsequentibus
involvantur. ut eo iam lumine
iusticie videre non possint quo id
et qui potuerunt videre noluerunt.
Inducere autem noctem dominus dicitur.
non quod ipse tenebris inferat. sed
quod ob scuritati corda peccancium misericordie
non illustret. ut hoc
ipsum nocte peccasse sit. accepto
tenebris labare noluisse. Bene sequitur.
Quasi impios percussit eos in
loco videncium. In scriptura sacra
quasi aliquando veritate ponitur et
aliquando similitudine. Pro similitudine
quasi ponitur sicut apostolus dicit. Quasi
tristes semper autem gaudentes. Pro
veritate autem ponitur sicut iohannes
Jo 1 ait. Vidimus gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre. Hoc autem loco
nichil differt. utrum pro similitudine
an pro veritate sit positum. quia quolibet
dicitur ordine. aperte priorum malorum
vita signatur. Impios vero
scriptura sacra proprie infideles
appellat. Hac namque distinctione
peccatores ab impiis distinguntur
quia omnis impius sit peccator.
non tamen omnis peccator est impius.
Peccator enim dicitur eciam qui pius est
fide. Unde Johannes ait. Si dixerimus
I Jo 1 quia peccatum non habemus ipsi nos
seducimus. Impius vero proprie dicitur
qui a religionis pietate separatur.
De talibus enim propheta ait. Non resurgunt
impii in iudicio. Locus
autem videncium sancta eciam vocatur.
In ipsa enim revera consistit. ut lumen
veri quod deus est videatur.
Unde ad moysen dicitur. Est locus penes
Exo 33 me. et stabis super petram
cum transiet maiestas mea. Et
post pauculum. Auferam manum
meam et videbis posteriora mea.
Per locum quippe ecclesia. per petram dominus
per moysen vero multitudo et plebs
israhelitice figuratur. que dominum
in terra predicante non credidit. Ipsa
ergo in petra stetit terga domini
transeuntis aspiciens. Quia videlicet
post passionem ascensionemque dominicam
in terra eciam deducta fidem christi
percipere meruit. et cuius presenciam non
vidit. eius posteriora cognovit.
Dicatur ergo de hiis quos iuxta sanctam
eciam dominica ulcio invenit in
iniquitatibus perdurantes. Dicatur de hiis
quorum vitam paulus apostolus notat
1 thy 1 Qui confitentur se nosse deum. factis
autem negant. quasi impios percussit eos
in loco videncium. Ibi quippe stabant
ubi deum videre videbatur. ibi tenebras
dilexerunt. ubi lumine virtutis
aspiciunt. Et quamvis apertos habuerint oculos
in fide. tenuerunt tamen eos clausos
in opere. Unde bene de iudea dicitur.
ys Speculatores eius ceci. quia videre
56 licet non videbat opere quod professione
cernebat. Unde eciam de balaam scriptum est.
Num Qui cadens apertos habebat oculos. Ca-
22 dens quippe in opere. apertos oculos habuit
in contemplacione. Ista ergo eciam oculos
apertos gerentes in fide. et non videntes
in opere. in terra sancta eciam
positi prava spe. extra eciam in veritati
sunt impia conversacione. De quibus
Ecc 8 bene alias scriptum est. Vidi impios
sepultos qui eciam dum viverent in
loco sancto erant. et laudabantur in civitate
quasi iustorum opera fecissent. Multos
enim peste superbie inflatos. obsessos. sed
christiani nominis professores ipsa tranquillitas
ecclesiastice pacis abscondit. quos tamen
si levis persecucionis aura pulsaverit
mox extra aream velut paleas
tollit. Quod vero ideo christianitatis
vocacione signatur quia christi nomine
sub lumine exaltato. pene omnes
iam fideles videri aspiciunt. Et pro eo
quod hoc vocari alios cernunt ipsi
non videri fideles erubescunt. sed
esse negligunt quod dici gloriantur. Hec
enim utuntur in tempore adeo res sumunt
visionis exterius quamplurime supremum
iudicem iudicii conscientie in infidelitate
consistunt. an humanos oculos pro
fessione sua exteriorius palliantur
Non multi autem fidem medullitus

tenent, sed vivere fideliter nullatenus timent.
Insecuti enim morbo quodam credulitatis
veniunt, quibus divino iudicio se-
pe contingit, ut per hoc quod nequiter
vivunt, et illud perdant quod salubriter
credunt. Incessanter namque se pravis
actionibus polluunt, et super hec vindictam
iusti iudicii retribui posse diffidunt.
Et sepe cum bene vivere negligunt,
etiam presentem nullo usque ad perfidiam
dilabuntur. Nam qui imminere districtum
iudicium non credunt, qui inulte se
peccare suspicantur, quo pacto vel ec-
clesie dici possunt fideles? Fidem quippe
perdidisse est, in correctis malis operibus
digna supplicia reddi posse non
credere. Quia ergo digna fidei opera
servare contempnunt, etiam fidem perdunt
quam tenere videbantur. Super quos bene
per prophetam sub Babilonis specie in minorum
destructionem verba incorrunt, a quibus
scilicet dicitur: Exinanite, exinanite
usque ad fundamentum in ea. Paulus quoque
ait: Fundamentum nemo aliud potest
ponere preter id quod positum est, quod
est Christus Ihesus. Inimici ergo de-
struentes usque ad fundamentum mentem
exinaniunt, cum prius de corde
fidelium destructo prius edificio boni
operis soliditatem quoque exhauriunt
religionis. Sicut enim fundamentum
fabrica, sic super fidem opera constru-
untur. Usque ad fundamentum ergo exina-
nisse est, cum post bene vivendi opere
etiam robur fidei dissipasse. Hinc
eandem per Ieremiam dicitur: Filii quoque
Memphis et Taphnis constupra-
verunt te usque ad verticem. Usque ad
verticem quippe constuprari est post
male operationis usum etiam in ipsa
fidei sublimitate corrumpi. Cum enim
nequissimi spiritus unumquemque quamvis
in pravis operibus involvunt, sed in-
tegritatem fidei violare non possunt,
quasi adhuc inferiora membra pollu-
unt, sed ad verticem non pertingunt. Quos
quis autem in fide corrumpitur, iam usque ad
verticem constupratur. Maligni enim
spiritus quasi ab inferioribus membris
usque ad summa pertingunt, cum actiones

vitam polluentes cunctam celsitudinem
fidei diffidentie morbo corrumpunt.
Quia igitur cuncta hec humanis
oculis abscondita sunt, sed divinis
obtutibus patent, et multi in hac
domo fidei moriuntur, dicitur recte:
Quasi impios percussit eos in
loco videntium. Pios enim se in
ecclesia hominibus ostendunt, sed quia
divina iudicia latere non possunt,
quasi impii feriuntur. Quibus hoc
magis ad supplicii cumulum crescit,
quod universorum in ecclesia fidelium
admixtus unitate fidei sciendo
contempnunt. Atque eo gravior ultio sequitur,
quo expectatorum etiam bene vivendi
eos consilia comitantur. Qui enim eis
nomen ac fideles fratres ostendunt,
tot inveniunt iudicio testibus
inpugnant. Sciunt ergo quid sequi
negligunt, bene et apte subiungitur:

**Qui quasi de industria recesserunt
ab eo.** xiii

Scimus quippe est quod peccatum
tribus modis admittitur. Nam
aut ignorantia, aut infirmitate,
aut studio perpetratur. Gravius quidem
infirmitate quam ignorantia, sed
multo gravius studio quam infirmitate
peccatur. Ignorantia Paulus pecca-
verat cum dicebat: Qui prius
fui blasphemus et persecutor et
contumeliosus, sed misericordiam consecu-
tus sum, quia ignorans feci in in-
credulitate. Petrus vero infir-
mitate peccavit, qui omne id
robur fidei quod dudum prohibuit,
una vox puelle concussit, et dum
quod corde tenuit, voce dene-
gavit. Sed quia infirmitatis
culpa vel ignorantie eo facilius
tergitur, quo non studio perpetratur, Pa-
ulus que ignoravit sciendo
correxit, et Petrus motum et
quasi arescentem iam radicem fidei
lacrimis rigando solidavit. Ex
industria vero peccaverunt hi de quibus
ipse magister dicebat: Si non ve-
nissem et locutus eis fuissem, pec-
catum non haberent. Nunc autem ex-
cusationem non habent de peccato suo.
Et paulo post: Et viderunt et

Marginal notes: frac fide; Cor 3; Ier 2; 1 thi 1; cyt 26; luc 21; Io. 18

Peccatum 3: Ignorantia / Infirmitate / Studio

Liber

odiunt me et prophetam meum. Aliud
est enim bona non facere. aliud bo-
norum odisse doctorem, sicut aliud
est precipitatione. aliud deliberatione
peccare. Sepe enim peccatum precipita-
tione committitur. quod tamen consilio
et deliberatione dampnatur. Ex in-
firmitate plerumque solet accidere
amare bonum sed implere non posse.
Ex studio vero peccare est bonum non
facere nec amare. Sicut enim non-
numquam gravius est peccatum diligere quam
patrare, ita nequius est odisse
iusticiam quam non fecisse. Sunt ergo
non nulli in ecclesia qui non solum
bona non faciunt, sed etiam persequuntur,
et que ipsi negligunt etiam in
aliis detestantur. Horum peccatum scilicet
non ex infirmitate vel ignorantia,
sed ex solo studio perpetratur. Quia
videlicet si vellent implere bona
nec tamen possent ea que ipsi
negligunt saltem in aliis amarent.
Si enim ea ipsi vel suo voto appe-
terent, facta ab aliis non odissent.
|| bona — Sed quia "eadem audiendo non
cognoscunt. vivendo despiciunt,
animadvertendo persequuntur. Recte dicitur
Qui quasi de industria recesserunt
ab eo. Unde et apte subiungitur. Et
omnes vias eius intelligere noluerunt.
Non enim ait. In firmitate non intel-
ligunt. sed intelligere noluerunt. Et se-
pe que faciunt. etiam scire contemp-
h — nunt. Quia enim scriptum est. Servus
nesciens voluntatem domini sui et non
Luc 12 — faciens condigna plagis vapu-
labit paucis. Et servus sciens vo-
luntatem domini sui et non faciens
eam vapulabit multis. Inpu-
nitate peccandi existimant reme-
dium nesciendi. Qui nimirum so-
la superbie caligine tenebrescunt
atque ignorare non distinguunt quia aliud
est nescisse. aliud scire noluisse.
|| enim — Nescire ignorantia est. Scire autem
noluisse superbia. Et tanto magis
excusationem non possunt habere quo nesci-
unt. quanto magis eis etiam

pu 8

nolentibus opponitur quod cognoscant.
Unde per Salomonem dicitur. Numquid non sapientia
clamitat et prudentia dat vocem suam
in summis excelsisque verticibus super viam
in mediis semitis stans. Transire
fortasse poteramus vite temporalis cum eius
ignorantia potuimus. si hec eadem sa-
pientia in semitis angulis constituta
investiganda fieret. si occulta esse
voluisset. Sed postquam in carnationis
sue iusticia publice ostendit. postquam
humilitatis exempla superbientibus prebuit.
semitam nobis quam in semitibus in me-
diis semitis fixit. ut videlicet eam si
querere nolumus impingimus. et quia
transeuntes inde negligimus. tangimus
offendentes. Dicitur itaque. Omnes vias
eius intelligere noluerunt. Via quippe
est in carnale sapientie omnis actio
quam temporaliter gessit. Vie eius sunt vivendi
ordines. quos ad se venientibus
stravit. Tot itaque ad se venientibus
vias prebuit. quot bene vivendo exem-
pla monstravit. Humilitatis eius vias propheta
aspexerat. cum suspirans diceret
In mandatis tuis exercebor et conside-
rabo vias tuas. Hinc rursum de
uno quoque iusto dicitur qui curat ut
per divina exempla concordet. A domino
gressus hominis diriguntur. et viam eius cu-
piet nimis. Quia ergo superbi
quique humilitatis divine facta contemp-
nunt. Recte dicitur. Vias eius intelligere
noluerunt. Que enim iste visione despecte
sunt. sed in tellectu venerande. Aliud
quippe in eis est quod cernitur. aliud quod
expectatur. Quid enim inhabitat vita "quam — al
derisionis sputa ludibria mortemque
in tuentium oculis ostendit. Sed per hec in
summa transitur ad summa. per hec decora
que prediximus etiam nobis et gloriosa pol-
licentur. Viderunt ergo superbi vias
dei. sed intelligere noluerunt. quia tunc
abiecta que in se ille ostendit despe-
cerunt. perdiderunt isti sublimia que
permittuntur. Vias itaque dei intellige-
re est et humilitatis transitoria tollerare. et
perseveranter expectare maxima ut
exemplo domino etiam concedatur gloria
pre... temporalibus comparata in eo quod

probris

hic quisque tolerat sed in id quod exspec
tat intendat. Ad hec ergo superbi
clausos oculos tenuerunt. quia dum
in gloria presentis vite superbiunt humili[tatis]
domini celsitudinem non viderunt.
Lumen enim intelligentie humilitas
aperit. superbia abscondit. nam secretum
quoddam pietatis est. et tanto minus
ad illud animus pervenit quanto
magis intumescit. quia et eo ipso
foras repellitur quo in semetipso inflatur
xliii Deinde sequitur. Ut pervenire facerent ad
eum clamorem egeni. et audiret clamorem
vocem pauperum. Cum enim isti super
biunt clamant ad dominum hii quos ipsi
superbientes opprimunt. Vel certe iccirco
dicitur quod ad deum fecerunt clamorem
pauperum pervenire. quia istis cade
tibus in eorum loco pauperes ac spiritu
humiles subrogantur. Et quia hostium eorum
casu factum est. ipsi fecisse referuntur
eo videlicet locutionis genere quo pungere
cynthia dicimus. quia pungitur exsilit
Vel certe quia cuncta que superius sunt dicta
referri etiam ad rectores ecclesiasticos pos[sunt]
negotiis [illegible] apte subiungitur
Ut pervenire facerent ad eum clamorem
egeni. et audiret vocem pauperum.
Quia nimirum dum ipsi curis secularibus
occupati predicationis officium deserunt
gregem subditum in querelam prorumpere
compellunt clamore. ut quasi iure
unusquisque subiectus deneget facti
pastoris in murmuret cur teneat magisterii
locum. qui non exercet officium. quam
vis fortasse melius per timorem
potentium superbia inde eorum. et per clamorem
pauperum desideria generum
figurantur. Sicut attestante veritate
per epulantem splendide diuitem iudaic[us]
ecclesie populus designatur. typum sollic[itudinis]
legis non ad necessitatem salutis sed
ad pompam elationis assumens. atque
in preceptorum verbis non semetipsum
ordinate reficiens. sed iactantie ornatum
et per ulceratum lazarum qui inspirat[ur]
ad ianuas fornicationis populus gentilis ex
primitur qui diuino adiutorio tanto
magis eget quanto minus desperatus vit[iis]

facultate confidit. quem pauperem et plenum
ulceribus esse describitur quia genti
litas corde humilis peccatorum suorum aperit
confessiones. Nam sicut in corpore hu[man]o
ab intus trahitur virus in cute. ita
in confessione peccati. Dum in publi
cum secreta pandit quasi mala
humores a visceribus in tumis fo
ras prorumpit. Illis ergo peccan
tibus pauperum clamor auditur
quia dum iudei contra deum
superbiunt ad deum vota gentilium
perveniunt. Sed et mox hec ipsa
in mensa ac pensanda iudicia per
horrescens non ea cunctatione
distinguit. ad inuitatione veniam atque
ait. Ipso enim concedente pacem
quis est qui condempnet. Et ex
quo absconderit vultum suum quis
est qui contempletur eum. Nemo ergo
distinguat cur stante iudaico populo
diu in infidelitate gentilitas ia
cuit. Et cur ad fidelitatem gentilitate
surgente iudaycus populus in fidelitatis
culpa persistit. Nemo distinguat cur
alius trahitur ex dono. alius repel
litur ex merito. Si enim gentilitate
nimirum assumpta. ipso concedente pacem
quis est qui condempnet. Si in
deum ob stupescentis perditum ex
quo absconderit vultum suum quis
est qui contempletur eum. Itaque consilium
summe et occulte iustitie satisfactio
sit apte rationis. Unde in evangelio dominus
cum de huiusmodi rei causa loqueretur ait.
Confiteor tibi pater domine celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus et revelasti ea par
vulis ita pater. Atque mox tamquam
rationem quandam absconsionis et re
velationis adiungens ait. Quia
sic fuit placitum ante te. Quibus
nimirum verbis exempla humilitatis ac
cipimus ne temere discutere superna
consilia de aliorum vocatione. aliorum
vero repulsione presumamus. Cum xv f
enim intulisset utrumque non mox
rationem reddidit. sed sic deum placi
tum dixit. hoc videlicet ostendens quia
iniustum esse non potest quod placuit
iusto. Unde et in vinea mercede

Mt. 11. Confiteor

Inscrutabile est
iudicium dei
per [illegible]
[illegible]
[illegible]

Aug. 6. de trin. · Voluntas dei prima et summa est causa omnium corporalium spiritualium quam motionum.

laborantibus reddens cum quosdam
operarios inequales in opere exiret
in primo et plus denarium quereret
qui labori amplius insudasset
Mt 20 ait. Nonne ex denario convenisti
mecum. Volo autem et huic novissimo
dare sicut et tibi. Aut non licet
mihi quod volo facere. Iniusticias ergo
quae exterius disponit, aperta
causa rationis occulte iusticiae
voluntatis. Dicitur itaque: Ipso enim
concedente pacem, quis est qui
condempnet. et ex quo absconderit
vultum suum quis est qui contem-
pletur eum. Et quia sic minima sicut
maxima sicut singula sicut iudicat
sicut cuncta, apte subiungitur:
Et super gentem et super omnes
homines. Ac si aperte admoneat dicen-
de. quia hoc iudicium quod super
unam gentem describitur, cotidie super
omnes invisibili examinatione
celebratur, ut alius repellatur,
alius eligatur occulte, sed nullus
iniuste. Hoc ergo quod in maximis
fieri cernimus, etiam in nobis singu-
lis contestemur. Sic enim in-
tendit divina iudicia super
unam animam sicut super unam
urbem, sic super unam gentem, sic
super universum genus humanum intendit.
quia et sic intendit sub singu-
lis, ac si vacet a cunctis, et sic se
intendit omnibus, ac si vacet
a singulis. Cum enim omnia ad-
ministrando implet, regit implendo.
nec unius deest cum disponit uni-
versa, nec uni deest cum disponit universa
cuncta, solus ille sine potentia cetera
operatur. Quid ergo mirum quia
non angustatur intentus, qui operatur
quietus. Dicitur itaque quia subtile q2
iudicium exercet et super gentem et super
omnes homines. Quia igitur de
specie tunc sumitur ad genus, nunc
de genere se convertit ad speciem. et quid
inde ea ipse intentus ostendit dicens:
Qui regnare facit hominem ypocritam
propter peccata populi. Nemo namque
regem super se inde regnare

Voluntas divina est omnium causa.

Inun

Urbe sicut super unam, sicut super universum genus

Si alius venerit in nomine suo illum accipietis.

noluit, et ideo exigentibus meritis
ypocritam accipit, sicut ipsa quoque
veritas in evangelio dicit: Ego veni in Io
nomine patris mei et non accepistis
me. Et sicut Paulus ait: Pro eo quod 2 Th
caritatem veritatis non receperunt ut
salvi fierent, ideo mittit eos deus 2
operationem erroris ut credant mendacio.
In eo quod dicitur: Qui regnare facit hominem Jb
ypocritam propter peccata populi, potest ipsum
omnium ypocritarum caput antichristus
designari. Seductor ille tunc sanctitatem
simulat ut ad iniquitatem trahat.
Sed propter peccata populi regnare permittitur,
quia nimirum tunc ipsi sub illius regi-
mine praeordinantur qui dignum eius
dominio cum se facta praestruunt, qui pravis
sub sequentibus exigunt ut sub illo
iudicio praecurrentibus disponatur.
Qui ergo nunc ante ipsius tempora regit
non est ex mystico iudicio, sed
ex culpa patientium, quamvis plerique
et principatum eius non videant, tamen
eius principatum pravorum suorum condi-
tione percipiunt. Quia et quae dicturi
tem verbo despiciunt, ut Paulus
prius de viae veniant. An non eius
membra sunt qui professionem sanctitatis
speciem tenent, dum appetunt videri
quod non sunt. Ille namque sanctitatis ypo-
crisim sumet, quia cum sit dampna-
tus homo, et nequam spiritus, deum
se esse simulat. Sed procul dubio ex
eius nunc corpore pendent qui iniqui-
tates suas sub tegmine sacri honoris
abscondunt, ut professione videri appe-
tunt quod esse operibus recusant. Unde Io
enim scriptum est: Omnis qui facit pec- 8
catum servus est peccati. Quanto nunc li-
berius peragunt prava quae volunt,
tanto eius dominio obnoxius obli-
gantur. Minime igitur qui tale rectorem
patitur, eum quem patitur accuset, quia
nimirum sui fuit culpa perversi rectoris
subiacebit dicioni. Culpam igitur
propriam magis accuset operis quam
iniusticiam gubernantis. Scriptum namque
est: Dabo tibi reges in furore meo. xiij
Quid ergo nobis illos preesse despi-
cimus, quorum super nos regimina ex

Ozee ultimo

dominum furore suscipimus. Si igitur irascente deo secundum merita nostra rectores accipimus, in illorum actione colligimus quid ex nostra actione pensemus. Quamvis plerumque et electi subiaceant reprobis. Unde et dum David Saulem pertulit,
ij 11 sed subsequente culpa adulterii proditur quia dignus tunc fuit qui tanta propositi asperitate premeretur. Sic ergo secundum merita subditorum tribuuntur persone regentium. Ut sepe qui videtur boni, accepto mox regimine permutetur. Sicut scriptura sacra de eodem Saule insinuat quia cor cum dignitate mutavit. Unde scriptum est: Cum esses
ij 17 parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel. Sic pro qualitate subditorum disponuntur acta regencium, ut sepe pro mali gregis culpa etiam vere boni delinquat vita pastoris. Ille enim deo attestante laudatus, ille superiorum misteriorum conscius David propheta tumore repentine elationis inflatus populum numerando peccavit, et tamen vindictam populus David peccante suscepit. Cur hoc? quia videlicet secundum merita plebium disponuntur corda rectorum. Iustus vero iudex peccantis vitium ex eorum dampnatione corripuit ex quorum causa peccaverat. Sed quia ipse sua [illegible] voluntate superbiens a culpa alienus non fuit, vindictam culpe etiam ipse suscepit. Nam ira seviens que corporaliter populum perculit, rectorem populi intimo cordis dolore prostravit. Certum vero est quod ita sibi invicem et rectorum merita connectuntur et plebium, ut sepe ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, et sepe ex merito plebium mutetur vita pastorum. Sed quia rectores habent iudicem suum, magna cautela subditorum est non temere presumat iudicare vitam regentium. Neque enim frustra per semetipsum dominus mensas nummulariorum fudit, kathedras vendentium columbas evertit, nimirum significans quia per magistros quidem vitium iudicat

plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Quamvis etiam subditorum vitia, que a magistris modo vel dissimulantur, iudicari, ut negligunt eius procul dubio iudicio reprehenduntur. Igitur dum salva fide res agitur, virtutis meriti quicquid prioris est toleratur. De quibus tamen humiliter suggeri si fortasse valeat quod displicet emendari. Sed curandum summopere est ne in superbiam transeat iustitie et ordinata defensio, ne dum rectitudo incaute diligitur ipsa magistra rectitudinis humilitas amittatur, ne eum preesse sibi quispiam despiciat, quem fortasse contingit ut in aliqua actione reprehendat. Contra quem tumorem superbie subditorum mens ad custodiam humilitatis edomatur, si infirmitas propria incessanter attendatur. Nam vires nostras veraciter examinare negligimus, si nostra acta fortiora credimus. Idcirco eos qui nobis prelati sunt districte iudicamus, quo nosmetipsos minime agnoscimus; eo illos quos reprehendere nitimur plus videmus. Sic autem communia mala sunt que sepe a subditis in prelatos, sepe a prelatis in subditos committuntur, quia et omnes subditos hii qui presunt minus quam ipsi sunt sapientes arbitrantur. Rursum qui subiecti sunt rectorum suorum actiones iudicant, et si ipsos regiminis curam habere contigit se potuisse agere melius putant. Unde plerumque fit ut rectores possint minus ea que agenda sunt videant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat. Et non numquam is qui subiectus est, hoc cum prelatus fuit faciat quod dudum fieri subiectus arguebat. Et pro eo quod illa que iudicaverat perpetrat, saltem quia iudicaverat erubescat. Igitur sic prelatis curandum est ne eorum corda elatione singularis potestatis locus superior extollat, ita subiectis providendum est ne sibi rectorum facta displi-

· cap. 21 ·

Rectorum et plebium merita connectuntur.

ceant. Si quando minorum vita iure
reprehenditur, oportet ut eos sub
diti etiam cum displicet venerentur.
Sed hoc est solerter intuendum
ne aut que venerari necesse est
imitari appetatis. Aut que imi
tari despicitis venerari contempnatis.
xviii c Subtilis etenim valde tenenda est
rectitudinis et humilitatis ut sic re
prehensibilia minorum facta displi
ceant, quatenus subditorum mens a
servanda magistri reverentia non
recedat. Quod bene de ebriato Noe
Ge. 9 ''nudata exprimitur, cuius ''verenda boni filii
aversi veniendo texerunt. Aversi
dicimur quod reprobamus. Quid est
''verenda ergo quod filii ''patris superiecto dorsis
pallio aversi venientes operiunt
nisi quod sic bonis subditis prepo
sitorum suorum mala displiceant, ut
tamen hec ab aliis occultent? Co
opertum aversi deferunt, quia
indicantes sententiam et deferentes ma
gisterium nolunt ~~volunt~~ videre quod
tegunt. Sunt vero nonnulli qui si
parum quid despicabili conspiciunt
inchoant. cum rectores suos tempora
lia agere et terrena considerant mox
Ar. divine superne dispositionis accusant
quod nequaquam bene ad regendum
prelati sunt. per quos tam iusticiam
in fine exempla monstrant. Sed
hii nimirum dum ... se rectorum
''temperare suorum reprehensione negligunt
culpe sue exigentibus meritis
usque ad reprehensionem conditoris
excedunt. Tunc profecto dispensatio
inde ab humilibus rectior agnoscitur
unde ab elatis non recte iudicatur.
Quia enim potestas regiminis mi
nistrari non potest sine studio cure
temporalis, aliquando omnipotens deus mira
dispensatione pietatis agit
ut tenere spiritualium mentes a terrena
cura dissolute sint. Omnes regi
minis duris ac laboriosis
cordibus committit, ut tanto illi ab
hoc mundo securius lateant, quanto
hii in terrenis sollicitudinibus



libentius elaborant. In exhibitione quippe
suscepti oneris pro his quod militan
tibus subditorum dure ne sint nunc
dampna sentiunt. Et sepe ut dictum est
minores deus quos suos tenere di
ligit, eos placite ab exterius ac
curis abscondit. Nam et plerumque G.
quod prefulsit adversum laborem suos
dignitatem subtiles filios suspendit
et inde filii sine vexatione deridet?
unum servit et impulsive sedent. Quod
quam recte in ecclesia et diuturnus agitur
ipsa tabernaculi constructione signatur.
Ad Moysen quippe divina voce pre
Exo 26 cipitur, ut ad tegendum intus sancta sanctorum
ex bysso cocco atque iacincto vela te
xantur. Iussumque est ut ad protegen
dum tabernaculum vela cilicina et
pelles extenderet, que nimirum plu
vias vel ventos vel pulverem to
lerarent. Quid ~~est~~ ergo pelles
et cilicia quibus tabernaculum tegitur
nisi grossioris hominum mentes accipi
mus qui aliquando in ecclesia occulto dei iudicio
quamvis dure sunt preferuntur, quod
summe curis temporalibus non timent. Cor
ut tempestatum ventos et pluvias
desursum mundi contrarietatibus portet.
Quid vero per coctum bissum
quod signatur nisi sanctorum vita tenera sed
clara, que dum caute in tabernaculo
sub ciliciis pellibus absconditur
sua integra pulchritudo servatur?
Ut enim interiora tabernaculi bissus
fulgeat, coccus choruscet, iacinctus
ceruleo colore resplendeat, desuper
pelles et cilicia imbres ventos
et pulverem portant. Qui igitur magis
virtutibus in structe ecclesie sunt pro
ficiunt, prepositorum suorum vita despicere
non debent, cum vacare eos rebus
exterioribus vident, quia hoc quod
ipsi secure intima penetrant ex
eorum adiuvamento est qui contra
procellas huius seculi elaborant extra.
Quia enim candorem suum quomodo tenet
si byssum pluvia tangeret? aut quid
fulgoris atque claritatis coccus vel iacinctus
ostenderet si hec suscepto pulvis sordidaret

Nullus quanta
sit cura regis

Sit ergo desuper textura aliena
foris ad pulchritudinem. sit inferior color
iacinctinus aptus ad decorem
ornant etiam qui solis rebus spiri-
tualibus vacant, tegunt etiam quos
et labor rerum temporalium non grauat. Regna-
re ergo contingit rectorem sine exitio
in regente minime traheret is qui in
terra stans etiam iam spiritualiter fulget
Si enim tamen securitate in istius rectoris
rutilas. aliena quo protegeris cir-
vuj p cumspicis. Sed ab hypocritis quia
dum saltem pro utilitate subditorum
rectores minime temporalibus curis in-
seruiunt. plerique etiam eorum exemplo
contabescunt. Quod vero valde esse
quis abneget cum cunctis aspecto-
ribus terre. qui celestia sollicitius
videt. Sed neque hec iniusta sunt
quia sicut superius diximus mores
presidentium iuxta subditorum merita
disponuntur. Et culpe namque et sponte
peccantes culpe exigunt ut peruersa
rectoribus exempla prebeantur. quatenus iusto
iudicio is qui deuia dei superbus
exorbitat in via qua graditur
etiam per ducatum pastoris offendat
Unde per prophetam primitiantis studio
dicitur non maledicentis voto Obscu-
rentur oculi eorum ne videant et dorsum
eorum semper incurua. Ac si dicat quia
humane vite actionibus qui preeunde-
dis hominibus presunt virtutis lucem
non habeant. ut et qui sequuntur subditi
in cumulatum suarum oneribus inclinati
omnem statum rectitudinis amittant
Quod factum prorsus in iudea nouimus
cum in ipso nostri redemptoris aduentu
phariseorum turba atque sacerdotum a
uero lumine mentis oculos clausit
et per prepositorum exempla cadens in infidelitatis
tenebris populus errauit. Sed quia
rationabiliter patet quo hoc in loco
dicitur quod regnare dominus ypocritam facit
cum desuper re qualiter per prophetam innuitur
dicens Ipsi regnauerunt et non ex me
principes exstiterunt et non cognoui
Quibus enim ita sentiens dicit quasi
facit dominus quod minime cognoscit. Sed

quia scire dei approbare est nescire
reprobare Unde quibusdam quos re-
probat dicit Nescio vos unde sitis Luc 13
Discedite a me omnes operarii in-
iquitatis Et aliquando dei est id quod
fieri prohibet irascendo permittere.
Unde et regis egipti cor se obdura- Exo 1
re asserit. quia uidelicet ob duritiam
permisit. Quo modo ypocritas
dominus et regnare facit et nescit
facit sinendo. nescit reprobando.
Unde necesse est ut ad omne quod in
hac uita concupiscit. prius voluntas
iustitia requiratur quia cum humani
cordis animus prope appetit sciat
quia hec non nobis sed rebus famulat
Locus ergo regiminis cum regere
dominus offertur in se prius necesse est
ut quisque discutiat. si locum uita
cognoscit. si ab honore non dissen- racio
tiunt meritus. Cum rector eo per
in tribulatione preces non audiunt
quo ipsa quoque de quo tribulatio cms
oritur exordia honoris ignorant.



incipit lib

Incipit liber xxvi.

Interlocutoribus suis hoc arrogantes
viri habere inter alia proprium solent I
quod ab auditoribus suis. ne quid
fortasse inordinatum dixerint Q
tunc requirunt. cum se laudabile
aliquid dixisse cognoscunt. Hoc
videlicet faciunt non quod de dictis suis
ambigunt. sed quod ab audientium mentibus
fauores querunt. Nam inueniri
facile potest quod non pro continentia
si quisquam cum eorum bona laudat
etiam mala reprehendat. Certum
quippe est quia sicut inflantur
laudibus. ita correptionibus inflammantur.
et a quolibet si uel iuste reprehendi
despiciunt. mox quoque in malis suis
similiter ambigunt. qui mala sua
defendere etiam peruerse moliuntur. Ille enim
est vere humilis in bonis qui non est
defensor in malis. Nam qui de
malis suis arguitur et contra
uerba arguentis accendit. quando
de bonis suis similiter titubat. per
humilitatis uocem ornari appetit
non doceri. Heliu itaque vitam

arrogantiam significans postquam multa fortia et sublimia intulit, ecce in
verbis formam humilitatis assumit
et equitate imposita sub quadam
disciplinatus ymagine beatum Iob
alloquitur dicens. Quia ergo ego
locutus sum ad deum te quoque
non prohibeo. Si erravi tu doce me.
Si iniquitatem locutus sum ultra
non addam. Fit enim sepe contingit
ut bona loquatur et mali. Quamvis
heliu fortia paulo superius se
dixisse meminerat et sentiens
ideo ne fortasse erravisse terreret
rebat. Neque enim requireret si errasse
se credidisset. Est namque ut
diximus propria arrogantium summus
ut tunc de errore requirere studeant,
quando se noverint non errasse.
Cum nimirum requirere ut arguantur
de errore despiciunt. Si quando
se errasse videantur prognosticantur. Non
enim esse sed videri humiles appetunt,
et tunc requirunt speciem humilitatis assumunt
quando dispensationis requisitione laudentur.
Sed quia omnino
difficile est, ut elatio que regnat
in corde non erumpat in voce. Auditores
arrogantium si eorum doctrinam
panlisper tacitum ex spectant. Ante considerant
citius corda illorum subsequentia verba manifestant. Dum quippe
mortari non possunt ipsa humilitatis ymagine quam preteterent
sumunt. Superbia enim mentibus humilitatis alta est. et cum eius forma
contendere ambigunt. Lassantur enim
gressibus. quasi aglebosis atque
asperis itineribus diligunt. Quod
enim est satis quod videri appetunt.
et ideo eius ymagini diu
intendere nequaquam possunt. Quoniam
pondus estimant, cum eam saltem
pretentam portant et quoniamque hanc
abiciunt. Unum quod habent in corde
pariunt. quia videlicet elationis
usum male durantem desinunt
atque eius improprio semetipsos quales
sunt produnt. Et potest patet ne diu
possint videri quod non sunt. Unde
heliu quoque postquam de errore

se doceri peciit post iniquitatem
non se ultra locuturum promisit. sub
iecto. ab humilitatis specie ad verba tumide
cumspectionis exiliunt. nam subdidit
dicens. Numquid a te deus expetit
eam quia displicuit tibi. Ac si dicat.
Ego coram deo rationes positurus
sum. Tunc modo iniquitas mea a te
reprehenditur. Que constat quod in iudicio
a te non requiratur. Vita virorum in iusticia
ab hominibus impetitur ad summum iu-
dicium recurrit. Unde et ab eodem beato
Iob dicitur. Ecce in celo testis meus et
conscius meus in excelsis. Etiam
simulque placere cupiunt eius solius
testimonium requirunt. Pravi quoque quia
iniustorum vitam deserunt sed non iniqua
eloquia consentiunt et cum de suis ma-
le gestis increpantur, hoc assumunt in
argumento defensionis quod iusti pro-
ferunt cum testimonio puritatis. Unde
eis et consuetudo iam facta est, ut
si quis eos de suis prave arguat,
dei magis iudicium quam hominum querant.
Adeo enim et cum se dampnandos noverint
iudicari non metuunt. et
iudicari ab hominibus erubescunt.
Ponunt ergo magis quod non metuunt ut hoc minus declinare valeant.
Scriptum quippe est. Unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Terra
ergo dampnationis unusquisque tunc
manifesta est. ex inde modo nimirum
colligitur. ut etiam perversa unusquisque
actio sit secreta. Ne modo enim
quilibet iniustus arguendo distruat
quia constat quod in iudicio alienus
existat. At contra piorum conscientie
grande sibi premium conferri credunt
cum de quibus dei modo suis illicitis
actionibus arguuntur. Ponunt enim
ante oculos cordis quia districtum
dei iudicium tanto verius super eos
tunc mitigabitur. quanto nunc acrius
homine arguente puniuntur et temporale
malum super se lucrum computant. Plerumque
se etiam posse cadere non ignorant. Heliu ergo typum elatorum arrogantium tenens. et magis eligens
etiam in electione pericti quam temporaliter

in electione

in crepari dicit. Nunquid a te deus
expetit eam quia displicuit tibi
Quia vero esse in culpa viliores so
lent hii qui loqui bona in tentione
in choant quam qui videt subdidit
dicens. Tu enim cepisti loqui et non
ego. Eo enim se innocentem credidit
quo prelatus erupit nimirum nes
ciens quia innocentia non tempore defen
ditur sed ratione. Cuius enim eius defe
sionibus adminiculatur quod et si tacenti
nulla inesset culpa tamen inchoanti
pena incidit. Postque vero in verbis
elacionis ostenditur ecce iterum subiectum
sionis velamine palliatur atque infert
dicens. Quod si quid melius nosti
loquere. Nimis hoc ipsum superbisse
de meliori scientia dubitasse. Hoc tamen
quod abstractio iob locutum loquendi contra
humilitate se exhibuisse indicavit.
Sed sicut iam supra diximus quia
in actione arrogantium omne quod
super ducto sermone tegitur prorumpere
rursum in tentione elacionis aperitur
Cuius helyu innotuit quia mente
beatum iob postulavit nam sequitur
Viri intelligentes loquantur michi et
vir sapiens audiat me. Job autem
stulte locutus est et verba illius non
sonat disciplinam. Ecce dum quasi
humiliter beatum iob loqui contra quod
intrinsecus gestaret ostendit dicens
Viri intelligentes loquantur michi
de dignatus videlicet si beatus iob
loqui presumeret qui quasi eius verba
intelligere non possit. Et quia non
solum ad loquendum sed et ad audien
dum beatum iob indignum fuisse
indicavit illico adiunxit. Vir
sapiens audiat me. Ac si diceret
huic loqui iniuste conceditur qui
etiam verba audire sapientum non
meretur. Atque mox aperte quia de
specta de illo sentiat manifestat
dicens. Job autem stulte locutus est
et verba illius non sonat disciplinam.
Sine disciplina beatum iob loqui
credidit qui iniustum se in suis operi
bus fuisse memoravit. Verus for
tasse helyu diceret si ea que de

Ipso beatus iob narravit non de illo
hec eadem ipse auctor estimasset.
Innocentem enim iob se asserunt
flagellatum quem deus prohibuit
etiam frustra percussum. Ergo
vox percussi superbum sonuit que
causam ferientis iniustitiam distre
pavit. Sed tamen sunt humiles
qui se mendacio talia que ante
dum arrogantia vitavit. Unde
etiam mentiendo superbiunt quia contra
veritatem se erigunt qui relinquunt.
Cum enim necessitate cogente veram
de se bona loquuntur tanto magis
humilitati iunguntur quanto et veritati
sociantur. An paulus humilis non
fuit qui emulatione virtutis contra
falsos apostolos tot de se discripsit
fortia gesta narravit. Cum mi
nimum virtutis in minimis existeret
si abscondendo virtutes suas predicatores
erroris penale permisisset.
Sed quia arrogantes viri recto quod
dicta bonorum superbe examinant
verborum magis superficiem quam rerum
cardinem pensant helyu beatum iob
sinceris disciplinis credidit non
promisisset. Quia vero sepe asperitas
superborum usque ad divina male
dictionis extenditur illico contra
beatum iob quasi addendum faciens
verba subiungit. Pater mi probetur
iob usque ad finem. Ecce hoc quod
de arrogantie tumore conceperat
in verbis etiam maledictionis ex
altat. Sed fortasse benivole vim
probationis optineret si stetisse eum
in probatione indicaret. Ut ergo
aperte malicia eius crudelitatis
appareat probare adhuc per flagel
la deposcit quem inter flagella
lapsum fuisse iam queritur. Puniri
quod sensit ut apertius cognosci de
beat quod optinuit. Adhuc ferire
postulat quem iam peccasse
sub manu ferientis accusat. Ipsa
hec arrogantium sunt vota ut
vitam dolentium examinari acrius
deposcerent quia quanto sibimetipsis
iustiores sunt tanto alienis do
loribus duriores existunt.

Disciplinae

2 Cor. 11

V

+ Quando est fractus hic paries ingre-
ditur ut abhominaciones aspiciat

Liber

Nescit enim misereri passione aliene
infirmitatis trahere, et sicut sue ita
etiam proximi imbecillitati mise-
reri, quia cum de se alta senciunt
ideo humilibus nullatenus conde-
scendunt. Helyu beatum iob pro culpa
percussum credidit, atque ideo ex-
hibenda ei esse pietatis viscera
nec inter tot dolores estimavit.
Viri autem veraciter sancti cum flagellatum
quempiam etiam pro culpa agnoscunt
et si quedam eius inordinata cor-
ripiunt, ad quedam tamen dolencia
compaciuntur, et sic sciunt innocencia
premere ut etiam sciunt cuncta
refovere. quatenus rebus durum dum
emolliunt, infirma roborent. At
contra arrogantes viri, quia
caritatis viscera non habent, non
solum non compaciuntur et dolentibus
sed eos insuper sub specie iuste af-
flictionis increpant. Vel si qua in
eis sunt prava mala exaggerant.
Vel ea que dicta bona sunt, male
capiunt se interpretando commutant.
Quamvis etiam casti doctores
sepe exaggerare solent delin-
quencium vicium et quibusdam signis
publice occulta rimari ut
possint ex minimis maiora co-
gnoscere. Unde ad Ezechielem dicitur
Fili hominis fode parietem. Ubi
mox subditur Et cum fodissem
parietem apparuit ostium unum
Et dixit ad me ingredere et vide
abhominaciones pessimas quas
isti faciunt hic, et ingressus vidi
et ecce omnis similitudo reptilium
et animalium abhominacio et universa
ydola domus israel depicta e-
rant in pariete. Per Ezechielem prelato-
rum persona signatur, per parietem du-
ricia subditorum. Et quid est pari-
etem fodere, nisi acutis correpcioni-
bus duriciam cordis aperire. Quem
cum fodisset apparuit ostium,
quia cum cordis duricia apperis
increpacionibus aperitur, quasi quedam ianua
ostenditur ex qua omnia in eo
qui corripitur cogitacionum interio-
ra videantur. Unde et bene illic sequitur

Ezech. 8

Et dixit ad me ingredere et vide
abhominaciones istas pessimas.
Aspiciat quasi discussis quibusdam
signis exterius apparentibus ita corda
subditorum penetrat ut cuncta ei
que illicite cogitantur innotescant. Unde
et subditur. Et ingressus vidi, et
ecce omnis similitudo reptilium et ani-
malium abhominacio. In reptilibus cogitacio-
nes omnino terrene signantur. In animalibus
vero iam quidem aliquantulum a terra
suspense, sed adhuc terrene mercedis
premia requirentes. nam reptilia toto
ex corpore terre inherent. animalia autem
ventre a terra suspensa sunt. ap-
petitu tamen gule ad terram semper incli-
nantur. Reptilia itaque sunt intra
parietem, quando cogitaciones volvuntur
in mente que a terrenis desideriis
numquam levantur. Animalia quoque sunt
intra parietem, quando et si quedam iusta
honesta cogitantur, appetendis tamen
lucris temporalibus honoribusque deserviunt
et per semetipsa quidem iam quasi
a terra suspensa sunt. sed adhuc per
ambitum quasi per gule desiderium
sese ad yma submittunt. Unde et
bene subditur Et universa ydola domus
israel depicta erant in pariete. Scriptum
quippe est. Et avaricia que est ydo-
lorum servitus. Recte ergo post animalia
ydola describuntur. quia et si honesta
actione quasi a terra se erigunt
ambicione tamen inhonesta semet-
ipsos ad terram deponunt. Bene autem
dicitur. Depicta erant. Quia dum ex-
teriorum rerum intrinsecus species attrahuntur
in corde quasi depingitur quidquid
fictis ymaginibus cogitatur. Notandum
itaque est. quia prius foramen in pa-
riete et deinde ostium cernitur. et
tunc demum occulta abhominacio
demonstratur. Quia nimirum uniuscuiusque
peccati signa forinsecus. deinde
ianua aperte iniquitatis ostenditur
et tunc demum omne malum quod
intus latet aperitur. Idcirco ergo
sancti doctores quamvis solent etiam
minima discutere ut ab extimis
exterioribus ad occulta possit maiora

perveniunt verba asperae increpationis mo
vent ut spinas mortiferae cogitationis
eradicet. et cum haec agunt caritatis
amore serviunt non elatione in perfectionis
intumescunt. Mori enim propriis pati
sunt quos quasi usque ad mortem semet-
ipsos affligunt. fruuntur in cogitatione
quod diligunt. serviunt in specie quod
expugnant. bona praedicantes insinuant
mala autem tangentes puniciant non
ut helym desiderantes exoptant.
Ergo in commissos sibi ita [illegible] non in
quasi in correptione fuerint. ac si de tran-
quillitate nichil haberent. sed ita in
dilectione tranquilli sunt. ac si nullus
furor eos attenderet. Valde enim
metuunt ne si asperiorem correptionem
tacuerint ipsi peccatorum damnatione
puniantur. Et tunc ad verba invectionis se
inflammant in vitia quidem ad haec
veniunt. sed tamen haec defensionem
sibi apud districtum iudicem praeparant.
Unde et eidem rursus ezechieli
Ezech. 4 dicitur: Fili hominis sume tibi laterem
et pones eum coram te et describes
in eo civitatem ierusalem et ordinabis in
ea obsidionem et aedificabis muni-
tiones. Et comportabis aggerem et da-
bis contra eam castra. et pones
arietes in gyro. Et tu sume tibi sar-
taginem ferream et pones eam murum
ferreum inter te et inter civitatem.
Cuius enim ezechiel nisi magistrorum
speciem tenet. Cui dicitur: Sume tibi laterem
et pones eum coram te et describes
in eo civitatem ierusalem. Doctores quippe
sibi laterem sumunt quando terrenum cor
auditorum ut doceant apprehendunt.
Quem laterem coram se ponunt. quia tota
illud sollicitudinis intentione custo-
diunt in quo et civitatem ierusalem iubentur
describere. quia praedicando terrenis cordibus cu-
rant summopere quanta sit supernae pacis
visio demonstrare. Cum etiam bene dicitur:
3 Et ordinabis adversus eam obsidionem
et aedificabis munitiones. Sancti enim prae-
dicatores obsidionem circa laterem in
quo ierusalem civitas descripta est ordi-
nant. quando terrenae menti iam supernam
pacem inquirenti quanta eum in hac
vitae tempore vitiorum impugnet adversitas

demonstrant. Cum enim unumquodque
peccatum quo menti insidietur ostendunt
quasi obsidionem circa ierusalem civitatem
voce praedicationis ordinant. Sed quia
non solum insinuant quo mentem
insidiantia vitia expugnant sed
etiam quo custodita virtutes ro-
boret. recte subiungitur: Et aedificabis
munitiones. Munitiones quippe sanctus
praedicator aedificat cum quae virtutes
quibus vitiis obviant insinuare
non cessat. Et quia virtutibus cresce-
ntibus plerumque bella temptationis au-
gentur. recte adhuc subditur: Et
comportabis aggerem et dabis
contra eam castra et pones
arietes in gyro. Aggerem namque
comportat quando praedicator quisque
molem crescentis temptationis indicat
et contra ierusalem castra erigit. quando
recte intendenti audientium hostis
callidi circumspectas et quasi incomprehen-
sibiles insidias praedicit. atque in
gyro arietes ponit quando temptatio-
num aculeos insinuat. vitia nos
undique circumdantes et virtutum murum
perforantes innotescit. Ubi et
bene additur: Et tu sume tibi
sartaginem ferream et pones eam
murum ferreum inter te et inter civita-
tem. Per sartaginem namque frixura,
per ferrum vero fortitudo signatur.
Quid autem ita magistri atque docto-
ris mentem quam zelus dei frigit
et excruciat. Unde et paulus huius
sartaginis incendebatur frixura
cum diceret: Quis infirmatur et ego 2 cor. 11
non infirmor. et quis scandalizatur
et ego non uror. Et quia quisquis
zelo dei contra peccantes acce-
ditur. forti in perpetuum custodia
munitur ne ex neglecta praedicationis
contagionis cura dampnetur. Recte
dicitur: Pones eam murum ferreum
inter te et inter civitatem. Sartago
ergo ferrea et murus ferreus inter
prophetam et civitatem ponitur. quia
cum nunc fortem zelum doctores
exhibent. eundem zelum postmodum
inter se et auditores suos fortem
munitionem tenent ne tunc ad vin-

dictam destituti sunt, si nunc non fuerint in correptione dissoluti. Hinc sub Ezechiele propheta eidem inter se et auditores suos timore sinuose audiebat. cum ei diuina

Ezech 3

vox promitteret dicens: Si tu annunciaueris impio et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Hinc sub Ezechiele inter se et discipulos suos timore paulus posuerat, cum diceret: Mundus sum ego a sanguine omnium,

Act 20

non enim subterfugi quominus annunciarem vobis omne consilium dei. Nunc ergo doctores necesse est, ut appetant zeli ardoribus frigi, ne cogantur postea de torpore negligentie ignis vehementiam. Sed aliud est quod in iustis et subditis, et aliud quod iniustis et non subditis debemus. Ad illorum nos correptionem atque custodiam reddendam rationem debitum timor attendere. Istorum vero veritati ipsa consideratio equitatis in clamare. Sed arrogantes viri quia huius formam districtionis ignorant, hoc iustis et subditis exhibent quod ab omnibus praedicatoribus fieri ex iniustis et subditis vident. Cum ad feruore correctionis in iuste prosiliunt, etiam per verba maledictionis excedunt. Quia enim nequaquam proximos sicut se diligunt, proximis optare non desinunt, quod ipsi sibimet euenire pertimescunt. Unde heliu occultum odium et manifestationem maledictionis ex subditis ait: Pater mi, probetur iob usque ad finem, ne desinas ab homine iniquitatis. Hominem iniquitatis vocat, quem deus iustum prioribus superna attestatione denunciat. Et quia multa ad hunc sub hac in districtione subiuncta sunt breuiter ea estimo transcurrenda, dicta enim que grauitate caruerint, in tenta expositione non indigent. Sed cum addit: Super

vi
7

peccata sua blasphemiam. Accipit enim et peccatis suis flagella meruisse et post flagella peccasse. Longe vero aliter dominus iudicauit, qui et frustra flagellatum insinuat, et bona duplicia post flagella retribuit. Pena non debetur culpe non perimi. Beatus ergo iob sine culpa locutus esse ostenditur, quem post locutionem premia subsecuntur. Heliu itaque quia pro defensoribus loquens de beato iob aliud quam dominus sentit, quasi dum pro veritate verba multiplicat, a veritate discordat. Sed intus nos interim castigat. et tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis deum. Ac si dicat: ex initii assertione constat, quia nequaquam diuina sufficiat examinatio. Quia arrogantes viri non solum recepta solent dicere, sed etiam multa aduersa loqui. Bene de illo frequenter infertur. Cap xxxv.

Igitur heliu hec rursum locutus est. Omnis qui multa loquitur in locutione sua semper in capite studet, ceteris in iunctione ipsa suspensos auditores faciat, et eo attentius teneant, quo quasi nouum audire aliquid expectant. Heliu non alia finiens alia in cessat exorditur, ut in mensa loquacitatis per subiuncta semper initia continuet. Sequitur: Numquid equa tibi videtur cogitatio tua, ut diceres: iustior sum deo. Quia beatus iob iustiorem se deo non dixit, omnis qui textum hystorie legit agnoscit. Sed ait: Proponat equitatem contra me, et perueniat ad victoriam iudicium meum. Vitam suam uidelicet perpensis et causis percussionis ignorans, ut sepe iam dictum est, pro diluendis peccatis se credidit, et non pangendis meritis flagellari, ideo iudicium suum ad victoriam peruenire confisus est. Quia culpam inuenire non potuit, qua debuisset percuti, non inuenit. Ex quo de illo et dominus ad dyabolum dixit: Commouisti me aduersus eum, ut affligerem eum frustra. Quid ergo hec loquendo peccauit, qui verbis istis diuine de se ac occulte sine ueritatis nesciendo consensit. Aut quid obest si ac ueritatis diuine veritatis humano iudicio

verba nostra superficietenus discrepant, que cordis ordine ei compaginata concordant. Humane aures verba nostra talia iudicant qualia foris sonant; divina vero iudicia talia ea audiunt qualia ex intimis proferuntur. Apud homines cor ex verbis, apud deum non verba pensantur ex corde. Beatus igitur Iob dum hoc ait extimus quod dominus dixit intimus, quanto pie ab intima sententia non recessit, quamvis prophetico spiritu repletus in eo quod ait: Ipse arguat equitate contra me et perveniat ad victoriam iudicium meum, in tueri redemptoris nostri presentia potuit. Ipse enim qui est virtus patris et sapientia, etiam eius equitas non inconvenienter dicitur. Unde scriptum est: Qui factus est nobis a deo sapientia et iustitia et sanctificatio. (I cor. 1) Qua scilicet equitate, quia deus virginis fugientibus in carnem ostendendo se opposuit, eos protinus ab iniquitate revocavit, et humanum genus eo iudice antiquum adversarium vicit, quo equitate dei adiuvante suis iniquitatibus in venit. Sequitur. Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est, vel quid tibi proderit si ego peccavero. Si tota sibi series attenditur, nichil horum beatus Iob dixisse invenitur. Sed arrogantes viri sicut et supra diximus hoc proprium solent, ut dum in iniuria in correctione preveniunt, etiam in vehendo mentiantur; et cum reprehendere iusta que sunt non possunt, reprehendunt mentiendo que non sunt. Sequitur. Itaque respondebo sermonibus tuis et amicis tuis tecum. Dum superioribus quasi beati Iob culpabilia verba narravit, atque ex eis materiam sibi loquendi proposuit, verbis subsequentibus forti acumine disserit hoc quod sibi ad dicendi materiam fallaciter finxit. Et fortes quidem sunt sine que secuntur, sed beati Iob personam non cognovit, tanto quia eius increpatoris huius tela non feriunt quanto contra eum iniuste mittuntur. Sequitur. Suspice celum et intuere, contemplare ethera quod altiora

te sint. Si peccaveris, quid ei nocebis? et si multiplicate fuerint iniquitates tue, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Quamvis beato Iob scienti minora nequaquam ista dici debuerant, vera tamen sunt que dicuntur, quia videlicet deo nec prava nostra nocent nec bene gesta conciliant. Unde consequenter adiunxit: Homini qui similis tui est nocebit impietas tua, et filium hominis adiuvabit iustitia tua. Sed inter hec illud est solerter intuendum quod ait: Suspice celum et intuere, contemplare ethera quod altiora te sint. Hec enim dicens minime collegit, ut considerare debeat quanto minus deo actio sua aut prosit aut noceat, quia altitudini celi atque etheris prodesse vel nocere non posset, quamvis in celo vel ethere possimus supernas potestates accipere. Dum spiritibus obtinentibus inherentes, et cum angelicos spiritus longe adhuc distare conspicimus (a nobis), ipsi creatori atque dominatori spirituum quanto distamus inferiores cognoscimus. Corporea tamen celi etherisque materia hoc loco sentire nichil obstat. Nam si vigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora revocamur. Vestigia quippe creatoris sunt mira opera visibilis creature. Ipsum namque adhuc videre non possumus, sed iam ad eius visionem tendimus, si eum qui fecit miramur. Eius ergo vestigia creaturam dicimus, quia per hec que ab ipso sunt sequenda nimis ad ipsum. Unde Paulus ait: Invisibilia eius per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas. (Ro. 1) Unde et in libro sapientie scriptum est: Per magnitudinem enim creature et speciem poterit intelligibiliter creator videri. (Sap. 13) Menti enim nostre peccato suo extimus sparse nunc deus sicut est intimus innotescit, sed dum stare sue de... foris

proponit, quasi quibusdam nutibus
nobis innuit. Et que intus sentiri
ostendit, ac miro modo ipsis for-
mis exterioribus nos ad interiora
provehit, innuit immensa ad
mirandum, quod est vere hec extrinsecus
extendendo que non sunt. Hinc
9 de sapientia scriptum est: Ingrediens osten-
dit se illis hylariter et in omni provi-
Cap 6 dencia occurrit illis. Vie quippe
ad creatorem sunt opera considerate
creature, que dum facta cernimus
per omnem foris mirantes. In istis
vijs sapientia omnibus nobis provi-
dencia occurrit, quia factorem vestrum
nobis in quibusdam propositis, in omni
quod mirabiliter factum videtur, et quo
se iter anima si vigilat tendit
in hijs eundem ipsis deum invenit,
per que reliquit. Eiusque potenciam
ex eorum rursum consideracione cognoscit
quorum amore deseruit, et per que
perversa cecidit, per hec conversa reno-
vatur. Ubi enim lapsi sumus ibi in-
cumbimus # mentem consideracionis
figimus, ubi pedem amoris lubri-
cum mittentes negligendo iacebamus.
Quia enim ab invisibilibus in vi-
sibilia cecidimus, dignum est ut ad
invisibilia rursum ipsis visi-
bilibus innitamur, ut quo casu
anima venit ad infima, eo gra-
du revertatur ad summa, atque eisdem
quibus corruit passibus surgat.
Dum sicut dictum est illa nos
ad deum bene considerata revocant,
que nos ab eo male elata dimi-
serunt. Helyu itaque ut vim con-
sideracionis admonet, atque ex cor-
poreis rebus ostendit quanto sit
homine excelsior deus bene in-
tulit: Inspice celum et intuere
contemplare ethera quod altiora
te sint. Ipsis enim rebus creatis
atque corporeis agnoscimus quantum
a creatoris nostri sublimitate dis-
tamus. Quia per omne quod cernimus
esse humiles admonemur, ut quasi
quedam sit erectio mentis nostre
species considerata creature. Dicat

ut secretam ...
et quasi ibi
singrendo ...

ergo: Inspice celum et intuere et contem-
plare ethera quod altiora te sint. Si
peccaveris quid ei nocebis? Et si multi-
plicate fuerint iniquitates tue quid
facies contra eum? Porro si iuste
egeris quid donabis ei? Aut quid
de manu tua accipiet? Ac si dicat:
Ex ipsis creaturis intellige quas al- viij
tiores te corporaliter esse vides, quantum
a divine potencie sublimitate dis-
iungeris, atque ex hac tua consideracione
collige, quia nec deo bene vivendo
adiuves, nec rursum male actionibus
graves. Si non sicut supremus diximus
in celo vel ethere supernas potestates ac-
cipimus, verbis istis Helyu considerare
admonet, ut quia ipsi angelici spiritus
creatoris nostri potenciam plene contem-
plare non possunt, de quibus tamen certum
est quia nobis eo ipso altiores sunt
quo lapsi in infimis non sunt, vide-
licet colligimus quanto deo inferiores
existimus, qui etiam creaturis subli-
mibus sed longe illi inferioribus sub-
iacemus. Ac si dicat: Vide quantum a
divina celsitudine separaris, a cuius potencia
etiam ille potestates humilitate contre-
miscunt, que te in mensa sublimitate
transcendunt, et quanto ipse summo in-
ferior es, quem inferiorem te etiam
esse in inferioribus deprehendis. Unde
vero summa reducit ad equalia, atque
adiungit: Homini qui similis tui est nocebit
impietas tua, et filium hominis adiu-
vabit iusticia tua. Humana impie-
tas ei nocet que pervertendo inquinat,
et rursum eum adiuvat nostra pie-
tas que operis actionibus invitat.
Nocere enim vel iuvare nesciunt ea
que vel a bono corrumpi vel a ma-
lo permutari non possunt. Superne vero
potestates eo ledi vel iuvari nequeunt
quo esse iam incommutabiles accepe-
runt, sed considerare hec nequeunt qui
terrenis desideriis implicantur. Ipsis
enim foris mentibus ad semetipsas
redire difficile est, quia prava
itinera semel captos tanto delecta-
biliter tenent quanto in eis omne quod

libuit licet. Nullius quippe discipline
iugis obviat qui constringat, nulla
retributionis percutitur pena que terreat
sed clausis oculis cordis. eo animam
precipitat in infimis, quo obstinatur a
summis, et tanto securius mala temporalia
perpetrat. quanto divinus bona eterna de
serat. Sed ista reproborum nequaquam tenere
more. electorum vitam qui quasi a paleis
separatus premit et purgat. Hii ali enim
bonos magis ab huius mundi deside
riis expediunt dum affligunt, quia
dum multa eis hic violencia in
gerunt, festinare eos ad superna com
pellunt. Quod bene israhelitico populo moyse
vocante, et pharaone rege seviente
signatum est. Tunc namque moyses ad
vocandum missus est. cum in pristino
duris operibus ad opprimendum fuit
excitatus, ut israhelitarum mentes a egyp
to deformiter inherentes. alios dum
vocaret quasi traheret, alios quasi
impelleret dum seviret, et electis reprobi
permittuntur, ut si ad promissionis terram
vocati exire negligimus. persequentes saltem
sevientibus impellant. Atque hec egyp
tus videlicet vita presens que nos op
pressit blandiens, adiuvet premens
et que dum fovet premit, iugo con
terit, libertatis viam dum cogit ostendit.
Hec itaque causa est ut ab iniustis
iusti sinuntur affligi, ut saltem dum fu
tura audiunt. bona que cupiunt,
paciantur etiam mala presentia que per
horrescunt. Atque ad feliciorem exitum
dum amor provocat, etiam cruciatus impellat.
Unde helyu eosdem labores electorum
sub oppressionibus exprimens. ait.
Propter multitudinem calumpniatorum cla
mabunt et eiulabunt propter vim brachii
B tyrannorum. Calumpniatores recte eos
dicere possumus, in nos non solum
qui exteriora bona rapiunt. sed etiam
qui malis suis moribus et interiore
prave exemplo in nobis nituntur dissipare
contendunt. Illi namque ea que nobis
extra sunt inordinate ambiunt, isti
nos peccare intus querunt, illi amodo
rerum. isti non cessant odio fervere con
tum. Illi invidet quod habemus. isti quod

vivimus. Illi studet rapere bona exteriora quia placet
interiora bona dissipare quod displicet — isti satagunt
Quanto igitur morum vita rerum — R C
distat substancia, tanto gravior
calumpniator est, qui male vi
vendo vim intus infert moribus
quam qui violenter opprimendo rapina
ingerit rebus, nichil iste de
nostra sustentacione subtrahit, sed extra
nobis perdicionis apposuit. Ergo
graviorem calumpniam intulit quia
quietum cor in temptacione commovit.
Cui etsi nequaquam nobis actio
nibus sue opera persuasit, pugnam
tamen temptacionis ingessit. Graviorem
igitur debita eius calumpnia sus
tinemus. quia nimirum intus pa
timur quod cum labore vincimus.
Et quia hoc mundo habundat ma
lorum vita que terreat recte non — multitudine
dum propter calumpniatorem clamabunt
Cum vero ea que verbis suadet
non valet extorquere etiam non
numquam efferunt, viribus studet
ut prave subiungit. Et eiulabunt
propter vim brachii tyrannorum. Quos
quis enim male vivendo nos suo
exemplo compellit, adhuc ver
bis voce calumpniatoris utitur
quisquis vero pravam suadens etiam
terrore nos appetit iam contra nos
brachio tyrannidis sevit. Aliud
est enim vitia suadere vivendo
aliud iubere terrendo. Dum ergo
exempla male actionis aspicimus.
quasi adhuc strepitum calumpni
atoris audimus. Dum vero peccare — vero
cogimur. iam tyrannum in corde
sustinemus. Sed robustiorum mentes
in deo inmobiliter fixe. tanto
ista despiciunt. quanto crudelius
contra precepta conditoris coercentur
tantum. Crescunt quippe prima
postulantes vires ex adversitatibus
sumunt. Cum crescente pugna — mane
gloriosiore sibi non ambigunt victo
riam. Sic itaque electorum desideria
dum premuntur adversitate proficiunt.
sicut ignis flatu premitur ut crescat
et unde quasi extingui cernitur. inde
roboratur. Sicco namque audimus

Adversitas utilis est electis ad premia

Exo 3

+ Et plebs in fervore temptationis fixa vel
[illegible] bonis ab malis impulsa
movetur. hoc tollendo agitur
dum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] .

quanta ad deum cupiditate flagramus, si non solum ad eum per tranquilla et mollia, sed etiam per aspera et dura transimus. Hinc namque propheta ait: Qui perficit pedes meos tamquam cervorum. Cervus enim cum montium angustia descendit, quaeque se obiciunt sentibus illigata dato saltu transgreditur, et absque ullo cursus sui obstaculo in superioribus elevatur. Ita etiam electorum mentes quaeque eis in hoc mundo obsistere atque obviare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt, et more cervorum despectis terrenarum rerum sentibus in superna se erigunt. Hinc rursum dicit: Et in deo meo transgrediar murum. Murus quippe est omne quod itineri nostro obicitur, ne ad eum quem diligimus transeamus. Sed murum transgredimur cum per amorem supernae patriae quaeque in hoc mundo fuerint obiecta calcamus. Hinc per eundem prophetam clamanti animae dominus dicit: Exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis. Abscondita quippe tempestas est, cum in corde contrito temptationum cogitationum fluctus intumescunt, cum contra amoris sancti studia carnis sectarum se tumultus illidunt. In abscondito ergo tempestatis audit, quia clamorem deprecantis exaudit inter ipsa tribulationis fluctuationes. Et [?] vos omnino non desinunt qui bona agentibus suadere perversa moliuntur. Aquae contradictionis sunt populi resistentes. Et quia tunc probatur desiderium cum aliqua ei adversitate resistitur, recte dicitur: Probavi te apud aquam contradictionis. Hinc itaque virtutum visibiliter robusti ex adversitate proficiunt, sed infirmi saepe in desiderio suo [?] sunt. Dum aliqua eis fuerint ex adverso obiecta languescunt, et cum valida tribulatione pulsantur, pusillanimitate deficiunt. Unde Heliu beato Iob pusillanimitatem impingens, praemissis malorum oppressionibus infirmorum mox pusillanimitates

suit

sumus quod

R° 12

exequitur dicens: Et non dixit: Ubi est deus qui fecit me? Mos sacrae scripturae est ut a singulari numero ad pluralem subito transeat, atque a plurali saepe ad singularem vertat. Unde Heliu cum diceret: Clamabunt et eiulabunt, nequaquam subdidit: Non dixerunt ubi est deus. A plurali quippe numero in singularem veniens ad personam subito infirmi uniuscuiusque transiit, fortasse quia a singulis melius cognoscitur quod quasi singulariter dici auditur, ut ad cor suum quisque redeat, et in semetipso hoc quod in unoquoque dicitur deprehendat. Singulariter igitur intulit dicens: Ubi est deus qui fecit me? Quisquis enim adversitatis tribulatione frangitur, a quo factus est minime contemplatur. Nam qui quod non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit, et qui benigne hominem condidit nequaquam cruciari iniuste permittit, nec neglecte perire quod est, qui hoc etiam quod non fuit creavit ut esset. Cum ergo tantum tribulationis nostrae respicimus, et fortasse tardius invenimus, est ista consolatio quod in nichil iniuste patiamur, quia si deo auctore sumus, deo regente non affligimur iniuste qui sumus. Sequitur: Qui dedit carmina in nocte. Carmen in nocte est laetitia in tribulatione: quia etsi pressuris temporaliter affligimur, spe tamen de aeternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte praedicabat, dicens: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte David suspexerat cum dicebat: Tu mihi es refugium a pressura quae circumdedit me; exultatio mea, redime me a circumdantibus me. Ecce de nocte pressurarum novit et tamen liberatorem suum inter angustias exultationem vocat. Foris quidem nox erat in circumdatione pressurae, sed intus carmina resonabat de consolatione laetitiae. Sed quia nos ad aeterna gaudia redire non possumus nisi per temporalia detrimenta, recte

Ad gaudia non pervenitur nisi per detrimenta.

scripture sacre intencio est ut per presentis vite transitoria ad
nos eterna corroboret. Unde Ezechiel propheta
librum se accepisse testatur in quo erant
2 scripte lamentaciones et carmen et ve.
Quid enim libro hoc nisi eloquia divina
significantur? que quia nobis lacrimas
luctusque persuadent, lamentaciones in eo
scripte referuntur. Carmen quoque et ve
continet, quia sic de spe gaudium
predicat, ut in presenti tamen pressuras atque
angustias indicat. Carmen et ve
continet, quia et si illic dulcia appetimus
prius necesse est ut hic amara
toleremus. Carmen et ve discipulis
predicabat Dominus cum dicebat: Hec
Io 16 locutus sum vobis ut in me pacem
habeatis; in mundo pressuram habebitis.
Ac si aperte diceret: Sit vobis de me
intus quod consolando reficiat, quia
erit de mundo extrinsecus quod seviendo
gravius premat. Quia igitur infirmus
quisque cum premitur ab spe gaudii
nimia pusillanimitate lassatur, et dum
foris adversa tolerat, intus obliviscitur
quod gaudebat, Eliu dicit: Non dixit ubi
est Deus qui fecit me, qui dedit
carmina in nocte. Ac si eum ista diceret
vim qua pateretur temperaret, et per hoc
quod mansurum intus quereret, id quod foris tran-
sitorium sustinet esse intollerabile non
estimaret. ~~Sequitur~~ Qui docet nos
super iumenta terre et super volucres celi
erudit nos. Iumenta terre sunt qui
usu vite carnalis yma appetunt.
Volucres celi sunt qui superbe curio-
sitatis studio sublimia perscrutantur.
Illi se vivendo deponunt infra quam
sunt; isti in querendo se elevant
ultra quam sunt. Illos in infimis volup-
tas carnalis deicit, istos quasi
in superioribus erigit libido curiositatis.
Illis per psalmistam eloquia dicit: Nolite fieri
sicut equus et mulus in quibus non est
intellectus. Istorum superbus labor in-
Eccli 3 crepatur cum dicitur: Altiora te ne quesieris
et fortiora te ne scrutatus fueris. Illis
dicitur: Mortificate membra vestra que
sunt super terram, fornicationem, inmundi-
ciam, libidinem, concupiscenciam malam.
2 cor 3 Istis dicitur: Nemo vos decipiat
per philosophiam et inanem fallaciam. Docet
igitur nos Deus super iumenta terre
et volucres celi, quia dum hoc
quod sumus agnoscimus, nec carnis nos
infirmitas deicit, nec superbia
plus iusto elevat, nec defluendo
in imis subicimur, nec superbiendo
de infimis in flammam. Nam cum xi ff
labitur caro, iumentorum appetitum per-
stringit. Cum vero extollitur mente more
volucrum quasi levitatis penna sublevatur.
Sed si vigilanter intenditur, ut et mentis
humilitas et carnis castimonia te-
neatur, cito agnoscimus quia alterum
custodit ex altero. Nam multis
sepe superbia luxurie seminarium fuit,
quia dum eos spiritus quasi in altum
erigit, caro in infimis mersit. Hi
enim secreto plus elevantur, sed postmodum
publice corruunt. Quia dum
occultis intumescunt motibus
cordis, apertis cadunt lapsibus corporis.
Dici sit elati iusta fiant retribu-
cione feriendi, ut qui superbiendo
se hominibus pretulerunt, luxuriando usque
ad iumentorum similitudinem devolvantur.
Homo quippe cum in honore esset non
intellexit, comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est illis. Quos enim
sic eos penna in altum sublevave-
rat, De gentibus Paulus hoc quod
superius protulimus dicebat: Quia
cum Deum cognovissent, non sicut
Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, Ro 1
sed evanuerunt in cogitacionibus suis.
Quomodo ad in iumentorum ac plusquam
iumentorum voluptate ceciderint
subdit dicens: Tradidit illos Deus
in desideria cordis eorum in inmundiciam.
Ecce caro mersit quos superbia sua
sublevavit, et a volatu volucrum ultra
appetitum lapsi sunt iumentorum, atque
in deorsum prostrati sunt unde super
se ire videbantur. Curandum itaque est
omni custodia mens a superbie
tumore frangenda, non enim ante oculos
Dei vacue tumescunt cogitaciones
nostre et nulla momenta quibus per ...

Superbia parit luxuriam

Superbus aliquando humiliatur per vicio

Liber

Transseunt sine statu retributionis. Iustus ergo videt deus quod mentem elevat et idcirco foris permittit invalescere quod deponat. Interius extollitur quod foris postmodum turpiore corruptione feriatur. Occultam videlicet culpam sequitur aperta percussio ut malis exterioribus interna puniantur ut cor publice corruat quod latenter tumebat. Hinc quippe per Osee contra Israelitas dicitur: Spiritus fornicationis in medio eorum et dominum non cognoverunt. Qui mox ut ostenderet quod causa libidinis ex culpa prodiret elationis mox subdidit dicens: Et respondebit arrogantia Israel in faciem eius. Ac si diceret: Culpa que per elationem mentis occulto latuit per carnis luxuriam in aperto rudit (?). Proinde per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis. Si enim pie spiritus sub deo premitur caro illicite super spiritum non levatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen sub domino recognoscit legitime servitutem. Nam si auctorem suum superbiendo contempnit iure et de subiecta carne pugnam suscepit. Unde et ille primus inobediens mox ut superbiendo peccavit pudenda contexit, quia enim contumeliam deo superintulit mox contumeliam carnis invenit. Et quia auctori suo subditus esse noluit ius carnis subdite quam regebat amisit, ut in semetipso videlicet inobedientie sue confusio redundaret et superatus disceret quid elatus amisisset. Nullus ergo cum postquam superna appetere cepit si carnis voluptate perstringitur tunc se victum iudicet cum aperte superatur. Sic enim plerumque virus libidinis de radice nascitur elationis, tunc caro vincit cum spiritus latenter intumuit. Nam tunc anima per originem culpe in iumentorum petulanciam cecidit cum extendendo se more volucrum ultra quam debuit evolavit. Hinc est enim quod longa continentia repente solvitur.

Virginitas usque in senio amittitur si superbia durat.

Hinc quod plerumque et usque ad senium virginitas servata violatur, quia enim negligitur humilitas cordis, recte iudex despicit etiam integritatem corporis et quidem per apertum malum reprobos arguit quos diu iam reprobos in occulto tolerabat. Nam qui dum servatum bonum in occulto perdidit aperit semetipsum in eo aliud malum tenuit, ex quo ad aliud subito erupit, per quod ab omnipotente deo tunc alienus extitit cum se ei per mundiciam corporis inherere innuit (?). Prima igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis reproborum, cum a volatu volucrum ad petulanciam migratur iumentorum. Sancti autem viri ne appetitu bestiali ad luxurie voraginem devolvantur sollicite cogitationes mentis a superbie volatu custodiunt, ac ne infima despiciendo corruant omne quod sublimiter sapiunt humiliter premunt. Recte itaque dicitur: Qui docet nos super iumenta terre et super volucres celi erudit nos. Subaudis hoc quoque non dixit. Hoc itaque de iumentis et volucribus quod tacuit enim non dixit in tribulatione meditari. Ac si diceret: Infirmius quisque idcirco nequaquam per turbationem corroboratur quia etiam in tranquillitate non temptatur et ideo nescit adversa tollerare, quia constitutus ipse in cogitatione se non novit a volatu volucrum premere nec carnales motus a iumentorum ingluvie sublevare. Sed hoc beato Iob tanto magis convenit dici quanto vita eius inter alta et infima mirabiliter gerebatur (?). Et quid inde intelligi aliud possit. Qui docet nos super iumenta terre et super volucres celi erudit nos. Nam sicut iumentorum vocabulo significantur vita hominum carnis desideriis motibus subditorum, ita appellatione volucrum figurantur elatio mentium superborum. Et per iumenta quidem terreni homines per volucres vero demonia designentur. Unde in semina iuxta viam dominus dicit cecidisse subiunxit: Venerunt volucres celi et comederunt ea, nimirum per volucres signans aereas potestates. Sed ante viri (?) quia nec infima hominum exempla appetit nec immundorum secundum subtilitatem fallitur et super iumenta terre

xi

13

Propter superbiam virginitas perditur.

qui quicquid in iumentis potest ambiri
despiciant. Super volucres quoque celi · xxvj ·
erudit. sed qui omnes doctores spiritualis comprehendunt.

et super volucres celi intime eruditionis
ex[s]titit. Super iumenta enim terre
docti sunt, quia nichil in hac vita quod
perit appetunt. Super volucres celi eruditi
sunt, quia potestates aereas quas ad-
huc per carnis infirmitatem tolerant
iam vite meritis calcant. Paulus iam
Phi 3 super iumenta terre doctus fuerat dicens:
Multi enim ambulant, et paulo post:
quorum finis interitus est, quorum deus
venter est et gloria in confusione eorum
qui terrena sapiunt. Nostra autem con-
versacio in celis est. Et rursum super vo-
lucres celi eruditum se noverat, cum
dicebat: Nescitis quia angelos iu-
i cor dicabimus. Sub se iumenta cernebat,
vi to quia videlicet in terra adhuc positus
calcabat mores hominum qui in infi-
mis conversantur. Et rursum volatum
~~hominum~~ volucrum mitorum dignitate trans-
cenderat, quia subitus celestia
iudicaturum se angelos non ignora-
bat. In illis tumidorum infima, in istis
superborum summa calcabat. Mentes
quippe sanctorum transitoria cuncta despi-
ciunt, et subesse sibi quicquid superbit,
quicquid preterit contemplantur, et quasi
in quodam rerum vertice constituti, tanto
sibi omnia subesse conspiciunt, quanto
semetipsos verius auctori omnium sub-
dunt, atque inde cuncta transcendunt
unde creatori cunctorum veraci se humilitate
premunt. Dicit ergo: Qui docet nos
super iumenta terre et super volucres celi
erudit nos. Ac si diceret: Infirmus
pusillanimitate victus ista non dixi,
et ideo enim adversitatis temptacionem per-
tulit, quia tamquam illicita temporis hec cuncta
transeuncia nulla perfectione suspirant.
Minus enim vite adversa non perhorres-
cit, si perfectionis merito etiam secunda
calcavit. Sequitur: Ibi clamabunt et non
exaudiet propter superbiam malorum. Non
exaudiet, an propter superbiam malorum
clamabunt? Intelligi autem melius
potest, si non exaudire potius propter
malorum superbiam quam clamare referatur.
Nam si propter superbiam malorum clama-
bunt, superius iam dictum est eo usque

Ibi videlicet in tribulacione [illegible] ut
cecidit de gaudio spiritu est filii sua[illegible]
tuorum in [illegible] clamabunt ibi [illegible] unde [illegible]
propter dicat superbiam malorum

quo dicitur: Pre multitudine violen-
torum clamabunt. Aliquid ergo no-
bis hoc versu innuitur, quod paulo sub-
tilius attendatur. Quia sepe oppres-
si quidam dominum clamaverunt, exse-
quitur dum clamaverunt mereri audi-
ri, sed tamen eorum desideria propter op-
primentium superbiam differuntur. Iustus xiij R
quippe dominus et suos punit temporaliter
opprimi, et violentorum maliciam
nequitie angeri, ut dum horum
vita in purgacione teritur, illorum ne-
quicia consumetur. Plerumque vero
accidit ut iusti in tribulacione de-
prehensi superni solacium etiam temporaliter
percipiant, quod tamen temporaliter implorant. // no
Salvari enim non propter se, sed pro ad-
versariorum salute concupiscunt, ut
dum illos omnipotens deus ab irrue-
ntis periculis facto quodam miraculo
liberat, virtutem suam ipsis etiam
persecutoribus innotescat, atque inde
adversarios ad eternitatem revocat
unde suos temporaliter salvat. Sic propheta
quoque: Vocem meam suscipies, ait,
propter inimicos meos eripe me.
Ac si diceret: Propter me quidem eripi
de temporali tribulacione non appeto, sed
tu eripi propter adversarios concupisco,
ut dum me salvari mirabiliter
cernunt, per ipso miraculorum visu inimi-
corum duricia conteratur. Sicut ergo
sepe dominus suorum vitam temporaliter in
inimicorum conversione eripit, ita se-
pe suorum voces propter dampnacionem
reproborum non exaudit, ut videlicet
inde reatum suum cumulent, unde
prevaluisse se nequiter gaudent.
Nam qui invisibilia despiciunt
moveri nonnisi visibilibus
miraculis possunt. Et ideo cum iustis
plerumque nil nisi invisibiliter agitur,
quia eorum adversarii illuminari visi-
biliter non merentur. Dicit ergo: Ibi
clamabunt et non exaudiet propter
superbiam malorum. Ac si diceret: Re-
atus opprimencium voces audire pro-
hibet oppressorum, nec eripiuntur visi-
biliter iusti, quia salvari invisibiliter
non merentur iniusti. Unde recte etiam
per prophetam dicitur: Cum videris sapientes

morientes. simul insipiens et stultus
peribunt. Quos enim visibiliter mori
conspiciunt, invisibiliter vivere posse non
credunt, atque eo reatu infidelitatis
sue annullant quo visa morte
P. fidelium de eternitate desperant. Ig-
nolenti quoque inde deterius
deficiunt unde contra vitium mino-
rem exterius convalescunt. Tanto
quippe eos intima vitiis ease fortius
eicit, quanto eos contra suos
temporaliter quod volunt posse permittit.
Quisquis itaque bonorum vitam per-
sequitur, tunc peiori ultione damp-
natur cum nulla ei adversitate
resistitur. et tanto fortioris ire puni-
tionis subiacet cum perverse pro agit
nequitie compositum quia unde
vindicta superni medici adfuit
cum supplicia suadendo deserunt
cui hic in malo obviare contemp-
sit. Hinc enim per prophetam dominus di-
cit: Dimisi eos secundum desideria cordis
eorum. Ibunt in voluptatibus suis.
Hinc rursum dicitur: Non est virga
dei super illos. Hinc etiam de ipso
eorum capite scriptum est: Faciet et
pah on 18 prosperabitur. Hinc rursus de eodem
dicitur: Et dolus in manu eius
Dan 8 dirigetur. quia in hoc quod contra bonos
proposuit implere temporaliter nulla adver-
sitate prepeditur. Hinc rursus per
pv 1 Salomonem dicitur: Prosperitas stultorum
perdet illos. Manifeste quippe perdi-
tionis iudicium est quando affectatis
iniquitatibus subsequens famet
effectus, et nulla contrarietas impeditur
quod mens perversa concepit. Ita
sepe superiorum bonorum dum tardant
vota mutantur et dum difficulta-
tem perfectionis sentiunt, reatum
male actionis agnoscunt, et quibus
prius in viciis contradicitur vo-
lentes postmodum ex hoc quod
concepit auditum. Quia ergo
malos cum deserit dominus prava
libere permittit et tunc superborum
nequitia perficitur, inde etiam
longanimitas consumatur, dicitur
recte: Ibi clamabunt et non exau-
diet propter superbiam malorum. Sequitur: Neque
enim frustra exaudiet deus, et omnipotens
singulorum causas intuebitur. Nondum
quod duo sunt dicta, quia et clama-
tem non frustra audit et tamen quod
patitur respicit, et exaudire voces
dissimulat et quod unusquisque tolerat
non ignorat. Nemo ergo quem tardius
audit credat quod desupra cura negli-
gitur. Sepe enim nostra desideria quo celeri-
ter non fiunt, exaudiuntur, et completi citate
petimus ex ipsa tarditate melius
prosperantur. Sepe eo vox nostra perficitur
quo differtur, et cum superficietenus peti-
tio negligitur, vota nostra altius in co-
gitationum radice complentur. Sicut et
semina messium gelu pressa solidantur
et quo ad superficiem tardius exeunt
eo ad fruges multiplicatum consur-
gunt. Desideria itaque nostra dilatione
extenduntur ut proficiant, proficiunt ut
ad hoc quod perceptum sit convalescat.
Exercitia in certamine ut maioribus
cumulentur premiis, in retributione la-
bor protrahitur. Pugne ut crescat co-
rona victorie. Quos ergo dominus cito
velociter non exaudit quo repellere
creditur trahit. Intimus quippe est
medicus et pector in nobis contagia
que in ipse medullis repserat secat
abscidit vivus putredinis sed tribu-
egri lationis et quo voces audire dissi-
mulat eo egritudinis fine ponat.
Hinc enim per prophetam ait: Clamabo
per diem et non exaudies, et nocte et
non ad insipientiam michi. Ac si dicat
nequaquam michi ad insipientiam proficit
quod die ac nocte clamante me contra
die non exaudis, quia unde me
in temporali tribulatione quasi deseris inde
ad eternam sapientiam plenius erudis.
Hinc etiam dicitur: Adiutor in opportu-
nitatibus in tribulatione. Tribulationis quippe
decursus opportunitate prevenitur quia se-
pe et tribulatione conterimur, et tamen
opportunum non dum est ut ad deside-
rium ereptionis adiuvemur. Dicitur
ergo: Neque enim frustra audiet deus
et omnipotens singulorum causas intuebitur.
quia plerumque non multum ex ipsa

Regnum dampnationis facere malo libere quod quis credidit

mr d x di xA

z thos g qt ii b z r perlo

De tarditate exauditionis

adiutorii tarditate frangitur. Apte
subiungit: Etiam cum dixeris: Non
considerat; iudicare coram illo et
exspecta eum. Fortasse enim clamor
iur quasi negligitur, cum spes que
cordi inerat infirmatur, et superna
adiutoria et futura credimus, quia
tardius impetramus. Ac pene iam
desideratum deo esse ingemiscimus quod in
ultra toleramus. Sed cum ista nos de-
sperationis procella conturbat, circumspecta
mens citius in portum spei se col-
locat, si causas suas cum deo sub-
tilius pensat. Si bona eius ad me-
moriam revocat. Si mala que bonis
eius reddidit. Apud semetipsam
callide non excusat. Si perpendit quid
ab eo iuste meruit, et quid clementer
accepit. Si vitam suam vel vitia districte discutit,
si ante dei oculos quecumque agit ex
animus semetipsam non abscondit.
Si fatetur se que non erat meruit,
si illuminatam se atque sublevatam que
in tenebris iacebat agnoscit. Hec
ergo in semetipsa cuncta recolligens
dum bona accepta considerat, ad
usta que tolerat non causatur. Nec de-
speratione frangitur que tantorum mu-
nerum consolatione roboratur, quia
spem desiderius recipit, dum transac-
ta beneficia recognoscit. Dicitur itaque:
Etiam cum dixeris non considerat,
iudicare coram eo et exspecta eum.
Ac si dicat: Cum ideo deus non
considerare creditur, quia tarde miseretur,
intima cogitationis ingredere, atque
ibi coram oculis eius iudicium cau-
se tue suscipe, et que ipse vivendo
contulisti, vel que misericorditer percepi-
sti discute, et tunc ad spei fiduciam
redis. Dum bona tante benignitatis
erubescis, citius in eius adiutorio fidenter
exspectes. Que et post delicta primum
recolis, stupenda enim fiunt superna
adiutoria, etiam si iuncta beneficia precessissent. Sciendum quoque quia deus
homines quos benigne condidit, tamquam
non spernit. Pensandum igitur est quanti
est premii tam facta munera cernere

et futura desperare. Quanti est premii
si in hac procella tribulationum de-
sperationis naufragio frangimur,
qui ad portum spei velut in mensis
finibus preteritis donis ligamur.
Dicitur itaque recte: Iudicare coram
eo et exspecta eum. Nam semetipsum
coram deo non iudicat, cum dum
affligitur non exspectat. Cuius
enim bona precessisse dissimulat,
adiutoria subsequi posse desperat,
et cum preteritorum obliviscitur, etiam
subsequentium largitate frangitur.
Sed ecce dum nos affligimur,
dum consolationis gratiam longa-
nimiter sustinemus, multi ad pe-
iora proruunt, atque eo iniquitatis
exaggeratione perficiunt quo sine
ultione relinquuntur. Et tamen omnes XVII.
deus patientes misericorditer ex-
spectat, tempus ad penitentiam tri-
buit. Quod non conversis ad gra-
vioris reatus testimonium vertit.
Patienter iram retinet, quam
quandoque irretractabiliter effundit.
Unde subditur: Nunc enim non infert
furorem suum, nec ulciscitur valde
scelus. Nunc quippe omnes deus
tolerat, quia in perpetuum dampnat.
Et furorem nunc inferre dissimulat,
quia effundendum sine fine in
posterum servat. Electorum namque hic
e contrario est ut ad premia debeant
eterne hereditatis se erudire. Unde
est hic flagella percipere, quibus
servatur de eternitate gaudere. Hinc
enim scriptum est: Flagellat omnem
filium quem recipit. Hinc ad Iohannem
dicitur: Ego quos amo arguo
et castigo. Hinc Petrus ait:
Tempus est ut incipiat iudicium
de domo dei. Ubi mox adiun-
xit: Si autem primum a no-
bis, quis finis eorum qui
non credunt evangelio? Peccata quippe
nequiciamque dampna sceleris in-
ulta permanere permittit, sed ira
iudicii contra hic correptione
inchoat ut reproborum dampnatione

Margin: qui — Pr. 3 — Apok. 3 — 1 Pet. 4 — a vo:

Deus tarde affligit
quando meritum punit
18 in Registro
183 et 189

conquiescat/ Eant ergo nunc reprobi
et voluptatum suarum desideria tota
iugiter consumment/ atque eo tempora-
lia flagella non senciant. quo etiam
eos supplicia exspectant/ Bene
autem eorum culpa nequicia cham
peccante signata est/ cum per dicitur
Maledictus chanaan puer servus
erit fratribus suis/ Chanaan vide-
licet filius cham fuit/ Et quid
est quod cham peccante/ chanaan
filius eius suam ultionis acce-
pit. Quid est quod non in se sed
in posteritate percutitur/ nisi quod rep-
roborum nequicie hic quidem culpe
proficiunt. sed in posterum feriuntur. Dicatur
ergo/ Nunc enim non infert furo-
rem suum. nec ulciscitur valde sce-
lus/ Rotundum vero est. quod subi-
tulit valde/ quia etsi quedam
tolerat loquimur/ quedam tamen
etiam in hac vita flagellat Et
hic non nunquam ferire inchoat/ quod
etiam damnatione consummat
Ergo nonnulla percutit et non-
nunquam in culpa delinquit/ quia
si nulla resecaret. quis deum
humanas res curare crederet
Et nunquam si hic cuncta percuteret ex-
tremum iudicium unde restaret
Quedam ergo ferit ut rectoris
nostri super nos sollicitudinem for-
midemus/ quedam vero inulta ser-
vat. ut adhuc iudicium restare
senciamus/ Bene ergo dicitur Nec ul-
ciscitur valde scelus/ quia dum
exiguum quiddam de iniquitate
percutitur. in toto ipsis mentibus eius
iam iudicis sui ira preparat. Com-
namque hec ab helyu si recte di-
ceret/ Scit enim quod recte loqui debe-
at. sed cum loquatur ignorat vera
sunt namque que dixit. sed a beato
iob increpatoribus aliena. quia
tanto ille correptione non eguit.
quanto nec aliquid pusillanimitate
peccavit/ Sed quia iustis viris
solet occasio esse virtutum elacio
superborum occulto dei iudicio cum
beato iob agitur ut post flagella

penam eciam per verba arrogancium crucia-
retur. Ecce enim tanto magis a superbis iustus
despicitur. quanto gravitate intrinsecus
magistra resonet/ Nam helyu post
tot fortia se dixisse cognovit/ quid
elacionis gestaret aperuit atque beatum
iob alta de se senciendo despexit
dicens Ergo frustra iob aperit os
suum et absque sciencia verba multiplicat
Hec nimirum mentis beatum iob et mul-
tum asserit et multa dixisse. et cum
ipse que sentit loquatur inferius.
hunc devicto loquacitatis arguit
Sed hoc quoque proprium arrogancium valde
esse solet ut et pauca credant que ipsi
multa dixerit/ et multa credant
que ipsis pauca dicuntur/ Quia enim
sua semper dicere volunt. aliena au-
dire non possunt. vim se pati ex-
istimant. si ea que immoderate senciunt
immoderacius non effundunt/ Et quamvis
beatus iob ad eius verba tacuit helyu
tamen de locucione illius quam au-
dierat. cum iam in verbis inveni-
ret sibi exhibi tacitus eius silencium
possit/ atque ut ipse multa dicerent
illum verba multiplicasse confirmat
Nam ut et mox initium prolixe locu-
cionis exorsus est et quasi adhuc ni-
chil dixit nichilominus conatur unde
subditur Capitulum xxxvij

Addens quoque helyu etiam hec
locutus est Sustine me pau-
lulum et indicabo tibi/ Multa iam
dixerat et sustine adhuc paululum
precat. Quia videlicet arrogantes quique
se sapere in dictis preferri si aliquam
sua loquendi brevitate constringat
tanto enim semetipsos credunt docto-
res omnes quanto se potuerint multi-
plicitate loquacitatis aperire/ Sed quia
sepe sibi senciunt silencium reverenciam
non deferri/ dum non nunquam potencia
dequo quasi locuntur insinuant ac
sub precepta illius silencium sibi exigunt
quod nimine meruit. et dum spectatorem
dignum preferunt. auditum sibi exhibere
reverencia eius exigentes se student
magis unde qui illis sunt predicare
Unde helyu subiungit dicens/ Adhuc
enim habeo quod pro deo loquar/ Quia
vero non nunquam doctores sancti crebro rep-

c. 9

rectum dicitur

hac

Peccata reproborum sunt occasio virtutum electorum

petunt si qua obscurius dicunt, ut
que occulta proferunt auditorum cordibus
voce interrogationis infundant. Plerumque hoc
appetunt etiam arrogantes imitari
et insolenter ea que dixerint, non quod
auditorum cordibus insinuare se appetunt [applicat]
sed eorum iudicio velut eloquentes noscuntur. Unde Heliu subiungens
ait: Repetam scientiam meam a principio.
Sed quia ex novitate scientie tumor cordis
in voce claruerit arrogantis
aperte cognoscitur si non etiamnunc aliquo
velamine pallietur. Unde mox in occulta-
tione sue arrogantie dum iustitiam
submissius ait: Et operatorem meum
probabo iustum. Ut dum quasi pro divina
iustitia loquitur, aperte humana in-
dicta quedam arrogantie affluit ex-
cusetur. Sequitur: Vere enim absque men-
dacio sermones mei. Cum absurdius
auditoribus se intelligi non posse
conspiciunt, solent plerumque etiam iusti
laudare bona que dicunt, non quod
ipsi suis laudibus inhiant, sed quo
auditores suos ad audiendi solli-
citudinem accendant, ut que eorum
voce proferuntur ab illorum cordibus aude-
tiori affectu rapiantur. Unde Paulus
cum multa Corinthiis et multa dixisset
2 cor 6 admixit: Os nostrum patet ad vos o Co-
rinthii, cor nostrum dilatatum est. Sed arro-
gantes dum cor bonorum nesciunt
et solas aliquorum voces imitantur, offerunt
laudando que dicunt, non quod eis
torpor audientium displiceant, sed quod
sibi inhiant placeant, instructorum
voce imitantes per simulationem, sed vim
vocis ignorant. Videtur quod iusti profe-
runt, sed nesciunt quid requirunt.
Cum enim sancti doctores laude predi-
cationis exaltant quasi manum vocis
ab imis cogitationibus corda audien-
tium levant, et ex cursu velocius desi-
dentibus velut in itinere occurrunt
et tanto eam intelligentie amplexu
constringunt quanto illa et quasi prius
quam veniret voce laudantis amaverint.
Sed hoc ut dixi arrogantes nesciunt
quia cum foris est quod appetunt
quid sit intus desiderabile sentire
non possunt. De electorum quippe etiam
scriptum est: Omnis gloria eius filie
regum ab intus. Et sapientes vir- [act 23]
gines in vasis oleum portare refe-
runtur. Unde et sancti viri voce dicitur: Gloria [2 cor. 1]
nostra hec est testimonium conscientie nostre.
Arrogantes autem quia coram deo [conscientie sue testimonium non habent quia eam corrumpunt(?)]
hominibus testimonium vocis aliene quae-
runt, tunde repperiunt ipsi etiam in
imprudentia sui favoris erumpunt.
Si enim non inveniunt voces hominum
quas inhiant expectant, ipsi scientiam
suam laudatores predicant. Unde et Heliu
subdidit dicens: Et perfecta scientia pro-
babitur tibi. Nimirum sensit se ma-
gna dicturum, sed timenti corde hoc
quod de semetipso sublimiter estimavit
tacere non potuit. Et de certo quod nostram
sensit laudando protulit, quia
quidem divino iudicio reus esset
si magna de se saltem silendo
sensisset. Ante subtile enim veritatis
examen secundum omnino non sumus
etsi humano iudicio quod in nobis
reprehendi debeat non habemus.
Ita plerumque negligenter cogitationes
elatione pulsamur, qua tamen
tacentes premimus, sed nisi retrac-
tatione concita timor occultus
in ipso cubili cordis igne oritur
suffocaretur, coram districto iudice
omne instrumentum nostre actionis ex-
tinguit. Hinc ergo pensandum est
illa cordis elatio quanta anim-
adversione damnabitur que usque
ad audientiam vocis mittitur. Cum enim
hec est excusabilis que in corde
latenter oboritur, considerandum est XVIII
qualis intrinsecus regnat que
eo usque fructa est ut etiam foris
erumpere non erubescat. Heliu vero
quia magna sensit semetipsum
humiliter temperare nescivit. Scientie
celsitudinem tenuit, humilitatis gratiam
reliquit, et dum sequitur bonum
quo bene dicere appetunt, bonum
quo bene vivere potuisset amisit. Scientia
quippe inflat, caritas vero edificat.
Sed iam inde etiam dicit quod tacere
dicere ignorat, nam plerumque inflatis
animi cogitationes per verba elationis
exalant. Forte studium subdidit

dicens: Deus potentes non abicit,
cum ipse sit potens. In usu vite
mortalis quedam ex semetipsis sunt
noxia, quedam vero ex his que circa ipsa
consistunt. Ex semetipsis quedam sunt
noxia, sicut peccata atque flagicia. Que-
dam vero nobis non numquam
ex his que circa ipsa sunt nocent,
sicut temporalis potencia vel copula
carnalis coniugalis. Bonum namque
est coniugium, sed mala que sunt circa
illud ex hiis nimirum curam succre-
scunt. Unde Paulus ait: Qui autem
cum uxore est cogitat que sunt
mundi, quomodo placeat uxori.
Unde et quibusdam meliora providens
eos a coniugio revocat dicens:
Hoc autem dico non ut laqueum
vobis iniciam, sed ad id quod ho-
nestum est et quod facultatem prebeat
sine impedimento. Dum quoque tenetur
quod nocet, sicut sepe in modo
rum iter pergimus, et tamen orti iuxta
viam vepribus per vestimentum
retinetur. In via quidem munda
non offendimus, sed a latere nascitur
quo pungimur. Magna est enim
potencia temporalis, que habet apud
Deum meritum suum de bona
administracione regiminis. Non numquam
tamen eo ipse qui preeminet cete-
ris elacione cogitacionis intumes-
cit. et dum adsunt usui cuncta
subiacent, dum ad votum velo-
citer iussa complentur, dum omnes
subditi si qua bene gesta sunt
laudibus efferunt, male gestis
autem nulla auctoritate contradicunt,
dum plerumque laudant eciam quod
obiurgare debuerunt, seductus
ab hiis que infra subduntur
supra se animus extollitur. et dum
foris immenso favore circumdatur,
intus a veritate vacuatur atque ob-
litus sui in voces se spargit alie-
nas, talemque se credit qualem foris
audit, non qualem intus discernere
debuit, sed subiectos despicit, eos-
que equales sibi nec cognicione
non agnoscit, et quos sorte potestatis

excesserit, transcendisse se eciam vite
meritis credit, cunctis se estimat am-
plius sapere, quibus se videt amplius
posse. In quodam quippe se constituit
culmine apud semetipsum, et qui equa
ceteris nature condicione constringitur, ex equo
respicere ceteros dedignatur, sicque ad eius
similitudinem ducitur, de quo scriptum est:
Omne sublime videt, et ipse est rex | Iob 41
super omnes filios superbie. Et de eius
corpore dicitur: Generacio cuius excel-
si sunt oculi, et palpebre eius in | Ps 19
alta subrecte. Ad eius similitudinem
ducitur qui singulare culmen appetens
et socialem angelorum vitam despiciens
ait: Ascendam super altitudinem nubium | Ys 14
et similis ero altissimo. Miro ergo
iudicio intus foveam deiectionis
invenit dum foris se in culmine potestatis
extollit. Apostate quippe angelo
similis efficitur dum homo hominibus similis
esse dedignatur. Sic Saul ab humilitatis
merito in tumore superbie culmine po-
testatis excrevit. Per humilitatem quippe
prelatus est, per superbiam reprobatus, Domino
attestante qui ait: Nonne cum esses | I R 15
parvulus in oculis tuis, caput te con-
stitui in tribubus Israel? Parvulum se an-
te potestatem viderat, sed fultus temporali potestate se
parvulum non videbat. Ceterorum quippe
comparacione se pre cunctis magnum apud se
esse iudicabat. Miro autem modo cum
apud se parvulus, apud Dominum mag-
nus. Cum vero apud se magnus,
apud Dominum parvulus fuit. Magnos
nos dum apud nos esse prohibet propheta
dicens: Ve qui sapientes estis in ocu- | Ys 5
lis vestris et coram vobismetipsis
prudentes. Ne magni apud nos esse
debeamus Paulus nos admonet | R 12
dicens: Nolite prudentes esse apud
vosmetipsos. Plerumque ergo dum ex
subiectorum affluencia animus inflatur
in fluxum superbie ipso potencie fasti-
gio lenocinante corrumpitur. Sed aliud | viiii c
est quelibet bona non esse, aliud bona
benefacere nescire. Bona namque est ordine
suo potencia, sed cauta regentis
indiget vita. Igitur bene hanc exercet

1 Cor 7
Dominum obsecrandi. quod non nocet ex rebus non per se nocet quantum per ...

Uxoratus
Dux ...
Gesse
Imperator

Causa elationis est culpa

qui et retinere illam noverit et impugnare
Bene hanc exercet qui scit per illam super
culpas erigi sciat cum illa ceteris equa-
litate componi Humana etenim mens
plerumque extollitur etiam cum nulla
potestate fulciatur quanto magis in altum
se erigit cum se ei etiam potestas ad-
iungit Et tamen corrigendis etiam aliorum
viciis apta exercitatione parat Unde
et Paulum dicit Minister enim dei est
Ro 13 vindex in iram Cum ergo potestatis
temporalis ministerium suscipitur summa cura
vigilandum est ut sciat quisque et
sumere ex illa quod adiuvat et expug-
nare quod temptat et equalem
se cum illa ceteris credere et tamen se
peccantibus zelo ultionis preferre Quam
discretionem plenius cognoscimus si pa-
storis ecclesie exempla cernimus
Act 10 Petrus namque auctore deo ecclesie
principatum tenens bene agente Cornelio
et se se ei humiliter prosternente inmodera-
cius venerari recusavit seque illi similem
recognovit dicens Surge ne feceris
et ego ipse homo sum Sed cum Ananie
Act 5 et Saphire culpam reperit mox quanta
potencia super ceteros excrevisset ostendit
Verbo enim eorum vitam perculit quam
spiritu perscrutante deprehendit et summum
se intra ecclesiam contra peccata recoluit
quod honore sibi vehementer impenso
coram bene agentibus fratribus non
agnovit Illic communionem equalitatis
meruit sanctitatis actionis hic zelo
ultionis ius aperuit potestatis Paulus
2 cor 1 bene agentibus fratribus prelatum se nescie-
bat cum diceret Non quia dominamur
fidei vestre sed adiutores sumus gau-
dii vestri Atque illico adiunxit Fide enim
statis Ac si diceret Ideo non dominamur
fidei vestre quia fide statis Equales
enim sumus vobis ubi vos stare co-
gnoscimus Quasi prelatum se fratribus
Tess 2 nesciebat cum diceret Facti sumus parvuli
in medio vestrum nos autem servos vestros
per Christum Sed cum culpam que corrigi
debuisset invenit illico magistrum se re-
coluit dicens Quid vultis in virga
veniam ad vos Summus itaque locus
bene regitur cum is qui preest viciis potius

1 cor 4

Rectorum conditio
Greg. d. l. 21 c. p. ff

quam fratribus dominatur Rectores quippe
natura equales genuit ut autem alii
ad regendum aliis committit non
eos natura sed postponunt vicia
ergo se debent rectores erigere quo
ex causa prefuerunt et cum delinquen-
tes corrigunt sollicite attendant
ut per disciplinam culpas quidem
iure potestatis feriant sed per humilita-
tis custodiam equales se ipsis fratribus
qui corriguntur agnoscant Quamvis
plerumque etiam dignum est ut eos-
dem quos corrigimus tacita nobis
cogitatione preferamus Illorum namque
per nos vicia discipline vigore fe-
riuntur In his vero que ipsi committimus
nec verbi quidem ab aliquo increpatione laceramur — correctione
Tanto ergo apud dominum obligatio-
res sumus quanto apud homines
inulte peccamus Disciplina autem
nostra subditos tanto divino iudicio
liberiores reddit quanto hic eorum
culpas sine vindicta non deserit
Servanda itaque est et in corde hu-
militas et in opere disciplina Atque
inter hec solerter intuendum ne si
inmoderatius custoditur virtus
humilitatis solvantur iura regiminis
Et dum prelatus quisque plus se quam
decet deicit subditorum vitam
stringere sub discipline vinculo non
possit Teneamus ergo exterius — xix
quod pro aliorum utilitate suscepimus — v. teneamus
intus teneamus quod de nostra estimatione
sentimus Sed tamen decenter quibus-
dam erumpentibus signis tales
nos apud nos esse ipsi etiam qui
nobis commissi sunt non ignorent
ut de auctoritate nostra quod formident
videant et de humilitate quod imiten-
tur agnoscant Quamvis autem auctoritate
regiminis ad cor nostrum sollicite
redeamus et consideremus assidue
quod sumus equaliter cum ceteris
condita non quod temporaliter ceteris prelati
Potestas enim quanto exterius eminet
tanto premi intrinsecus debet ne cogita-
tionem vincat ne in delectationem sui
animum rapiat ne iam sub se mens
eam regere non possit cum se libi-
dini dominandi supposuit Bene

Rectore consideratio

David regum potencia regem nouerat qui elacionem eiusdem potencie semetipsum premendo vincebat dicens: Domine non est exaltatum cor meum. Reliquaque in eius humilitatis augmento subiungit, neque elati sunt oculi mei. Atque addidit: Neque ambulaui in magnis. Et adhuc semetipsum subtilissima consideracione discuciens ait: neque in mirabilibus super me. Omnes eciam cogitaciones suas a fundo cordis exhauriens subiungit dicens: Si non humiliter senciebam, sed exaltaui animam meam. Ecce humilitatis hostiam ab imo cordis oblatam crebro replicat, et iterum atque iterum confitendo offerre non cessat, et quasi multipliciter loquens iudici suo oculis ostentat. Quid est hoc, et quod istud sacrificium deo placere cognouerat, quod in conspectu eius tanta iteracione vocis immolabat, nisi quia victima esse superbia potentibus solet, et pene prosperis rebus affluentibus elacio peraccitur. Quia et honoris habundancia diuiciarum dat tumoris. Mirum vero est quod in cordibus sublimium regit humilitas mores. Unde pensandum est quia potentes quique cum humiliter sapiunt, culmen extraneae conquisitae loge posite virtutis attingunt. Frequenter hac virtute dominum quasi ocius placent, quia illud ei sacrificium potentes offerunt, quod potentes vix inuenire preualent. Subtilissima namque ars vincendi est culmen tenere, gloriam premere, esse quidem in potencia, sed potentem se esse nescire, ad largienda bona potentem se esse cognoscere, ad repetenda noxia omne quod potentum valet ignorare. Recte itaque de talibus dicitur: Deus potentes non abicit cum et ipse sit potens. Deum quippe imitari desiderat qui fastigium potencie alienis intentus vtilitatibus et non suis laudibus elatus administrat, cum prelatus ceteris prodesse ~~certis~~ non preesse. Tumoris

/appetit/

namque elacio non ordo potestatis in crimine est. Potenciam deus tribuit, elacionem vero potencie malicia nostre mentis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, et bona sunt que deo largiente possidemus. Quia enim nequaquam iusta potencia, sed actio praua dampnatur, apte subiungitur: Sed non saluat impios et iudicium pauperibus tribuit. Septima sacra plerumque pauperes humiles vocare consueuit. In textu cum adieccione spiritus nominantur cum dicitur: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Quia enim diuicie visibiliter potentes ostendunt, apud semetipsos pauperes sunt, qui elati in suis consciencijs non sunt. Eos vero impios vocat qui aut a fidei pietate disiuncti sunt, aut in hoc quod fideliter credunt prauis sibi moribus concordant. Quia ergo omnipotens deus malicie superbiam, non potencie celsitudinem dampnant. Postquam dictum est: Deus potentes non abicit cum ipse potens est, recte subiungitur: Sed non saluat impios et iudicium pauperibus tribuit, id est elatos destruit, humiles vero per iudicium liberos reddit. Vel certe iudicium pauperibus tribuit, quia hij qui nunc nequiter opprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos iudices veniunt. Due quippe sunt partes, electorum scilicet atque reproborum. Sed bini ordines eorundem singulis partibus continentur. Alij namque iudicantur et pereunt, alij non iudicantur et regnant. Alij non iudicantur et regnant. Iudicantur et pereunt ~~qui diuina~~ quibus diuina reclamacione dicitur: Esuriui et non dedistis michi manducare, sitiui et non dedistis michi potum, hospes eram et non collegistis me, nudus eram et non operuistis me, eger et in carcere et non visitastis me. Quibus premittitur: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Alij vero in extremo iudicio non iudicantur et pereunt, de quibus propheta ait: Non resurgunt impij in iudicio

Aug. in ser. +sepe

Morbus diuiciarum est superbia. Nam grandis animi est qui inter diuicias isto morbo non temptatur. Maior est quam diuicias qui eas contempnit.

Idem. Difficile est vt non sit superbus qui diues est. Tolle superbiam, diuicie non nocebunt.

Crisostomus. Diuiciarum sequela est superbia, ira, intemperancia, furor, insania. Job 36.

Generaliter diuicie inflant diuites, superbiam pariunt, inuidiam pariunt etc.

Potentes quandoque superbi fiunt.

+ iudicantur et pereunt Alij.

Quadruplex genus hominum in iudicio:
- Iudicantur et pereunt
- Non iudicantur et pereunt
- Iudicantur et regnant
- Non iudicantur et regnant

Jo 3 de quibus dominus dicit: Qui autem non credit iam iudicatus est. Et de quibus
Ro 2 Paulus dicit: Qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Resurgent vero etiam omnes infideles, sed ad tormentum, non ad iudicium. Non enim eorum tunc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cum damnatione sue infidelitatis accedunt. Professores vero fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur ut pereant. Qui vero fidei nec sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt, quia praeiudicati infidelitatis sue tenebris eius quem despexerant invectione redargui non merentur. Illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius fidei saltem verba tenuerunt; isti in damnatione sua etiam iudicis verba non percipiunt, quia eius reverentiam nec verbotenus servare voluerunt. Illi legaliter pereunt, qui sub lege positi peccaverunt; istis in perditione sua de lege nil dicitur, quia nichil hic conati sunt. Princeps namque terrenam rem publicam regens aliter punit civem intus delinquentem, aliter hostem exterius rebellantem. In illo iura sua consulit, eumque sub verbis digne invectionis addicit; contra hostem vero bellum movet, instrumenta perditionis exerit, dignaque eius malicie tormenta reddit; de malo vero eius quid lex habeat non requirit. Neque enim per legem necesse est perimi, qui per legem numquam potuit teneri. Ita ergo in extremo iudicio et legalis illum invectio perimit, qui ab eo quod professione tenuit actione declinavit; et iste sine iudicii invectione perimitur, qui legem fidei non tenuit. Ex parte vero alii iudicantur et regnant, qui vite maculas lacrimis tergunt, qui mala precedentia factis sequentibus redimentes, quicquid aliquando illicitum fecerant, ab oculis iudicis elemosinarum superductione cooperiunt. Quibus iudex veniens in dextra consistentibus dicit: Esurivi et dedisti mihi manducare, sitivi et dedisti mihi bibere, hospes eram et collegistis me, nudus et operuistis me, infirmus et visitastis me, in carcere eram et venistis ad me. Quibus protinus dicit: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi. Alii autem non iudicantur et regnant, qui etiam precepta legis perfectionis virtute transcendunt. Quia nequaquam hoc solum quod cunctis divina lex precipit implere contenti sunt, sed prestantiori desiderio plus exhibere appetunt quam preceptis generalibus audire potuerunt. Quibus dominica voce dicitur: Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et de quibus propheta ait: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et de quibus Salomon cum de sancte ecclesie sponso loqueretur intulit dicens: Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre. Hii itaque in extremo iudicio iudicant et regnant, quia cum auctore suo etiam iudices veniunt. Relinquentes quippe omnia plus per devotionem exsecuti sunt quam iuberi generaliter audierunt. Specialiter namque inspiratione perfectoribus et non omnibus dicitur hoc quod dives adolescens audivit: Vade, vende omnia que habes et da pauperibus, et veni et sequere me. Si enim sub hoc precepto cunctos iussio generaliter astringeret, culpe profecto esset aliquos de hoc mundo possidere. Sed aliud est quod per scripturam sanctam generaliter, perfectoribus imperatur. Hii ergo vite sub generali iudicio non tenentur, quia et precepta generalia vivendo vicerunt. Sicut enim non iudicati et pereunt qui suadente perfidia legem teneri contempserunt, ita non iudicati et regnant, qui suadente pietate etiam

[Right margin notes: Mt 19 — Ys 3 — Pv ult — xxi — Mt 19 — omnibus precipitur aliud quod specialiter]

Mt 27

uel tam generalia diuine legis precepta
perficiunt. Hinc est quod Paulus etiam
Gal. 5 specialia precepta transcendens plus opere
exhibuit quam in stitutione predicati-
onis accepit. Cum enim accepisset
ut euuangelium predicans, de euuangelio uiueret,
et euuangelium audientibus contulit,
et tamen euuangelii sumptibus sustentari
recusauit. Cur ergo iste iudicare
et regnare non merebitur, qui mandatum quod
accepit, sed maius quod uiueret in-
uenit. Dicatur igitur recte: Iudicium
pauperibus tribuit. Quia quanto
hoc in mundo magna humilitate
despecti sunt, tanto tunc accep-
tis sedibus maiori culmine po-
testatis excrescunt. Unde et sequitur:
Non aufert a iusto oculos suos,
et reges in solio collocat in perpetuum,
et illi eriguntur. Abstulisse enim
a iustis oculos suos fortasse deus
creditur, quia in iniustorum crudelita-
tibus hic sine uindicta laceratur,
sed famulos suos tunc magis re-
spicit, cum in iuste eos nescia
persequentis affligit. Uidens enim
quod hic humiliter tolerant, nimirum
iam prouidet quod illic eis uictor
dignitas rependet. Non enim aufert
a iusto oculos suos. Ecce iste
humiliter ingemiscit, ille superbit
et neglegenter floret. Iste cor con-
terit, ille se de gloria dignitatis
extollit. Horum ergo quis di-
uinis obtutibus longe est, qui
in iustitia pertulit, an qui uim
patientibus irrogauit, qui superna
gratia in tenebris meroris tenebras
tenuit, an qui inter exteriora
gaudia lumen iustitie in se amis-
sit. Bene autem sancti uiri scrip-
ture sacre testimonio reges uo-
cantur, quia positi cunctis motibus
carnis modo luxurie appetitum
frenant, modo auaritie estum
temperant, modo gloriam elationis
inclinant, modo suggestionis
labores obruunt, modo igne
furoris extinguunt. Reges ergo
sunt, quia temptationum suarum
motibus non consentiendo succumbe-
re, sed regendo preesse nouerunt. Quia igitur
ab hac potestate regiminis ad potestatem
transeunt retributionis, dicatur recte: Re-
ges in solio collocat in perpetuum. Se-
metipsos enim regendo ad tempus
fatigati sunt, sed in regni erectione
interne solio in perpetuum collocantur.
Et eo illic accipiunt alios digne iudi-
care, quo hic nesciunt sibimetipsis
neglegenter parcere. Hinc enim alias di-
citur: Donec iustitia conuertatur in iudicium.
2 cor. Paulus de se suisque comparibus dicit:
7 Ut nos efficeremur iustitia dei in ipso.
Iustitia ergo in iudicium uertitur, quia hii
qui nunc iuste atque irreprehensibiliter
uiuunt, tunc iudicandi potentiam nan-
ciscuntur. Hinc Laodicensi ecclesie dominus di-
Apo. cit: Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in
3 throno meo, sicut et ego uici et se-
di cum patre meo in throno eius.
Uincens dominus cum patre se sedisse as-
serit, quia post passionis certamina
post resurrectionis palmam clarius se omnibus
quod potestati patris esset equalis innotuit,
eique se non disparem calcato aculeo
mortis innotuit. Unde et Marie nec-
dum se credenti patri similem dicit:
Jo. Noli me tangere, nondum enim ascen-
20 di ad patrem meum. Nobis ergo
uere in throno filii sedere est, ex eiusdem
filii potestate iudicare, quia enim
iudicii principatum ex eius uirtute
percipimus, uelut in eius throno re-
sidemus. Sed nec ab horret a uero quod
alias super duodecim thronos uen-
turos testatur esse discipulos, hic
uero in throno suo perhibet esse ses-
suros. Per thronos quippe duodecim
uniuersale iudicium, per thronum uero
filii singulare culmen iudiciarie
potestatis ostenditur. Hoc ergo duodecim
thronis, quod uno throno filii de- xvij
signatur, quia uidelicet uniuersale iudicium
ex mediatoris uirtute in tenendo percipitur.
Dicatur ergo: Reges in solio collocat
in perpetuum. Apte autem in perpetuum sub-
dens quid dicit insinuat. Si enim

sedere in regni solio diceret nullatenus
imperium subdidisset. Quia quisquis
illud arripuit profecto non in eo tempore
tum sed temporaliter collocatur. Unde autem sub
didit: Et illic eriguntur. Ac si intentionem
audientis inveniret dicens: Qui hic
humiliati sunt illic eriguntur. Sanctis
namque viris iste locus humilitatis est
ut ille sit celsitudinis. Unde alias
scriptum est: Humiliasti nos in loco af
flictionis. Locus quippe afflictionis
est vita presens. Qui ergo ad eternam
patriam tendunt nunc semetipsos tem
poraliter in loco afflictionis deprimi
unt, ut tunc in loco gaudii veraciter
sublimentur. Sequitur: Et si fuerint in
cathenis et vinciantur funibus paupertatis,
indicabit eis opera eorum et scelera
9 eorum quia violenti fuerunt. Cathene
obligationis sunt ipsa adhuc rete
ntio peregrinationis. Ligatus se hys ca
thenis Paulus aspexerat cum dicebat:
Ph. 1 Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.
Paupertatis funibus se vinctum esse cerne
bat qui veras divicias intuens
eas etiam dispensabiles exorabat di
cens: Ut sciatis que sit spes voca
Eph. 1 tionis eius que divicie glorie hereditatis
eius in sanctis. Bene autem post ipsa sub
iungitur: Iudicabit eis opera eorum et sce
lera eorum quia violenti fuerunt.
Cum enim superna gloriam magis anima
de cognoscimus, tunc mala que egimus
graviora fuisse sentimus. Unde et
Paulus post percepta gratiam superiora
ea que studia virtutum crediderat fuis
se iam scelera cognoscebat dicens:
Thi. 1 Qui prius fui blasphemus et persecutor
et contumeliosus, sed misericordiam consecutus
sum quia ignorans feci in incredulitate.
Vel certe sed que michi fuerunt lucra
Ph. 3 hec arbitratus sum propter Christum detrimenta.
Unde et apte sequitur: Revelabit quoque
aurem eorum ut corripiat et loquetur ut
revertantur ab iniquitate. Aurem revelare
est intellectum cognitionis aperire. Reve
lata vero aure unusquisque corripitur
qui in virtutis etiam bonorum deside
rium percepit, et que male exstiterunt
perpetravit agnoscit. Potest vero in cathenis

et funibus paupertatis pena
temporalis afflictionis intelligi. Qua
sepe qui iubentis verba non au
diunt ferientis verberibus admo
nentur ut ad bona desideria saltem
pene trahat quos prima non in
vitavit. Unde per prophetam dicitur: In cha
mo et freno maxillas eorum con
stringe qui non approximant ad te.
Si vero etiam flagella despiciunt
constat nimirum quod tanto illic
graviora vindicte supplicia sen
tiunt quanto hic maioris providentie
gratiam calcant. Unde sequitur: Si au
dierint et observaverint complebunt q
dies suos in bono et annos suos
in gloria. Si autem non audierint tran
sibunt per gladium et consumentur in stul
ticia. Pro bonum vita acto, pro gloria
vero superna retributio designatur.
Qui ergo obedire preceptis ce
lestibus student dies suos in bono
complent et annos in gloria, quia
et temporum presentis tempus in recto opere
et consummationem suam perficiunt
felici retributione. Si vero non
audiunt transibunt per gladium
et consumentur stulticia, quia et
vindicta eos in retributione perimit
et finis in fatuitate concludit.
Sunt enim non nulli quos aperta
tis moribus nec tormenta compes
cunt, de quibus per prophetam dicitur: Percussisti
eos nec doluerunt, flagellasti Jer. 7
eos et renuerunt accipere disciplinam.
Et de quibus sub Babylonis
specie dicitur: Curavimus Babylonem
et non est sanata. Et de quibus
rursus dicit: In tefeci et perdidi
populum meum, et tamen a viis suis non
sunt reversi. Hii non nunquam de
teriores existunt ex verbere, quia pul
sati doloribus aut contumacia per
tinacie duriores existunt, aut
quod peius est in blasphemie etiam
ex asperitate prosiliunt. Unde ergo dicitur
quod per gladium transeunt et stulticia
consumuntur, quia peccata que flagellis
emendare debuerant flagellis
exaggerant. Et hic iam penas
percussionis sentiunt, et illic iuste

retributionis supplicia non evadunt.
Fatuitatis quippe stulticia est quod
illos sic iniquitatis obligat ut
a culpa eos nec pena compescat.
XXIIII B Sequitur. Simulatores et callidi
provocant iram dei. Cum simu-
latores diceret, apte subiunxit et
callidi, quia nisi ingenio calleat,
quod videri appetit simulare con-
gruenter non possunt. Sunt enim non-
nulla vicia que etiam a sensu
tardioribus facile perpetrantur. Elacione
namque intumescere, avaricie estibus
inhiare, luxurie pulsati succum-
bere, etiam quilibet obtusis sensibus potest.
Simulacionis vero falsitate exerceri nisi
qui subtilioris ingenii fuerit non
potest. Quisquis enim talis est ad
custodienda vel duo continua ob-
servacione dividitur. Ut callide no-
verit et occultare quod est, et
ostentare quod non est, et vera mala
premere, et bona falsa monstrare. Nec
se apte inhonor quod videtur extollere
atque ut maiorem gloriam teneant
sepe se simulant gloriam declinare.
Qui enim ante oculos hominum
sequendo eam apprehendere non potest
studet plerumque gloriam tenere
fugiendo. Hec itaque simplicibus
minime cognoscunt, quia si cognoscunt
iam simplices non sunt. Bene autem
dum diceret simulatores et callidi
non subdidit merentur sed provocant
iram dei. Mereri est enim nesci-
endo peccare, provocare vero est
mandatis illius sciendo contraire
Scire bonum sed despicere, facere pos-
se nec velle. Hii enim pervitate
nequicie intrinsecus tenebrescunt
et ostentacione iusticie superficie
dealbantur. Quibus voce dominica
dicitur: Ve vobis scribe et pharisei
ypocrite, quia similes estis sepulcris
dealbatis, ~~qui foris~~ apparetis
hominibus iusti, intus autem pleni
estis ypocrisi et iniquitate. Fo-
ris autem ostendendo fingunt quod vive-
do intus impugnant. Intus vero

mala cogitaciones exaggerant quod foris
aliud superducentes occultant. Ad distri-
ctum itaque iudicem excusacionem nimi-
rum de ignorancia habere non poterunt quia dum
ante oculos hominum eminere modum sancti-
tatis ostentant, ipsi sibi sunt testimonio
quia bene vivere non ignorant. Dicatur igitur
recte. Simulatores et callidi provocant
iram dei. Quid vero eos ad extremum
sequatur adiunxit dicens: Neque cla-
mabunt cum vincti fuerint. Omnis
iniquus qui cum iniquus sit, sanctus
videri appetit, et flagelli percussione
deprehensus, factum quod iniquus sit non
erubescit. Qui vero iniqua agens
humana de se iudicia sub specie sancti-
tatis intercipit, etiam cum flagello percu-
titur iniquum se prodere refugit, quia sanctus
videri consueverat. Si quando autem compellitur
coartatur, iniquum se vix superficietenus
confitetur, quia interna sua vera con-
fessione detegere confundit. Quasi
liberi vero sumus cum nulla correpcione
castigamur, sed vincimur cum cum flagel-
lo percussionis astringimur. Vincti igitur
tanto clamamus alcius, quanto in per-
cussione positi peccata nostra veracius
confitemur. Apud aures quippe dei
vox valida devota confessio est.
Quia ergo simulatores quosque etiam XXIIII
cum percussionis flagella corripiunt
ad confessionem simplicem non perducunt, con-
gnosci enim peccatores refugiunt, quia
sancti omnium opinione referebantur, quamvis
eos iam ad extremum flagella feriant,
quamvis duci se ad eterna supplicia
non ignorant, tales tamen cupiunt apud
humana iudicia remanere, quales se
studuerant semper ostendere. Deprehensi
etiam flagello percussionis exteriore quam
confessionem peccati vel affectu exercere negli-
gunt, sed vincti clamare contempnunt.
Bene ergo dicitur: Neque clamabunt cum
vincti fuerint. Quamvis hoc intelligi
etiam aliter potest. Omnis enim qui cum iniquus
sit, dici sanctus ab hominibus non pertime-
scit, et si in iniquum se tacita cogitacione
reprehendit, tamen dum sepius sanctum se au-
dire cepit, hoc quod de se intrinsecus

Mt 23
qui foris apparent
hominibus spe-
ciosa intus vero
plena sunt ossibus
mortuorum et omni
spurcicia. Ita et
vos foris quidem

tenebat amittit. Cor quippe extinus
fundit. et quia libenter foris falsum
de se testimonium recipit qualem se intus
habeat non requirit. Unde fit ut vanae
laudis fomenta etiam cum desinunt
quaerit et oblitus quod est appetat
videri quod non est. Igitur quique tales sunt
dum iustos se ante humana iudicia
simulant. dum actiones suas laudi-
bus dignas in tuentium oculis os-
tentant. occulta tamen eis iustitia agitur
ut quo intuentur foris alios fallere
eo de se intus etiam ipsi fallantur. Ita
omnem circa se sollicitae investiga-
tionis oculum perdunt. bona enim sua
districte et perscrutari dissimulant.
sed tales se esse quales audiunt putant.
Et ergo se esse non quia ita vivunt
sed quia ita dicuntur existimant. Sub-
tili autem dei iudicio semetipsos in-
tueri negligunt. quia fidem sui me-
riti in attestatione ponunt oris alieni.
Cum vero subita percussione feriuntur
iniquos se vel vanos fateri ut sicut
sunt deprehendere omnino non possunt. quia sanctos
se humani professione crediderunt. Unde
ergo dicitur. Neque clamabunt cum vincti
fuerint. Saepe enim vani tales se cum
supremum iudicem venire confidunt.
quales se hominibus innotuisse con-
gnoscunt. Sed quia ipsos inferi nec infernalia
tormenta deprehendunt et dum testi-
monium falsae laudis accipiunt reme-
dium verae confessionis amittunt. Et tamen
vincti dicuntur et non clamant quia
humanae laudis importunitate
superati sanctos se inferi et tamen ipsi prius
moriuntur putant. Quibus bene per
prophetam dicitur. Redite ad cor praevarica-
18 tores. Si enim ad cor rediret per ex-
26 terioris attestationis verba se non diffu-
derent. Nam quid vicinius est nobis
corde nostro. Quid vicinius est nobis
ea re quae intra nos est. et tamen
cum pravas cogitationes spargitur
quos cor nostrum longius evagatur.
Longe ergo propheta praevaricatores mit-
tit. cum eos ad cor suum redire com-
pellit. quia quo se extinus fundit
eo ad se unde possit redire vix in-

venit. Hac iam non simulator mens
pro eo quod ab una aeternitatis intentione
dividitur. cogitationum multiplicium
inundatione vastatur. Recte subin-
gitur. Morietur in tempestate anima eorum. xxv
Quasi in tranquillo namque videbatur
vivere cum desideriis curreret lau-
de gaudens. Sed tempestate eorum
anima moritur quae humanae laudis
pessima tranquillitate letabatur.
Plerumque subito inopinata tempes-
tas omne quod aer serenum blan-
ditur immutat. et eo periculosa
vitari non potest. quo nec potuit
praevideri. Unde quoque ... simulatores
qui vitae suae custodiam negligunt
in tempestate mori referuntur. Hic
quippe eos turbo subitus in tene-
bris percussionis enecat. quos arrogantia
ex tumore favoris extollit. Et dum
amplectuntur in laude quod non sunt
repente in veniet in ultione quod
fiunt. Unde autem per Salomonem dicitur. · Pu 21 ·
Quomodo probatur in conflatorio
argentum. et in fornace aurum.
Sic probatur homo ore laudantis.
Laus quippe sua iustos cruciat.
iniquos exaltat. sed iustos dum
cruciat purgat. iniquos dum leti-
ficat reprobos monstrat. Isti enim
sua laude pascuntur. qui auctoris
sui gloriam non quaerunt. Illi ante
qui auctoris gloriam quaerunt
sua laude cruciantur. ne non sit
intus quod foris dicitur. ne si vera est quod
dicitur. ante oculos dei ipsis favoribus quod.
vacuetur. ne humana laus robur
mentis enervet. et quae in sui
dilectione prosternat. et quae admone-
ri debet esse augendi operis in
retributione sit laboris. Cum vero
sua praeconia in dei laude tendere
sentiunt. ea etiam desiderabiliter am-
plectuntur. Scriptum namque est. Videant Mt 5
opera vestra bona et glorificent pa-
trem vestrum qui in caelis est. Quando
se ergo hominibus faciunt. quoties
in se aliquid quo deus cognos- =
citur ostendunt. quia non student

mse humanam laudem infigere
s. querunt eam ipse melius ad auc
torem glorie pertransire/ arrogantes
aut humanis laudibus mollia
corda prestituunt. quia sine ama
toribus corrupit/ De quibus alias
dicitur Erunt homines seipsos ama
tes/ Apte vero hic de hac eorum
corruptione subiungitur Et vita eorum
inter effeminatos/ Si enim viriliter
viverent/ laus transitoria nulla
eos corruptione vinceret Unde
electis propheta persuadet dicens Viri
liter agite et confortetur cor vestrum
Dicens enim viriliter agite/ Dum con
fortetur cor vestrum/ sub didit illud
quasi sexum cordis immutare
curavit/ Luxuriosa quippe mens
corrumpitur si rebus transitoriis
delectatur/ Igitur simulatorum vita inter
effeminatos moritur. quia laudis
luxuria corrupta respicit/ Transla
cione vero alia non habet: vita eorum
inter effeminatos. sed vita eorum vul
neratur ab angelis/ Utrique tamen
translatione discrepat. valde con
cordat/ Quia effeminatorum vita
angeli vulnerant/ dum mecum vita
tis eam iaculis sancte predicationis
impugnant/ Quia igitur de punitione
reproborum quid agitur audivimus/
De ereptione humilium quid sequitur
audiamus/ Eripiet pauperem de an
gustia sua/ Pauper de angustia
sua eripitur. cum unusquisque humilis
de hac peregrinationis sue afflictione
liberatur/ Nam et assiduis hic tribu
lationibus premitur. ut ad requiem
vere consolationis et gaudium provocetur.
Et revelabit in tribulatione aurem
eius/ Aurem in tribulatione revela
re est. auditum cordis verberum pla
gis aperire/ Cum enim precepta de
spicimus pia districtione nobiscum
agitur ut flagella timeamus/ Au
rem itaque tribulatio cordis a
perit/ quam sepe mundi huius pro
speritas claudit Per Salomonem namque

dicitur Aversio parvulorum interficiet eos et
prosperitas stultorum perdet illos Sequitur
Igitur salvabit te de ore angustie
latissime/ Omnis qui vitium mentis
deserit in peccatorum se tenebris de
icit et se ipsum quasi in puteum vel
in foveam mergit/ Si vero divina
correctione eciam consuetudine in
iquitatis opprimitur ne ad superiora pos
sit exsurgere. quasi angusto ore pu
tei coartatur/ Unde David propheta sub
specie penitentium exorat dicens Non
me demergat tempestas aque
neque absorbeat me profundum. neque
urgeat super me puteus os suum
Quem enim mali operis iniquitas a
bona stabilitate commovit quasi tem
pestas aque rapuit/ sed si adhuc
consuetudine non prevaluit non dum se
Iam in puteum cecidit/ qui hoc quod
divina lex prohibet perpetravit/ Sed si
adhuc longa consuetudo non depres
sit/ nequaquam puteus os suum co
angustavit/ Tanto ergo facilius
egreditur quanto minori consuetudine
coartatur/ Unde propheta Jeremias dum
iudeam longa consuetudine in iniquitatis
obrutam fuisse conspiceret. in lamentis
suis sub eius specie semetipsum deplo
rat dicens Lapsa est in lacu vita
mea/ et posuit lapidem super me
Lapis non superponitur cum etiam diuturna
consuetudine mens in peccato devo
ratur/ ut et si velit exsurgere iam ut
cumque non possit. quia moles desuper
male consuetudinis premit/ Sed quia
divine potentie subiacet et post an
gustiam prave consuetudinis ad bone
actionis amplitudinem revocatur idcirco
dicitur Salvabit te de ore angusto la
tissime/ Latissime quippe de ore an
gusto salvatur/ qui et post iniquitatis
ingenium ad libertatem boni operis peniten
do redditur/ Quedam namque quasi
coartati oris angustia est ab experi
mente mala consuetudine exsurgere
velle nec posse/ Iam quidem deside
rio ad superna tendere/ sed adhuc actu

+ In lacu quippe vita labitur cum labe
iniquitatis inquinatur

Gregorius de Regula c. x
Dum ulcionis iracundia
bellis peste tumultu
vel delinquentes corripit
viam dei pergere cogit

Ezech. 6

in infimis remanere. Pravo corde nec tamen sequitur opere. atque in semetipso contradictionem patitur ex semetipso. Cum vero iam tendens anima magnum gratie exaltationis adiuvatur ab angusto ore ad latitudinem pervenit. quia iam difficultatibus opera bona perficit que concupiscit. David propheta conclusionem angusti oris conspexerat cum dicebat. Salvum fecisti de necessitatibus animam meam. nec conclusisti me in manibus inimici. Latissime autem salvationem sonorat cum subdit dicens. Statuisti in loco spacioso pedes meos. In spacioso quippe loco pedes stabiliti sunt. cum ad cognicionem bona tendimus et nulla difficultate prepedimur. Quasi enim plateam loci quo volumus pergimus. quia nullis obiectis difficultatibus angustamur. Sed hec Helyu recte diceret si beato Iob eius sententia conveniret. pro culpa enim flagellatum credidit. et ideo in os angustum eum cecidisse indicavit. quo enim eum validioribus plagis afflictum. eo districtioribus credidit iniquitatibus pergravari. Profecto nesciens quod flagella eius essent augmenta meriti non pena peccati. Cum vero eum in os angustum cecidisse fatetur. adhuc quod latius exsequitur in quanta Iob profunditate teneatur dicens

Et non habentis fundamentum subter se.

Omne peccatum fundamentum non habet. quia non ex propria natura subsistit. Malum quippe sine substantia est. quod tamen utcumque sit in bono iam collectum. Igitur os angustum nullum subter se dicitur habere fundamentum. quia peccatum in statu subsistendi ius non habet proprium. Quia vero a fundo dicitur fundamentum. possumus etiam fundamentum profundo positum non inconvenienter accipere. Sicut audivimus abissus dicitur. et tamen plerumque ipsa profunditas nomine designatur. Cum ergo diceret os angustum expleri profundi voragine volens subdidit Et non habentis fundamentum subter se. Quem enim recipit iniquitas in finis absorbet.

Infimus vero recte fundamentum non habere creditur. quia quisquis ab illo rapitur in immensum devoratur. Immensum namque eius explere latitudinem propheta volens ait Dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino. Sicut ergo sine termino dilatatus dicitur quia ad se plurimos trahit. Ita sine fundo altus non incongrue creditur. quia eos quos in se suscipit. quasi in quadam abysso sine infinitatis absorbet. Itaque cum dicit Salvabit te de ore angusto latissimo Apte subiunxit et non habentis fundamentum subter se. Ac si diceret De ore angusto salvabit quod subter fundamentum non habet. Quia enim peccatum tendit ad infernum. quem a peccato salvat de ore angusto liberat. Quem vero de angusto ore eripit ab infinito profundo subducit. Quod nimirum intelligi etiam aliter potest. Nam sicut quis in puteo mergitur puteique fundo retinetur. Ita corruens in quodam fundi loco consisteret anima. si semel lapsa maligna se peccati mensura retineret. Sed cum peccato in quo labitur non potest esse contenta. semper cotidie ad deteriora deicitur. quasi in putheo quo cecidit fundum non invenit quo figatur. Esset enim fundus putei. si finis mensura peccati. Unde bene alias dicitur Peccator cum venerit in profundum malorum contempnit. Redire namque dissimulat. et misereri sibi posse desperat. Sed cum desperando amplius et amplius peccat. quasi puteo suo fundum subtrahit. ne ubi retineri possit inveniat. Sequitur. Requies autem mense tue erit plena pinguedine.

Requies mense est refectio sacietatis interne. que pinguedine plena dicitur. quia interne voluptatis delectatione saciatur. hinc inter epulas esuriebat propheta cum diceret

nb 7

Ps. 18

xxvii R.

Saciabor dum manifestabitur
gloria tua. hnius mense epulas
siciebat dicens. Sitiuit anima
mea ad deum viuum. quando veniam
et apparebo ante faciem dei. Helyu
itaque inbeato iob talia verba et
non volens retribucione consolari
quod iure ei debebatur exinanis, ex
semetipso quasi contrario premittit
dicens. Requies autem mense tue
plena erit pinguedine. Sequitur
Causa tua quasi impii iudicata
est. iudiciumque recipies. Bonorum
causa iusticia est. quorum causa
quasi impii iudicatur quia eorum ius-
ticia hic patrio flagello fatigatur
vt ampliore vigilancia non solum
preceptione mandatorum. sed etiam uber-
percussione doceatur. Sed causam
iudiciumque recipiunt. quia ex ea
iusticia qua modo viuunt. tunc
in culmine iudicandi proficiunt. eminus
testante. Ut tanto tunc potencius
cuncta iudicent. quanto nunc in
eis subtilius cuncta iudicatur. Hec
helyu quasi noua responsione in-
tulit. que beatus iob semper credendo
stabiliter tenuit. Habent profecto
hec propria omnes arrogantes. vt
et mala inerentes exaggerent. et
si quod forsitan bonum dicunt. hoc
velut incognitum proferunt. Sic fit
vt etiam doctores se docere aude-
ant. quia videlicet scire se talia
solos putant. Cum vero ad aliqua
consolacionis verba descendunt. statim
vicisse se estimant. et per consolacionis
ministerium appetitum quasi quandam sibi in-
genium reformant. Ut qui absconso
dure blandientes visi sunt ex-
orta subito in crepacione timeantur.
Unde et mox helyu subdidit dicens
Non te ergo superet ira vt aliquem
opprimas. nec multitudo donorum in-
clinet te. Depone magnitudinem
tuam absque tribulacione. et omnes
robustos fortitudine. Ne protrahas
noctem. vt ascendant populi pro
eis. Caue ne declines ad iniqui-
tatem. hanc enim cepisti sequi post
miseriam. Inplerisque codicibus donorum
in paucis vero sed antiquioribus locorum inve-
nimus. Sed quia exposicione in dignus
sibi dicatur Nec multitudo donorum in-
clinet te. hoc magis exponi placuit
quod cum difficultate aliquantula
videtur aperire. Hec autem contra elacionis
verba sunt. ipse qui ea format. tu-
mor ondit. Sed quia helyu arro-
gancium. et beatum iob typum electorum
tenere diximus. si ea subtilius dis-
cuciamus. etiam intra sancte ecclesiam quod
arrogantibus congruat demonstramus.
Sancti viri aliena opera etiam parua
mirantur. sua etiam magna despiciunt.
At contra arrogantes aliena etiam
magna despiciunt. sua vel que parua
sunt admirantur. Et plerumque de suis
malis bona estimant. de alienis autem
bonis mala sentire non cessant. Ita
dum propriam gloriam querunt preciose
student. vt quidquid est intus ab aliis
agitur. iniquitatis nota lacet. et bone
pondus actionis vertitur in maliciam nimis
Sepe enim cum vident ab ecclesia
districte prauos corrigi quos querunt
iniuste in nocentes affligi. et rigore
discipline eius committit appella-
cione nequicie. Unde helyu signanter
arrogancium formas beatum iob quasi ammonens
ait. Non te ergo superet ira vt aliquem
opprimas. Arrogantes enim ire motum
deputant quidquid astra etiam geritur
censura discipline. Et quia humane
laudis appetitu benigni student
semper apparere. nullos censent distric-
cionis seueritate corrigendos. Unde et a
bonis rectoribus sicut superius dictum est
oppressum estimant quos in vitos cum
auctoris cohercent. Ductorem autem suo
quia in cunctis mundi partibus sancta
ecclesia culmine religionis excreuit. xviij
hanc tamen temporalem potentiam quam quidem
bene vtitur. obtrectando in viciu
elacionis inflectunt. Unde helyu sub-
iunxit dicens. Nec multitudo loco-
rum inclinet te. At si eidem eccle-
sie humilitatem magis in preceptis consumatam
arrogancium voce dicitur. Quia vbique

fidei reuerencia coleris, time ne eius-
dem reuerencie fastibus extollaris
Quosdam quippe conspicimus, qui
sub religionis obtentu vicio elacionis
intumescunt, et quod in quibusdam
iure reprehendunt, hoc in ipsis ad cri-
men omnium pertrahunt, nequaquam
videlicet perpendentes quod sunt recta qui
et despicientes noverint presentia tempora-
lia regere, et amantes eterna plenis
desideriis expectare. et dispensatione
pietatis accepte page, et humiliter
causa curam suscepti regiminis ne-
gligunt, nec tamen in occasione
regiminis tenus humilitas intumescat
Et si quidam fortasse intra ipsam
sunt, qui non dei sed sue glorie sub
religionis pretextu deserviunt, student
tamen eos aut si valent districte corrigere,
aut si non valent exhibitive tolerare,
et vel corrigendo illos quasi filios a-
plectitur, vel tolerando quasi ab hostibus
exercetur. Scit namque quod per eorum superbiam
laceratur vita iustorum. scit quod tenus crimen
extenditur quicquid talium pravitate per-
catur, sed nocturnum aliena crimina contemni
sustinere metuit. quanto etiam pluribus sanctum
talia tolerasse cognoscit. De illo
quippe scriptum est, Et cum iniquis depu-
tatus est. De illo iterum dicitur
languores nostros ipse tulit, et dolores
ipse portavit. Sunt ergo arrogantes
et estimacione proximorum vitam mordent
innocentem. Scit electorum ecclesia et illorum
ficta et horum vera tolerare, scit pravorum
mentes tolerando convertere
qui et si converti nequiverint eorum
tamen ignominiam exhibitive suffert.
Pendit quippe quia ad dignitatem eius
proximum proficit, quod ex eorum foris virtutis
despicitur. quorum et intus vita laceratur.
Respondit nunc quod non ait, nec multitudo
locorum extollat te, sed ait, nec multitudo
locorum inclinet te. Omnis enim qui
temporaliter extollitur eo ipso quo extol-
litur inclinatur. quia cum se exterius
inclinat, interius cadit. Heliu ita
quasi cursum cordis in elacione in tres

ait. Nec multitudo locorum inclinet
te. Ac si voce arrogantium sancte
ecclesie dicet, Cave ne si virtutis
venustate extolleris ab intima
intencione convertaris. Sequitur. Depo-
ne magnitudinem tuam absque tri-
bulacione et omnes robustos ~~abs~~
fortitudine. Quos alios sancte
ecclesie robustos accipimus. nisi eos
qui ad vincenda huius mundi
desideria et ceptis sublimibus
et consummatis pro virtutibus conva-
lescunt. Magnitudo itaque eius
in robustorum suorum vita consistit
quia tunc gloriosior redditur
cum pro defensione veritatis ad mor-
tem usque ab electis ~~fine~~ illius
constanti virtute certatur. Arrogantes
autem viri subductis dehinc modo
aptis, subductis ad superna viribus
quia fortasse doctores valen-
cioresque propositos huiusmodi desse con-
spiciunt. quasi solos se remain-
sisse intra ecclesiam suspicantur. Un-
de in se proferunt. ei velut consulen-
tes illudunt dicentes Depone
magnitudinem tuam absque tribulacione
et omnes robustos fortitudine
Ac si aperte ex pravitatibus dicant
nequaquam te hic magnitudine con-
fidas. quia subductis fortibus
patribus. iam non habes dignorum
vitam gloriosam. Dicunt ergo perfecto hec
nescientes, quia omnipotens deus
ecclesiam suam digna sine ad-
ministracione non deserit. nam
cum fortes ad premium vocat
eorum vite debiles ad certamina
roborat. et cum illos suscipiendo
remunerat, istis laborum vires
quas remunerat subministrat. De
quibus eidem sancte ecclesie dicitur
Patribus tuis nati sunt tibi filii
constitues eos principes super omnem
terram. In virtute quippe antiquorum
patrum. hii qui postmodum prelati sunt
subrogantur. Quia et cum annosa
arbusta succiduntur in eorum robur
tenera virgulta succrescunt.

iste ministri custodire ut rex humiliter

Deus ecclesiam non relinquit

Sed arrogantes viri convalescere non credunt, quos infirmos aliquando noverunt, et promotos veniam despiciunt quos despicabiles fuisse meminerunt. Quia vero in ea minores paucos, et quos autem maiores aspiciunt, sicut et in tritura frumenti maior est multitudo palearum. Ita etiam iustorum meritum ex minorum estimacione conceperunt. Vident profecto quod non nulli rectores illius temporali potestate subnixi eiusdem potestatis elacione pascuntur. Vident quod religionis reverenciam qua hunc mundo prius moriendo deseruerunt, hic exaltando in terrenis gaudiis metiuntur et perpendunt quidem quia robusta sunt sed non fortitudine. Nam dum temporali potestate fulciuntur quasi quadam debilitate roborantur. Quanto enim extrinsecus fortes sunt tanto a veris fortitudinis viribus evanescunt. Et ideo ab arrogantibus ei dicitur: Depone robustos fortitudine. Ac si aperte dicat: Illi tibi vacat robusti inhaeserunt qui in te hoc quod docendo locuti sunt vivendo tenuerunt. Nunc vero hii qui tibi president visione robusti sunt non fortitudine. Quia honorabiles quidem ostentare se non desinunt, sed tanto inbecilliores et contemptibiliores sunt, quanto honoris sui gloriam despici pravitate pertimescunt. Et arrogantes quidem de plerisque vacare senciunt, sed eo in elacionis vicium corruunt, quo omnes quos preesse conspiciunt tales arbitrantur. Neque enim debent plurimorum malum reddere in estimacionem cunctorum. Quia et si iniqui sunt quos cognoscentes dum dicunt, non nulli tamen sancti sunt quos ignorant. Triture quippe tempus est et adhuc grana sub paleis latent. Nullus ergo ex area fructus expectabitur si hoc solum in ea esse creditur quod superficietenus videtur. Igitur quia quos cernunt despiciunt et in antiquorum patrum ordinibus hos quos noverunt subrogare decernunt, aperte subiungitur: Ne protrahas noctem ut ascendant populi pro eis. Ac si aperte arrogantes dicat: Ignorantie tue obscuritate non agas ut in loco fortium imbecillitate subroges infirmorum. Populi quippe nomine designantur qui a vulgari consuetudine dediti in cunctis que appetunt passim vivunt. Noctem vero protrahere est ut probitatis populi ascendat per negligenciam agitur, ut doctorum fortium loca indocti ac debiles sortiantur. Populi pro eis ascendunt, cum hii qui inique vivere ~~[struck]~~ didicerunt pastorum loca percipiunt. Quod recte quidem dici poterat si humiliter diceretur. Arrogantes enim viri etiam cum bona admonent superstitionis sue vicium exercent. Nam plerumque sicut et superius dictum est increpando ferire appetunt quos compellendo refovere. Unde et mox subiungitur: Cave ne declines ad iniquitatem. Hanc enim ~~[struck]~~ cepisti sequi post miseriam. Hoc profecto arrogantes ecclesie miseriam vocant, quod despectam deo eius multitudinem suspicantur, et eo illam altiori elacione contempnunt, quo despectam adeo funditus suspicantur. Huius igitur figuralis expositione transcursis, iam nunc inferenda sunt que moraliter senciuntur. Ut figura ecclesie cognita quam expressam generaliter credimus, audiamus etiam quid ex huius verbis singulis specialiter colligamus. Ait namque: Non te ergo superet ira ut aliquem opprimas. Omnis persone recte est aliena vicia corrigere, semetipsum debet prius solerter intueri, ne dum aliorum culpas ulciscitur, ipse inlacessendi furore superetur. Plerumque enim mentem sub obtentu iusticie ire immanitas vastat, et dum quasi sancti zelo rectitudinis rabiem explet furoris, iustum se facere existimat quidquid ira nequissima dictat. Unde et modum sepe ulciscendi transgreditur, quia mensura iusticie

xxix

Regis ... 1. 26 138.

Correccio debet iram fugere et in seipso ...

non frenat. Dignum quippe est ut dum
aliena corrigimus prius ira mitiga-
mur, ut prius mens a sua deferveat
accensione, prius intra semetipsam
zeli sui impetum tranquilla equitate
componat, ne si ad animadvertenda vi-
cia abrupto furore trahimur, peccata
corripiendo peccemus. Et quam culpam
vindicando insequimur, inmoderate
feriendo faciamus. Non autem ira
concepto delinquit, sed magis oppressio
sequitur, si in ultione ira ultra quam
culpa meretur extenditur. In correptione
quippe vitiorum sub esse debet menti
iracundia, non preesse, ut executionem
iustitie non dampnando preveniat, sed
famulando subsequatur, et modum
medicine possessa impleat, non pretereat.
Bene itaque dicitur: Non te superet
ira ut aliquem opprimas. Quia vide-
licet si is qui corrigere nititur ira su-
peratur, opprimit antequam corrigat. Nam
dum plus quam decet accenditur, sub iuste
ultionis obtentu ad inhumanitatem
crudelitatis effrenatur. Quod plerumque
idcirco evenit, quia corda rectorum
minus amori sunt soli creato-
ris intenta. Nam dum multa in
hac vita appetunt, et in multis cogi-
tationibus dispergitur. Et cum subito
subditorum culpas reperiunt, digne
cum deo eas iudicare nequeunt, quia
corda sua in curis transitoriis sparsa
ad discretionis culmen colligere repente
non possunt. Commoti ergo tanto minus
ad ulciscenda peccata libram equitatis in-
veniunt, quanto eam tranquillitatis sue
tempore non requirunt. Unde cum Helyu di-
ceret: Non te superet ira ut aliquem op-
primas, quibus easdem causis iniusti-
tie superantes exprimeret, illico ad-
iunxit: Nec multitudo locorum declinet
te. In tot quippe locis inclinamur
in quot supervacuis curis extendi-
mur. Nam sicut locus est corporis
spatium corporale, ita locus est mentis
unaqueque intentio cogitationis. Que

dum huc illucque impellitur, si de-
lectatione aliqua cogitationis sue
libenter occupatur, velut in quodam
loco ponitur ut quiescat. Ita quo-
ties victi tedio a cogitatione in
cogitationem ducimur, quasi fessa
mente de loco ad locum migramus.
Tot itaque loca culmine mentis in-
clinant, quot suborte cogitatio-
nes unitatem bone intentionis
dissipant. Recta mens staret si non
se in variis motibus fluxa inmu-
tabilitate prosterneret. Recta etenim
mens staret si uni cui debue-
rat cogitationi semper inhereret. Sed
dum nunc ista pertractat, nunc
ad alia labitur, quasi per locorum mul-
titudinem a statu sue rectitudinis
inclinatur. Et dum per plura se ten-
dit, a bono cui inherere debuit
intentione se deicit. Cuius tamen
mutabilitatis usus exprimens per
variacionis vicem iam quasi in
naturam venit. Ita cum stare a-
nimus in semetipso nititur, a se-
metipso aliquo modo etiam nesci-
endo dirimitur. Humana namque
anima ab unaquaque re cui in-
tendit, fastidio impellente removetur.
Sed dum in diversa cogitanda ap-
petit, et repente cogitata fasti-
dit, docet ut aliunde pendeat
que quolibet posita non requiescit.
Ad illum quippe suspensa est
a quo formata. Et quia ad deum
solum appetendum facta est, omne
autem quod infra appetit minus
est, iure ei non sufficit quod deus
non est. Hinc est quod huc illucque
spargimur, et ab unaquaque re di-
ximus fastidio impellente remo-
nemur, delectationis vero avida spiri-
tus quo pascet. Unum vero quod suf-
ficienter habere potuit amisit. Unde
nunc per multa ducitur, ut quia unita-
te rerum non potest, saltem varietate
satietur. Sancti autem viri quia intima
se observatione custodiunt, ne ab
intentione sua mutabiliter

dissoluatur et quia idem est appetitui
ad cogitationem qua deum diligunt
se solerter astringunt. In contempla
tione itaque creatoris hoc acceptum
sunt ut una semper stabilitate me
tis perfruantur. nulla eos tunc mu
tabilitas dissipat. quia scilicet
eorum cogitatio sibimetipsi indissiliter
sp perseuerat, hoc ergo nunc cum labore
conantes imitantur. quod post immi
ne gaudentes accipiunt. Qui se
ipsa immutabilitati iam tunc amo
ris astrinxerat cum dicebat.
Unam petii a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini.
Huic paulus unitati intentionis
Phi 3 adheserat dicens. Unum autem que
retro oblitus ad ea que ante sunt
extentus sequor ad palmam
superne vocationis christi. Nam si quid
in eorum corde humanitus dissilit
mox hec discussio severa restrin
git. Et cum quasi per lubricum cogi
tatio labitur inveniri mox coher
tione refrenatur. Unde fit ut se
semper mentem continue colligunt
7 in una quam omnibus prevalet cogitatione
componant. Quia igitur statum mentis
cogitationum mutabilitate carentem
vere ab heliu dicitur. Nec magnitu
do locorum inclinet te. Sed sepe
xxxi r dum iusti viri animus in ipsa inten
tionis sue arce consistit, dum ab
omni mutabilitatis sparsione se
colligit. dum quicquid in se super
flue oboritur premit, ipsa sue recti
tudinis gloria tangitur et tumore
ipse perfectionis elevatur. Qui enim
magna agit quamvis de se humilia
sentiat, scit tamen magna esse
que agit, nam si magna esse
nesciat, ea procul dubio minime cus
todit. Que dum custodire ne
gligit aut in eis minus proficit
aut ea funditus amittit. Dum
ergo bona nostra opera sciri necesse
est, ut custodiamus ex ipsa cogni
tione elationis aditus panditur

et ad operantis cor culpe manus ad
mittitur qua vastante rapiatur. Mira
autem dispensatione agitur ut conditor
noster sublevatum prosperis cum subita
concuti temptatione permittat quatinus se
metipsum in infirmitate verius videat
et ab eo quem de virtutibus sumpserat
iam se inspecto meliore elationis fas
tu descendat. Unde et nunc bene subditur.
Depone magnitudinem absque tribula
tione et omnes robustos fortitu
dine. Robusti quippe sunt motus
cordis, cum nulla nisi quod virtutis
sunt sentiunt. Sed magnitudine et ro
bustos motus deponimus quando
prevalente vitio cogimur pensare
quid sumus qui iam non de virtute
attollimur sed in culpa consentiendo ob
ruimur de ipsa qua quatimur infirmitate
formidamus. Multum namque de se
animus confidit qui sibi ad votum
vires suppetere conspicit. Iam sibi
fiduciam securitatis arrogat iam se
ydoneum etiam ad cuncta virtutum
culmina que sola cogitatione conce
perit putat. Sed cum hunc temp
tatio subito oborta transfixerit
eas que nunc de virtutibus fuerant
elationis cogitationes funditus turbat.
Quasi securam quippe urbem inopina
tus hostis ingreditur et repentino
gladio superborum civium colla ferit.
Nichil ergo tunc nisi gemitus luctus
agitur. Dum capta urbe animi
imaginatorum suorum gloria sede in
tremiscente vacuatur. Unde nunc dicitur
Depone magnitudinem tuam absque
tribulatione et omnes robustos for
titudine. Ac si aperte diceret. Omne
quod intrinsecus de bona actione
intumueris reprime. et cordis mo
tus quos ex tuo ope robustos ha
bueris depone, quia cum in ipsa
adversitatis temptatione consideres
quid frustra de te prius magna elatus
estimabas. Que videlicet magnitudo
idcirco absque tribulatione deponenda

dicitur quia nimirum cum per temptationem humilitas perficiatur prospera est ipsi adversitas que mentem ab elatione custodit. Sed tamen sine magna tribulatione non agitur cum tranquilla mens imminente temptatione quasi repentino fe ste turbatur. Ipsa namque temptationis adversitas dum se menti inserit quasdam in illa tenebras gignit eamque obscuritas sue amaritudinis turbat que aperit se dudum intuitu dulcedinis irradiante claruerat. Unde et apte subiungitur:

xxvi Neque protrahas noctem ut ascendant populi pro eis. Nox quippe protrahitur cum sub orta de temptatione tristitia consolatione cito non finitur. Nox protrahitur quia meror animum confusis cogitationibus elongatur. Nam dum mens posita in temptatione considerat quod aut intus sue pristina soliditate repellitur superductis meroribus quasi quibusdam tenebris tegitur atque ab omni luce gaudii eius oculus etiam deprimitur dum sollicita trepidat ne hoc quod esse dudum ceperat funditus amittat. Unde et bene dicitur quod in hac nocte probusti pro illis ascendant. Quia videlicet in hoc merore temptationis prorumpentis motibus cogitationes indigne et multiplices in corde prosiliunt. Nam dum se in perturbatione conspicit iam pene amisisse fluctus quos fuerat, in se in minores tumultusque concitatur, modo tranquillitatem suam quam perdidit dolet, modo nequaquam ad pristina opera conversat pertimescit, modo in quo culmine steterit meminit, modo in quo vitiorum profundo per delectationem iaceat attendit, modo ad resumendas vires se reparat, modo se eas posse resumere quasi victus fluctibusque desperat. Cum ergo super adductam mentem tam multiplices cogitationes producunt, hanc quasi in noctem populi consurgentes premunt. Quos nimirum pro illis non per se sed per divine protectionis auxilium propheta subigere posse perspexerit cum dicebat: Protector meus et in ipso sperabo subiciens populos sub me. Hos quippe mentibus pro illis subiguntur cum ab eis per districte severitatis proterias cogitationes stulte dissiliunt, ut non per abrupta fantasmatum rapiantur sed intentione subdite a corde humilitatis conquiescunt. Quia ergo positus in temptatione animus qui de se in prosperis maiora presumebat tumultus spei desperationis tolerabat, recte nunc dicitur: Ne protrahas noctem ut ascendant populi pro eis. Ac si aperte diceretur: In temptatione deprehensus eciam tenebris meroris invade ne qui in tranquillitate de te alta sensisse in perturbatione quosque debitis cogitationum te caligine confundas. Quod recte Helyu diceret si tunc cum diceret sciret. Nam beato Iob tanto minus congruunt quanto ab illo omnia alcius sciunt. Quia vero ut sepe diximus arrogantes dum presumunt docere quos non debent usque ad contumeliosa increpationis verba dilabuntur, subdit: Cave ne declines ad iniquitatem. Hanc enim cepisti sequi post miseriam. In iniquitatem post miseriam sequitur qui post mala que pro correctione sustinet fervens corde in impatientie se facibus inflammat. Quod beatum Iob perpetrasse Helyu credidit quia inter flagella positum liberis eum vocibus audivit, videlicet nesciens quia omne quod dixit non hoc de iniquitate impatientie sed de virtute veritatis protulit, qui ab interni iudicis sententia nec cum se iustificaret erravit. Sed considerandum valde est quo eum dicit: Ne declines ad iniquitatem, protinus subdidit: Hanc cepisti sequi post miseriam. // de eadem iniquitate Quod dum ad eam declinare vetat de ea protinus quasi ad quam declinatum iam fuerat dampnat. // ubi est hoc Nisi quod arrogantes viri plus videri iudices quam consolatores volunt

Unde et nonnumquam ea districtius
sententiis feriunt que nata in corde
suppriment, et priusquam etiam fit culpa
delinquentem perferunt in verecundia dis-
tricta verborum. Et cum per sermonem per-
cutiunt quod pereat quod feriant. Quamvis
et iusti viri plerumque pravis et
occultis cogitacionibus arguendis
obviant. Sed dum easdem co-
gitaciones aliqua que perimunt
opera demonstrant, plerumque abun-
dantium suorum cordibus ea vicia
que necdum perpetrata sunt manu
correpcionis eradicant, sed iam
illa subsequi conspiciunt ex aliis
que precedunt. Sicut enim cor-
porales medici quasdam egritu-
dines iam venisse inveniunt,
quasdam vero ne veniant medentur,
Ita doctores sancti aliqua in vita
vulnera saluti restituunt, aliqua
autem agunt in mentibus ne vulnerentur.
In quibus hoc plerumque intuendum
est, quia sicut certa plerumque cum
asperitate redarguunt, ita incertis
viciis cum tranquillitate contra-
dicunt. Certa ferientes incre-
pant, incerta punientes de-
vitant. Quia quia arrogantes
viri discretionis regulam nesciunt
sinuarum suarum mentibus sit nota
sic incognita, sicut certa sic
etiam incerta confingunt. Unde
nunc ab Helyu dicitur: Cave ne
declines ad iniquitatem. Hanc
enim cepisti sequi post miseriam.
Quia vero ea que in mixta sunt
longiori allegatione protrahuntur
isto libello hunc finem constringimus
ne immoderacius extendamur.

Caput lib.

Liber xxvii

Quisquis de magnis dictis
arrogantem simile scienciam
intuetur, prudenter solerter debet, ne hoc
quod eorum sciencia altum timet
imitetur, ne cum intentum verbis
morum vicia colligat, et in eo
quod loquendi noticiam assequitur vive-
ndi se in pravitate transfigat. Nos vero
quam cum fortia dicere audimus, sed tamen
de dictis fortibus timere conspicimus
quasi doctrine artes in grossi. De spinis
rosas attingimus. Discretam ergo sol-
licitudine nobis opus est, et carpe-
re quod redolet, et cavere quod pungit,
ne si fortasse imprudenter dictorum flos
legitur, incaute legentis manus mor-
su spina laceret. Helyu itaque doctus et
arrogans profert aliquid quod oleat,
aliquid quod pungat. Sic igitur sume-
ndum est de eius doctrina quod fragrat,
ut tamen sollicitate cavendum sit
de elacione quod vulnerat. Cum multa
quidem superius moralis intulit, sed
in verbis sequentibus ad ea se prophetie
archana sustulit. Ima enim iam
moralitatis deserit, et prophetie summa
conscendit, nec mirandum quod vir
1 reg arrogans impleri spiritu prophetico potuit
10 tum simul etiam in numero prophetarum fuit.
Sed hoc de Saule cur dicimus, cum
ex visione angeli accepisse verba
vocabilia et asinam noverimus. Sed
Num 22 sicut irracionabile animal verba
vocabilia edidit, nec tamen ad
pronunciacionem humane racionis accessit. Ita se-
pe quibusdam indignis sancta verba per
prophetie spiritum accepit, sed tamen ad per-
mendacium sitiunt gloriam non pungit
ut et super se loquendo se moveant et
infra se vivendo torpescant. Unde
nunc Helyu redemptoris nostri adven-
tum humilem non humilis conspicit,
et eum prophetando predicat quem elatis
moribus impugnat dicens: Ecce
Deus excelsus in fortitudine sua
et nullus ei similis in legislatoribus.
Ac si dicat: Quia humilis videbitur
in infirmitate, excelsus manet in
fortitudine. Paulo hoc etiam attes-
tante qui ait: Nam et si crucifixus
est ex infirmitate, sed vivit ex virtute
Dei. Deo nostre subiungitur: Nullus
ei similis in legislatoribus. Legisla-
tor Moyses, legislator Iosue, legisla-
tores etiam prophete, legislatores

z con ult.

cunctos dicere possumus quos ex lege
amonuisse prophetas scimus. Sed hunc
mediatori in legislatoribus similis
nullus est, quia isti quanto vocati
ex peccatis ad innocentiam ~~venerunt~~ rede
ierunt et ab hiis que in semetipsis
experti sunt predicando alios redu
cunt. Redemptor autem noster homo
sine peccato est, filius sine adoptione,
nec perpetravit unquam quod redar
guit, et sic mundo ex humanitate lo
quitur, ut tamen eadem mundi [illegible]
[illegible] hunc mediatorem dei et hominum quon
dam legislatoribus similem fuisse
crediderint. Nam requirenti quem
dicunt homines esse filium hominis
Responderunt discipuli dicentes: Alii Iohannem
baptistam, alii Heliam, alii Jeremiam
aut unum ex prophetis. Sed nimirum
petro quam excelsius in fortitudine
cet apparuit, cum eum [illegible]
ens a legislatorum equalitate distinxit
dicens: Tu es christus filius dei vivi.
4 Unde recte de illo sponsa in canticis
canticorum dicit: In lectulo meo per noc
tes quesivi quem diligit anima mea,
quesivi illum et non inveni. Et pau
lo post: Invenerunt me vigiles qui
custodiunt civitatem. De quibus rursus
7. dicit: Vulneraverunt me, tulerunt pallium
meum. Hinc predicationis verbis et
celestis amoris spiritualis vulneravit.
iiij Num quem diligit anima mea vidistis?
id Paululum cum pertransissem eos inveni
quem diligit anima mea. Dilectus
namque per noctes in lectulo queritur, quia in
tanta secreta cordis cubicula in tribu
lacione spiritus desideratur, quem tamen
querens sponsa non invenit, quia electa
quaeque anima iam quidem amoris
eius facibus flagrat, et adhuc ei
sua negatur species, ut amatus desi
derium crescat, et quasi inspecta aqua
subtrahitur ut eiusdem sitis estus
augeatur, et quo hunc diucius
siciens desiderat, eo amplius cum invenit
aviditate sumat. Sed hanc quaeren
tem vigiles inveniunt, eamque
vulnerant et eius pallium tollunt.
Quia unaquaeque anima redemp
toris sui speciem iam requirentes
sollicitati doctores inveniunt, quos
iterum percontatur, et si quod ei
adhuc de vetusta conversatione
tegmine inest subtrahunt, ut
quo exuta ab hiis mundi onere
redditur, eo is qui queritur absolu
tius inveniatur. Bene autem
subditur: Paululum cum pertransissem
eos inveni quem diligit anima
mea, quia visionis eius inops
anima, nisi [illegible] estima
tione, nisi [illegible] celsitudine,
nisi cunctorum hominum mensuram
transcenderet, eum qui est super homines
non inveniret. Transire ergo
est vigiles, etiam eos esse minores
aliam eius comparatione postponere,
et tunc is quem quaerebatur cernitur,
si homo quidem sed tamen extra
mensuram hominum credatur. Hinc nunc
bene dicitur: Nullus ei similis in legisla
toribus, sed is videlicet qui per infirmitatem
carnis nostre obtutibus apparens
dum alios vocat, alios reprobat,
mira iudicia exhibuit, que a nobis
excogitari possunt, comprehendi non Jo 9
possunt. Ait namque: In iudicium
ego in hunc mundum missus sum
ut qui non vident videant, et qui
vident ceci fiant. Et rursum: Con
fiteor tibi pater domine celi et terre Mt. 11
quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus et revelasti ea
parvulis. In quibus nimirum
iudiciis iudeam repellit, genti
litatis aggregatur. Quod videlicet
satis mirari possumus, sed perscru
tari investigare valemus. Unde
et bene nunc ab helyu dicitur: Quis
poterit scrutari vias eius? aut
dicere operatus es iniquitatem?
Ac si aperte dicat: Cum perscrutari

actio non potest, quo pacto repre
hendi possit. Nemo enim bene iudicat
quod ignorat. Tanto ergo debemus
sub eius iudiciis silendo quiescere
quanto rationem iudiciorum illius nos
cernimus non videre. Unde et bene sub
ditur: Memento quod ignores opus
eius, de quo cecinerunt viri. In
scriptura aliquando viri angeli, aliquando
autem perfecte vite homines vocantur.
Nam quia aliquando vir angelus
dicitur, Daniel propheta testatur qui
9 ait: Ecce vir Gabriel. Et rursum
quia virorum nomine perfecte vite
homines exprimuntur, in proverbiis sa
8 pientia loquitur dicens: O viri
ad vos clamito. De quo viri
cecinerunt, cum eius nobis potestatem
vel supernus spiritus vel perfecti quique
doctores innotescunt, sed tamen
opus eius ignoratur, quia nimirum
iudicia eius ipsi etiam qui hec
predicant, impenetrabilia venerantur.
Et sciunt ergo que predicant
et tamen eius opera ignorant, quia
cognoscunt per gratiam eum a quo
facti sunt, sed eius iudicia com
prehendere nequeunt, que ab eo eti
am superioribus fiunt. Et quod n.
omnipotens deus perspicue sua ac
tione non tenetur, psalmista testatur
dicens: Iudicia tua abyssus multa.
Atque iterum: Abyssus sicut pallium
amictus eius. Unde bene etiam per
Salomonem dicitur: Sicut ignoras que
Eccl^s 11 sit via spiritus et qua ratione com
pingantur ossa in ventre pregnantis,
sic nescis opera dei qui fabrica
tor est omnium. Ut enim unum e mul
tis loquar: Duo adhuc lucem
parvuli veniunt, sed uni datur ut
ad redemptionem per baptisma red
deat, alter ante subtrahitur quam
hunc regenerationis unda perfundat.
Et sepe fidelium filius sine fide
rapitur, sepe infidelium concessio
fidei sacramento renovatur. Sed
fortasse aliquis dicat quod hunc

Iudicia dei sunt occulta

deus actum pravitatis eius etiam post bap
tisma noverat, ideo eum ad baptisma
tis gratiam non perduxit. Quod si ita est, parvu
lorum quorumdam procul dubio sunt que nondum sunt
perpetrata puniuntur. Et quis ista recte
sentiens dixerit, quia omnipotens deus
qui malorum perpetratis facinoribus liberat
hic in aliis etiam non perpetrata condem
nat. Occulta itaque sunt eius iudicia,
et quanto ob sua altitudine nesciunt comprehendi,
tanto debent humilitate venerari. Di
catur ergo: Memento quod ignores opus
eius, de quo cecinerunt viri. Ac
si aperte diceret: De quo fortes quique
locuti sunt, eius opera tue mentis
oculis absconduntur, quia mensuram tue
notitie conspicis quo humilitate circum
scriberis tuserit. Sequitur: Omnes
homines vident eum, unusquisque
intuetur procul. Omnis homo in ipso
quo rationalis est conditus debet
ex ratione colligere eum qui se con
didit deum esse. Quem nimirum
iam videre est dicationem illius ratio
cinando conspicere. Cum vero dictum
sit: Omnes homines vident eum, recte
subiungitur: Unusquisque intuetur procul.
Procul quippe intueri est non iam
illum perspicere, sed adhuc ex co
la operum suorum admiratione pensare.
Procul illum hic etiam electi conspi
ciunt, quia nec dum claritatem
illius pavore intime visionis ap
prehendunt. Qui et si iam pavore
minores sunt, adhuc tamen ab illo
eterne in habitationis pondere disiun
guntur. Et quamvis ei bene vivendo
inhereant, a contemplationis eius specie
longe esse suspirant. Quem nimirum
reprobi etiam cum in iudicio veni
ente viderint, procul intuentur, quia
non eum in divinitatis forma, sed
in sola qua et comprehendi poterit
humanitate conspicient. Quia videlicet
eorum oculos radiatu tunc ad me
moriam sua mala gesta reverberant,
et dum eius humanitate vident

Vir

tuus diuinitatis claritate no uidet
miro modo ab eius visione quem
conspiciunt longe fiunt/ Sz cu dr
Memento q ignores opus eius
de deinde subiungit/ Omnes hoies
vident eum/ Quem sicut diximus
vide est/ transcendente omnia eius
eenciam/ ex racone collige/ valde
mirandu est q et ipsum cuimus et
opus eius ignoramus/ Dubii quippe
de eius essentia no sumus et tamen
i eius iudiciis in certi remanemus
Patz nobis qd sumu est/ abscondit
quod minimi/ Omnius quippe sunt
eius opa quu ipe et agente cuimus
sed r rone/ s ratone caligamus
Cuia videlz cur quid fiat i certu
est/ s quis sit qui hec incerta fa
ciat incertu no est/ Dicatur ergo
Memento qd ignores opus eius
de quo cecinerunt viri omes homines
vident eum/ vnusquisqz intuetur
procul/ Cuia enim omnis iudicia nu
me comphendimus esse precedam vi
demus/ quem tamen adhuc procul
cuimus quia ab eius fortitudine
nubilo infirmitatis nre separamur
Sequitur Ecce deus magnus vincens
sciam nram/ Supius dixit Ecce
deus excelsus/ Nunc itm dicit Ecce
deus magnus/ Quid est qd de deo
loquens/ ecce dicit/ et ecce repetit/ nisi
q ecce dicimus de ea re qua presenti
intuemur/ Et quia deus ubiqz pns
est/ cum d illo ecce dicitur etiam
nobis no videnatz ad ee incom
Bene aut eum vincere nram sciam
narrat/ quem videri ab hominibus
dixerat/ quia et si ex rone conspicit
magnitudo tamen illius nulla
nri sensus subtilitate penetratur
Quid quid namqz de claritate eius
magnitudinis sciamus infra ipm
e/ et tanto ab eius scia longe pel
limur quanto eius potm nos comp
hendisse suspicamur/ Nam quamvis in
altum mens nra rapitur eius tum
magnitudis immensitate transcendit
tum tunc aliquid quasi ex parte
cognoscimus qui enim digne con
gnosce no posse sentimus/ Se
Numerus annorum eius i estimabilis/
dicit ut cuncqz de etnitate voluit
et ipsum etnitatis longitudinem
annos vocauit/ Cuius eum bre
uitate tpis dilatare volumus
momenta p horis/ horas p dies
dies p menses/ menses p annos
extendimus/ Quia ampliu quid
dam dicere voluit/ s quid diceret
locutus no inuenit/ i deo annos
sine estimatione nun multiplicat
dicens/ Numerus annorum eius
in estimabilis/ ut dum ea que
apud se sunt plixa multiplicat
etnitatis longitudinem se metiri
no posse infirmitas humana
cognoscat/ Tende itaqz oculu
i etnitate ut videas deum
vel qui est a principio vel quousqz
i nusqm finis supior ei esse no
incipit/ nusqm finis inferior
quia esse no desinit/ Intra
ipm omnia coangustat ipe vo
circa omnia sine spacio exten
ditur/ sine loco dilatatur/ Ecce cun
ta que facta sunt ea ipa creati
ne conditione qua creata st supiori
et inferiori fine cingunt/ lege n
sua quia esse incipiunt festinat
no esse/ s queda mirabiliter
acceperunt ut quamvis ea finis
supior inchoat finis tamen i
ferior no constringat et licet
esse incipiant ee tam ppetuu
no desistat/ Hor vo etnitas
id circo sine est etnitati dissilis
quia etiam ee ceperunt/ Cum ad
extrema pspicimus hor finem
qui omnino deest no comphen
dimus/ eoru tum inicia cuimus
tum mente retro reuocamus
et dum meis in fin supiusqz
am ducimus/ no capimus ordo
quousqz sunt s videmus ergo
deus aut quia quasi quoddam
i eo p etnitate longu e/ q nec
initio oritur nec fine terminatur
nec ex quo insemetipso recipit
nec quousqz/ Dicitur ergo Nus
annorum eius inestimabilis

P hoc ergo quod unus annorum illius
dicitur. diuturnum eius esse ostenditur.
P hoc uero quod inestimabilis numero-
rum. hoc ipso esse infinitum
et incomprehensibile demonstratur. Sed
quia humanis mentibus innotes-
cit aliquatenus deum. omnes homines
vident eum. et quia magnitudinem
eius admirantur eminus. deum
annorum illius numerus inestimabilis
habetur. Restat iam ut etiam quid
agat audiamus. Sequitur. Qui
aufert stellas pluvie et effundit
ymbres ad instar gurgitum
Duo in hac vita sunt genera iusto-
rum. unum vero bene viventium
sed minime docentium. Aliud vero
recte viventium et eadem recta docen-
tium. Sicut et in celi facie alie
stelle prodeunt. quibus nulle plu-
vie subsecuntur. alie prodeunt que
arentem terram magnis ymbri-
bus infundant. Igitur quociens in
sancta ecclesia recte quidam vivunt
sed tamen predicare eadem rectitu-
dine nesciunt. Stelle quidem
sunt sed in siccitate aeris nate.
quia per exempla boni vivendi
lucere ceteris possunt sed predica-
tionis ymbrem pluvie nequeunt.
Cum vero recta quidam et recte
vivunt. et aliis eandem rectitudinem
verbo predicacionis infundunt. quasi
ad proferendas pluvias stelle in
celum prodeunt. quia sic vite sue
meritis lucent. ut etiam sermone
predicacionis pluant. An non in hoc
celo astrum pluvie moyses
extitit. qui cum desuper emi-
cuit corda peccantium quasi arentem
inferius terram sacre exortacionis
pluvia ad ubertatem germinis in-
fudit. An non ysaias astrum
pluvie ortus est. qui eo quod
lucem vite prebens terrenitatis sic-
citatem infidelium predicando com-
minacione rigavit. An non Jeremias

Nam cum prophetas abstulit corpus [illegible]
deus duplex [illegible] quem in plenitudine
gurgitum pluebat per quem [illegible]
antiquis patribus [illegible] legis predicator

et ceteri velut in celo posita astra
pluvie fuerunt. qui in predicacionis cul-
mine erecti dum sinceritate sanctitatis
lucere in opere visi sunt. etiam verborum
guttis ob certaciones humanas pectora
rigando perfuderunt. quos videlicet cum
ab hac corruptibili carne susceptos.
quia ex presenti vita superna iudicia abs-
tulerunt. quasi a celi facie stelle pluvie
subtrahuntur. et ad occultum astra
redeunt. dum pactis suis consilii
secreti amme [illegible] dispositionis
in tempore recedunt. Sed quia terra
arescit si subductis stellis pluvie
superna funditus fluenta cessaret
recte dicitur. Qui aufert stellas plu-
vie et effundit ymbres ad instar
gurgitum ymbres fudit. Quia dum
predicatores legis ad secreta et intima
retulit. predicta sequentium uberior ymbris
predicacionis emanavit. Possunt quoque
per stellas pluvie sancti apostoli designari
de quibus iudee reprobate per Jeremiam
dicitur. Prohibite sunt stelle pluviarum
et serotinus ymber non fuit. Stellas
ergo pluvie deus abstraxit. atque
instar gurgitum ymbres fudit. quia
cum iudeam predicatores apostolos abstu-
lit. doctrina nove gratie mundum rigavit.
Quod utrumque sensum recte potest non incon-
veniens intelligi. quia cum solutis
corporibus ad secretum superiorum sinum
apostolorum animas retulit. quasi a celi
facie pluvie stellas abscondit. Sed
ablatis stellis pluvie et more gur-
gitum ymbres dedit. quia etiam
reductis ad superna apostolis per expositorum
sapientum linguas. fluenta divine scien-
tie abscondita largiori effusione
patefecit. Nam quod illi sub brevi-
tate locuti sunt. hoc exponendo
isti multipliciter auxerunt. Sed et non in-
merito ipsa expositorum predicamenta gurgi-
tibus comparantur. Quia dum multorum precedenti-
um dicta colligunt. ipsi in eo quod exstimant
profunditas dilatantur. Nam dum testimonia
testimoniis iungunt. quasi ex guttis gurgi-
tes faciunt. Quorum libris dum cotidie

generalitas docet. quia pectori mens
celestem scientiam accipit. quasi stratus
in terra aqua gurgite ostendit. Sed
Se nequaquam eisdem apertis expositores in
scientia preferunt, cum exponendo
latius loquuntur. Meminisse ipse in cessant
debet per quos eosdem esse inventores
tores acceperunt. Sed aperte subiun- (ante pe[r]t.)
git. Qui de nubibus fluunt. Quia
VI si ex sensis apertis vis intelligentie
J non inciperet, nequaquam post doctorum
largior manaret. In scriptura enim
sacra aliquando per nubes mobiles quosque
homines, aliquando prophete, aliquando apostoli de-
signantur. Per nubes quippe mobilitas
humane mentis exprimitur. Sicut
Salomon ait: Qui observat ventum
non seminat. et qui considerat nubes
numquam metet. Ventum procul dubio
spiritum immundum, nubes vero subiectos
ei homines appellat. quos tociens illuc
illucque impellit et revocat, quotiens
eorum cordibus suggestionum flatibus
alternat. Qui ergo ventum observant
non seminant. quia qui temptationes
venturas metuunt, cor ad bona opera
non proponunt. Et qui considerat nubes
non metet. quia is qui ante humane
mutabilitatis terrorem trepidat, mercede
eterne retributionis privat. Nubes prophete
signantur, sicut psalmista dicit: Tenebrosa
aqua in nubibus aeris. Id est occulta
scientia in prophetis. Per nubes quoque apostoli
designantur. Sicut per ysaiam dicitur: Mandabo
dabo nubibus ne pluant super eam ym-
brem. Ipsi vero stelle sunt, quia vite
meritis lucent. Ipsi nubes, quia arentem
nostri pectoris terram celestis intelligentie
fluentis irrigant. Si enim nubes non
essent, nequaquam eos propheta intuens
18 dixisset: Qui sunt isti qui ut nu-
7 bes volant. Ymbrium itaque gurgites
de nubibus fluunt, quia profunde pre-
dicationes scientiam intelligentie ori-
gine a sanctis apertis acceperunt. Quibus
K adhuc nubibus apte subiungit. Que
pretexunt cuncta desuper. Nubes enim
desuper celum pretexunt, si in celo

oculos attollimus, non celum sed
ipsas intuemur. nec visus noster
ethereas plagas penetrat, quia
ei illas ipsa sua in firmitate occul-
tat. Et cum de celo sol rutilat
spes in effuso aere pascitur. Et per-
eo in celo solis radius contempletur.
Quia ergo carnales homines sumus,
cum superna appetere nitimur, quasi
in celum oculos levamus. Et velut
in celum aciem tendimus. sed pressi
usu rerum corporalium dominica spiritualia
conamur. Sed quia tenuisse intelle-
ctu ad divina non sufficimus, nisi
prius per sanctorum precedentium exempla
formemur, quasi iam celum noster
oculus suspicit, sed nubes videt,
quia comprehendere que dei sunt ap-
petit. Sed vix ea minime quod homines
collata sunt pertingit. Unde et aliis
dicitur: Illuminans tu mirabiliter a
montibus eternis. Qui enim orientem
solem contemplari non valet
irradiatos montes aspiciat, et
qua ortus sit sol deprehendat.
Ex eternis ergo montibus deus nos
illuminat. quia per admiranda vitam
priorum precedentium radio nos sue
claritatis illustrat. Ecce in stu-
dio devotionis dicere caritatem
extendimus. Sed in hac devotione
atque caritate melius hac nubium
contemplatione formamur. Quid Mt 13
enim devotius petro. Quid cari[us]
Johanne. Iste pro devotione fluminis Jo 13
maris dorsa calcare non timuit.
Iste per amorem in ipso auctoris sui
pectore quievit. et qui ad cor-
poralis cene refectionem venerat, spiritale
pabulum de sinu redemptoris suscepit.
Sed quia signari per nubes etiam
prophetas diximus, necesse est ut adhuc
ad medium superiorum patrum exempla de-
ducamus. Ecce cum preceptis cele-
stibus subdi per obedientiam cupimus
considerantis antiquorum patrum vestigi-
is innitamur. Quid enim abraham Ge 12
obedientius, qui ad unam vocem
dimittit cognatos et patriam deserit
et paradisi hereda cum hereditate suum
filium non trepidat. Quem senex
| Ferire |

Apud antiquos patres
virtutes discere
debemus:

Nubes:

Isaac — ge 22

patiencia quia ligatur portatus a patre ho[locausto]

etiam ex pene mortuis acceperat
heredem. Cum pacientie apprehendere
virtutem conamur precedentium exa-
[m]plis confovemur. Quid enim Ysaac
holocausto interrogat atque a patre
ligatur et non loquitur, are super-
ponitur et non reluctatur. Quid
ergo isto viro pacientius dici potest,
qui quasi ad solatium ducitur et
requirit, ad feriendum ligatur et con-
ticescit, et oblatus holocaustum
interrogat, offerendus holocaustum
tacet. Cum accingi ad laborum
tollerantiam nitimur exemplis pre-
cedentium informamur. Quid enim
Jacob laboriosius qui apud Laban
tam longo tempore pinguis mercedis
cogitacionis opera exercuit servitutis
et vite obsecutus est famulatum
ut preferret primis heredis. Cum
autem continentie et castitatis arcem
ascendere nitimur exemplis precedentium
sublevamur. Quid enim Joseph
castius qui ad desiderium peculiaris
domine iugo luxurie premi non po-
tuit etiam captivus. Equidem
hominibus famulus exstitit, sed con-
tempnente nequitiam in spiritu liber
fuit. Cum mansuetudine repleri
concupiscimus precedentium exem-
plis adiuvamur. Quid enim Moy-
se mansuetius qui commissi sibi
populi seditionem tolerat et tamen
irascentem Dominum pro suis perse-
cutoribus rogat seque pro illis divino
furori obicit. Et quia in isto eius
corde etiam ex persecutione caritas
ingestit. Cum contra adversa
formare mentis constantiam niti-
mur precedentium consolatione fulcimur.
Quid enim Josue constantius qui
ad explorandam qualitatem gentium
missus, ne pertimeat magnitudinem
expavit. Hi et easdem gentes
quas explorando non timuit etiam
preliando prostravit. Cum benignitatis
culmen apprehendere conamur prece-
dentium exemplis instruimur. Quid
enim Samuele benignius qui de

Jacob — ge 29

Joseph — ge 39

Moyses — Exo 32

Josue — num 13

vicit numerositatem multitudinem

Samuel — 1 reg 16

principatu regendi populi deiectus suc-
cessorem sibi humiliter requirit inventumque
unxit regem. Victum mox tolerans
persecutorem a quo ne moriatur trepidat
et tamen ne ei Dominus irascatur rogat. Ipse
quippe cum mitteretur ait: Audiet Saul
et interficiet me. Et ei precinxit ... dicit
dicit: Quousque tu luges Saulem cum
ego abiecerim eum. Quid ergo viro isto
benignius dici potest qui hunc non vult
dimittere per quem formidat occidi.
Cum ad pietatis atque humilitatis celsitu-
dinem tendimus precedentium exemplis levamur.
Quid enim David misericordius quid humi-
lius dici potest qui a rege reprobo perse-
cutus contumelias recepit. Demum
hostili ysraelitica gente fortis eripuit
et tamen ipse ne moriatur quasi debilis
fugit. Qui et se electum divino iudicio
et persecutorem suum reprobum agnovit
et tamen eidem persecutori suo crebra
satisfactione humilitatis se subicit. Et
1 reg 24 [?] persecutoris sui lanceam tollit oram clamidis detruncat. Adque ad eandem
26 mortem pertinentes perpetrat et uno eodemque
tempore quia occidendi potestate haberet
ondit et ne occidatur rogat. Quia
ergo in cunctis que spiritualiter appetimus
exemplis precedentibus informamur
bene de hiis nubibus dicitur: Que pre-
xerunt cuncta desuper. More ergo
nubium extensa super nos priorum vita
tegimur ut ad fructum fecunditatis genimus
in fundamur et quasi in tuetes celitum
prius nubes aspicimus quia ante
bonorum facta miramur et post
illa que sunt celestia experiendo pe-
netramus. Sed quia nequaquam horum
nubium id est antiquorum patrum vita
nobis aliquatenus pateret nisi eam nubes
alie id est sancti apostoli sive predicato-
res aperirent. Ad has nubes quas pre-
dicando mundum circumiit sermo redeunt
et quid per illas Dominus in mundo egerit
ostendit dicens: Si voluerit extendere nu-
bes quasi tentorium suum et fulgurare
lumine suo desuper, cardines quoque maris
operiet. Extendit nubes Dominus
dum ministris suis viam predicationis

VII

rapiens eos in mundi latitudine circum
quaque diffundit. Bene autem dictum
est quasi tentorium suum. Tentorium
quippe in itinere poni solet. Et cum
praedicatores sancti in mundo mittuntur
iter Domino faciunt. Unde scriptum est: Ecce
mitto angelum meum ante faciem tuam
Mala qui praeparabit viam tuam ante te. Unde
3 rursum psalmista dicit: Iter facite ei qui
ascendit super occasum. Et rursum:
Deus cum egredereris coram populo tuo
cum transgredereris per desertum terra mota est.
Deus qui per semetipsum non localiter ubi
que est per praedicatores suos in mundi partes
localiter ambulat. Unde etiam per prophetam
dicit: Et inambulabo in eis. Iter
Ps quippe per eos agit, dum humanis
33 cordibus corruptis eorum eloquio
se infundit, atque in hoc itinere Deo
tentoria sunt, haec eadem corda
scilicet, quibus quasi in via quies
cendo tegitur, dum per haec ad mentes
hominum veniens agit quae disposuit
et non videtur. Hinc est quod sub specie
synagogam tentorium vocat, cum cessisse
a praedicatione sacerdotes praemium
Ie dolens queritur dicens: Non est ultra qui
10 extendat tentorium meum et erigat
pelles meas. Hinc rursum de eius destructione
tione eius dicit: Dissipavit quasi hortum
Tr 3 tentorium suum, demolitus est tabernaculum
culum suum. Prima enim divini populi
cultu tunc Dominus in se homines latuit,
eosdem sibi ipsum tentorium vocavit.
Unde et recte nunc nubes iste eius tento
rium dicuntur, quia ad nos Deus per
gratiam veniens, in terra praedicatorum suorum
mentes operit. An Paulus tentorium eius
Act non erat, cum Athenis praedicaturus usque
17 adveniens ad corda incredulorum veniens
in eius mente Dominus quiescebat? Nubes
quippe erat hominibus, tentorium Deo,
quia eum quem praedicando infundebat audientibus
hunc invisibiliter in mente retinebat.
Isdem rursum dum catenis vinctus
Act Romam peteret, Paulus occupationes
28 mundi latentes in eius pectore quasi sub
tentorio ibat Deus, quia et oculis
videri non poterat, et per verba praedicatoris
per diversas orbis regiones gratiae sine cessatione

Exo 17 satione pergebat. Nubes eius Moy
ses exstitit, cum plus quam plebi
israeliticae dominatum praeberet quadra
Exo x ginta annos in deserto permanens
et sublimia appetens a conversatione
populi segregatus vixit, et tentorium
Dei factus est, cum ad revocandum
populum in Aegyptum missus ibat, praesens
invisibilem in corde veritatem cum
omnipotens Deus qui pascebat tempore
latebat in corde, et ubique praesens
omnia continens iter in suo famulo
in Aegypto veniens faciebat. Unde scriptum
2 Reg 7 est: Fuit Deus in Aegypto ut re
dimeret sibi populum. Ecce iter dicitur
fecisse in Aegyptum qui cuncta con
tinens continet, quia is qui ubique
ex maiestate est, quasi in via
gressus ponit ex praedicatione. Sed
eisdem suis praedicatoribus nequaquam
quia ad persuadendum verba sufficiunt
nisi etiam miracula addat. Unde
cum dictum esset: Si voluerit ex
tendere nubes quasi tentorium
suum, recte subiungitur: Et fulgurare viij
lumine suo desuper. Quid enim ix
sentire fulgura nisi miracula
debemus? De quibus psalmista dicit:
Fulgura multiplicabis et conturba
bis eos. Has ergo nubes lumine
suo desuper fulgurat, quia praedica
tores suos in sensibilitatis nostrae
tenebris etiam miraculis illustrat.
Cumque verbis nubes iste pluunt,
cumque miraculis vim choruscae
lucis aperiunt, extremos etiam mundi
terminos in divino amore converterunt.
Unde recte subditur: Cardines quoque
maris operiet. Cum fiendum quid
heylin vocibus audiunt, et auctore
Deo facti cernimus? Omnipotens Deus
choruscantibus nubibus cardines
maris operuit, quia coruscantibus prae
dicatorum miraculis, ad fines etiam
terminos mundi perduxit. Ecce enim
cunctarum pene iam gentium cor
da penetravit. Ecce in una fide
orientis limite occidentis confinium iungit.
Ecce lingua Britanniae quae nihil
aliud noverat quam barbarum frendere
iam dudum coepit in divinis laudibus

Britanie
q̄sto :·

+ ar... quod mare operit. Per hec enim iudicat populos et dat +

hebreum alla resonare fecerunt. Ecce quo-
dam timuerunt iam sub se strictis
sanctorum pedibus premit oceanus
eius barbaros motus quos terreni
principes edomare nequiverant,
+ formidine hos per divina [illegible] sacerdotum ora
simplicibus verbis ligat. et qui ca-
tervas pugnantium infideles neque-
quam metuerant, iam nunc fideles
humilium linguas timet, quia
enim perceptis celestibus verbis
clarescentibus quoque miraculis, vis
ei divine cognitionis infunditur,
eiusdem divinitatis terrore frenatur,
ut prave agere metuat, ac totis
desideriis ad eterni(?) gratiam per-
venire concupiscat. Unde hic quoque
convenienter adiungitur. Per hec enim
iudicat populos et dat escas mul-
tis mortalibus. Per hec nimirum verba
predicatorum, id est guttas nubium,
per hec fulgura miraculorum deus
populos iudicat, quia eorum corda
territa ad penitentiam vocat. Nam
dum superna audiunt, dum mira
opera attendunt, mox ad corda
sua redeunt, et sese de anteactis
iniquitatibus affligentes eterna tormen-
ta pertimescunt. Sed per easdem nubes
per quas terror incutitur, etiam esca
datur. quia magna predicatorum
dispensatio est, ut sic sciant super-
bientium mentes affligere, ut etiam
afflictas noverint consolationis
eloquio nutrire, quatenus et peccantes
debitis suppliciis terreant, et pe-
nitentes de superni regni gaudiis
pascant. Quorum ipse dispensationis
ordo servatus est, ut ordinate
heliu diceret: quia per has nubes
prius iudicat populos, et postmodum
escas prebet. Quia nimirum
omnipotens deus predicatores suos
prius nos de prava actione corri-
piens conterit, et postmodum
per spem consolationis nutrit. Si
enim divina dispensatio per has
nubes iudicium modo non ageret,
nequaquam eisdem nubibus dixisset:
Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis
peccata remittuntur eis. et quorum reti-
nueritis retenta sunt. Et rursum:
Si per eas ieiuna corda mentium non
pasceret, nequaquam de esurientibus populis
dominus diceret. Date vos illis mandu-
care. Quod fecerunt eorum manibus
factum credimus, ut hoc eorum cottidie
fieri sine cessatione videamus. Quid
enim agit petrus cum populis loquitur
nisi ut verbi pabulo corda nostra
male ieiuna reficiant? Quid paulus,
quid iohannes per epistolas loquentes operantur
nisi ut mentes nostre celestia alimenta
percipiant, et hodie sine fastidio quo
moriebantur vivant? Dicitur ergo: Si
voluerit extendere nubes quasi tentorium
suum, et fulgurare lumine suo desuper,
+ et dat escas multis mortalibus.
Ac si aperte diceret: Si sanctos suos in
ministerio predicationis extendit, eorum-
que verba miraculis adiuvat, to-
tius mundi limites ad fidem vocat,
per que et prius superbientes iudicavit, et
post libere consolationis nutriens ipse
humiles roborat. Sed cum escas dari
2 Reg(?) mortalibus diceret, nondum quod non aut
3 omnibus sed multis. quia ut scriptum est:
Non omnium est fides. Et quibusdam dicitur:
Propterea vos non auditis, quia ex deo
10 non estis. Et rursum: Novit dominus qui
8 sunt eius. Unde ipsa quoque sancta ecclesia
2 Th plurimi fidem tenent, et vitam fidei
2 non tenent, humilitatis divine sacramenta
perceperunt, sed humilem divinam imitatione
contempnunt, blanda divini eloquii predi-
camenta conviciantur(?), sed apud se in amore
timore pervenerat(?). Unde hic quoque post-
quam per ardores maris aggregate
ecclesie latitudo signata est, apte subiun-
gitur: In manibus abscondit lucem.
In manus quippe sunt, qui se ela-
tis cogitationibus extollunt. Contra
quos per ysaiam dicitur: Ve qui sapientes
ys estis in oculis vestris et coram vobis-
7 metipsis prudentes. Contra quos et
paulus ait: Nolite prudentes esse
apud vosmetipsos. Sed hiis in manibus

Ro 12

Predicatores consolentur et affligant auditores

Mt 11

lux absconditur, quia nimirum superbientibus veritatis cognitio denegatur. Unde per semetipsam veritas dicit: Confiteor tibi domine pater celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Sapientes namque et prudentes vocati sunt, quia eam non subiungit: revelasti ea stultis, et parvulis timore se dampnasse innotuit, non acumine. Unde alias dicitur: Custodiens parvulos dominus. Atque ut ostendat hec eadem parvitas quid vocatur, adiungit: Humiliatus sum et liberavit me. Quia ergo sunt multi in ecclesia, qui parvuli esse despiciunt, etiam in humilitatis loco manentes, a parvitate esse minime desistunt. Hos plerumque videas honoribus extolli, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate dilatari, que sepe perpetrare nisi perverse certis appetunt. Cumulatis tamen gloriantur, recte unie negligunt, et recte vite famam habere concupiscunt, adulaciones querunt, favoribus intumescunt, et quia rebus copiose sibi presentibus prompti sunt, ventura gaudia non requirunt. Cumque eos multiplex actio occupat, etiam a semetipsis alienos demonstrat; et tamen si qua fidei temptatio exurgat, quia in ea salutem spectans continet, habent ubi hanc laboribus defendunt, et celestem patriam vendicant, nec tamen amant. Quos bene apud moysen filii ruben et gad et dimidia tribus manasse exprimunt, qui multa iumenta et pecora possidentes, dum extra iordanem ea que vidunt campestria concupiscunt, in terre promissionis terram hereditate habere noluerunt, dicentes: Terram quam percussit dominus in conspectu filiorum israel regionis uberrime est ad pastum animalium, et nos servi tui habemus iumenta plurima. Precamurque si invenimus gratiam coram te ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Qui igitur iumenta plurima possidet, iordanem transire refugiunt, quia qui multa mundi implicamenta

Num 32

occupat, hereditatem celestis patrie non requirunt. Sed ipsa eos quam spectant tenent fides increpat, ne otii delectacione torpescant, atque exemplo suo alios a laboris tolerantia studio longanimitatis frangunt. Unde eos per moysen dicitur: Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam et vos hic sedebitis? Cur subvertitis mentes filiorum israel? Sed quid est quod non defendere eos constituunt per eandem fidem quam professi sunt ad certamen pervenire, eam quoque non sibi sed proximis vendicare. Unde ad moysen dicunt: Caulas ovium fabricabimus et stabula iumentorum parvulisque nostris urbes munitas. Nos autem armati et accincti pergemus ad prelium ante filios israhel. Qui mox fortes prelio veniunt et promissionis terram ab hostibus liberant, et relinquunt atque ad pascenda armenta extra iordanem redeunt. Multi quippe quamvis fideles curis presentibus occupati quasi armenta extra iordanem pascunt, quia contra fidem baptismatis tota mente omnique desiderio rebus presentibus inserviunt. Qui tamen ut diximus cum fidei temptacio oritur defensionis armis accinguntur, hostes fidei superando trucidant, hereditatem terre repromissionis id est fructum fidei non amant. Sic quoque pro illa pugnant, ut tamen sua pignera extra illa deponant. Quia enim parvulos foris habent, affectum in eius hereditate non habent. Unde et ad campestria redeunt, qui ablatis altitudinibus motum qui a spe celestium dilabuntur, ut extra promissionis terram bruta animalia nutriant, quia ad pascendos vanis desideriis irrationabiles animi motus elaborant, quia eterne lucis quanta sit claritas nesciunt. Qui transitoriis occupationibus obcecati et dum terrenis rebus superbiunt celestis sibi luminis aditum claudunt. Un-

rite nunc dicit In manibus abscondit lucem. Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit ac quos rex humanarum occupationibus affligit eorum quoque prosperitatibus adversas quidem sed utiles tribulationes interserit ut conturbati ad cor redeant atque in praesentibus rebus quod in caligine occuparentur agnoscant. Unde hic quoque cum sub tractam lucem dicit apte subiungitur

xi B Et praecipit ei ut rursus adveniat. Quia veritatis lumen quod elatis occupatisque mentibus absconditur afflictis humiliatisque revelatur. Lux quippe advenit cum afflicta mens ipsas quas patitur de rebus tribulationum tenebris tolerat agnoscit. Quia nisi aliquid extrinsecus interius perpeteretur nec hoc ipsum quia lumine perdidit videret. Quod intelligi etiam specialiter de iudeis potest qui idcirco redemptori nostro in carne venienti contradicentes sunt quia apud semetipsos immanes extiterunt. Sed hijs in manibus lux abscondita est quia superbi lumine veritatis dum praesumunt amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt recte subiungitur Et praecipit ei ut rursus adveniat. Unde etiam per prophetam dicitur Si fuerit numerus filiorum israel quasi arena maris reliquiae salvae fient. Tunc quippe ad eos lux revertitur cum ipsi ad confitendam redemptoris nostri potentiam convertuntur. Si autem in manibus nequaquam per decem casum unum nomen sed duas partes orationis accipimus potest intelligi quia lux in manibus absconditur cum apud iustum iudicem iniquorum quisque in suis operibus obcecatur cui tamen praecipitur ut rursus adveniat quia dum peccatores se sine viribus salutem non posse cognoverint gratiae lumen accipiunt et peccatoris in tenebris mundus illustrantur ut maiori ardore postmodum caelestem patriam diligunt quam prius in terrena dilectione

flagrabant. Sed haec cum de caelesti patria loquimur cum in esse nimia claritate praedita angelorum agmina audimus cum rerum omnium conditor possidet quia visione sua reficiens replet. Cum vera hereditatis lux est et desertus eiusdem luminis nullus est ad nos metipsos mente reducimus et quod terrena gestamus membra cogitamus. Pensamus quod in tenebris nati atque nutriti in hac lucis alieni tanto nequius viximus quanto rebus corporalibus deditis spiritualibus longius degebamus. Qua consideratione permotum cor ac male sibi conscium trepidat et cautae illius quam audit patriae cives se fieri posse desperat. Unde hic quoque apte subiungitur. Quo mens pavida ad fiduciam reducatur nam de hac luce mox subditur. Annuntiat de ea amico suo quod possessio eius sit et ad eam possit ascendere. Amicus veritatis est recte amator actionis suae et ipsa veritas discipulis dicit Vos amici mei estis si feceritis ea quae ego praecipio vobis. Amicus quippe animi custos dicitur. Unde non immerito qui custodit veritatem voluntatem dei et praeceptis illius in mitit eius amicus vocatur. Hinc est quod rursum veritas eisdem discipulis dicit Vos autem

19 dixi amicos quia omnia quaecumque

17 audivi a patre meo nota feci vobis. De hac igitur luce aeternae patriae amico suo deus annuntiat quod possessio eius sit ut nequaquam se infirmitatis suae fragilitate despiciat nequaquam hoc quod creatus est sed recreatus penset. Sed tanto certius stat quia illius lucem claritate possideat quanto nunc vitiorum pulsatum tenebris verius calcat. Bene autem in promissione subiungitur Et ad eam possit ascendere. Quid enim difficilius quam homini in terra edito terrena et fragilia membra gestanti celorum alta conscendere supernorum spirituum arcana penetrare. Sed cum ad nos conditor nemini sese hominem subiectus exhibuit sicut de illo pri

per prophetam dicitur Minuisti eum paulominus
ab angelis. et quo inter nos et eosdem
spiritus discordantes inte scandalum reppetit
mira potencia. mirabiliori etiam piete
sima creans suscipiens yma cum sum
mis coniunxit. hinc est enim quod eodem
rege nato angelorum chori in eius annunc
ur 2. ciacione proferunt primum dicunt et
deinceps prave vite discordia hos
quos dudum despexerant cives ag
noscunt. consono ore proclamantes Gloria
in excelsis deo et in terra pax hominibus
bone voluntatis. Ac si aperte dicant
Ecce nos quos nobis malicia dispercerat
-18 iam nunc in terra nata veritas ingerit
hinc est quod cum in carnacionem eius in
testamento veteri adorasse homo angelum
yok 22 legitur. nec tamen adorare prohibetur. Sed
post mediatoris adventum cum se iohannes
adorare presumpsisset audivit. Vide ne
feceris. conservus sum tuus et fratrum tuorum
Quid est enim hoc quod prius equanimiter
concedebat post adorari angeli ab
homine recusat. nisi quod prius hominem
carnalibus corrupcionibus deditum
nec ab eisdem carnalibus corrupcionibus
redemptum quo abiectiorem noverat
minus contempnebat. Postmodum
vero humana natura iam sublimata
here non potuit pro eo quod hanc in auctore
suo eciam super se in ipsos videbant
Neque enim debebat iam in membris
despecta subiecta. que in ipso membrorum
capite meruit prelata venerari. Ihesus ergo
qui propter nos minor angelis extitit
equales nos angelis in virtute sue incar
nacionis fecit. Unde et moriendo domuit
mortem non metuens. resurgendo in vita
confidere. ascendendo de celesti patrie
hereditate gloriari. ut quo caput precessit
ipse conspiciant. illuc se subsequi et
membra gratulentur. Hinc bene et alibi de
nostro capite dicitur. Ubicumque fuerit corpus
illic congregabuntur et aquile. Unde et
petrus ait. In hereditatem incorrupti
pe 1 bilem et incontaminatam et inmarces
cibilem conservatam in celis. Unde et paulus
cr 5 dicit. Scimus quia si terrestris nostra domus
huius habitacionis dissolvatur quod edificacionem
habemus ex deo domum non manufactam
eternam in celis. Sed si nos quique qui

cor 7.

editi in terra sumus celum conscen
dimus. ubi est quod ipsum veritas
dicit. Pater volo ut ubi ego sum
Jo 17 et illic sint mecum. Que sibi in
sibis sine non discrepat. sed ad
requirenda hec quasi discordans
studium inter mentes inflammat.
Omnes enim nos quia in eius fide
nati sumus. eius procul dubio corpus
existimus. Quia igitur miri dis
pensacione pietatis membrorum suorum
dominus caput factus est. repulsa re
proborum multitudine solus est eciam
nobiscum. Nemo ergo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo
filius hominis qui est in celo. Quia
dum nos unum cum illo facti sumus
unde solus venit in se illuc so
lus redit eciam in nobis. et is
qui super omnia manet. humanitatis
sue compage sese cottidie ad ce
los trahit. Ne ergo desperet humana
fragilitas. unigeniti sanguinem consi
deret in proprio suo conspiciat. quam magnum
est quod tanti valet. pendat sol
licite quo caput precessit. et sine
ad imitandum preceptis astringitur
ad sperandum exemplum roboratur.
Confidat celos. speret superna premia.
angelorum se sociam sciat. atque in
capite suo prelatam se eciam an
gelis gaudeat. Dicitur igitur recte
de hac luce in terre patrie. annun
ciat de ea amico suo quod possessio
eius sit. ad eam possit ascendere.
Sed valde mira sunt ista valde
terribilia quod homo in terra editus et
a celesti patria exigentibus meritis
longe dampnatus non solum
ad statum consideracionis reducitur. sed
eciam gloriosius exaltatur. ut qui
paradisum perdidit. celum recipiat.
et quo solum habent debitum sui venatum
non teneat. sed huius post culpam
donum ~~[illegible]~~ excrescat. ut cumulatius
ille temptator dei ille imitator
dyaboli si ad fructum prime redeat
istis ad celsitudinem contemplande in
time lucis transcendat. Cuius itaque
cor non inflammet pietatis ammiracione

dicit Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Cum numerus sive sancti abeunt et hec ... vitibus ...

Quia in celo se est ad celum cottidie ascendit quia qui dicitur

insinuat audiens credens ... auditum

exsiliat. Cuius torpor non in sublevatione tante consideracionis expavescat. Unde et apte subditur. Sequitur.

ca^m xxxvii

x Capitolum xxxvii

Super hoc expavit cor meum et emotum est de loco suo. Quia pavor dum mente perculit, hanc a semetipsa alienam reddit. Non inmerito latini inceptes extasim pavorem vocant. Sicut per psalmistam dicitur: Ego dixi in pavore meo proiectus sum a vultu oculorum tuorum. Ubi videlicet non pavor sed excessus dici potuit, sed pavor aliter per excessum ponitur, quia sicut in excessu, ita in pavore animus alienatur. Unde hic quoque consideratam lucem eterne patrie recte subiungitur: Super hoc expavit cor meum, ac si dicat: In admirationis excessum transtulit, et quia nove spei spiritu mens afflata est, semetipsam que in vetusta conversatione fuerat reliquit. Bene autem dicitur: Et emotum est de loco suo. Locus quippe humani cordis est delectatio vite presentis. Sed cum divina aspiratione tangitur, locus cordis mutatur, quia immutatur. Et contritum consideratione. Igitur amore eterne patrie de loco suo animum movet, quia delectis infimis in supernis cogitationibus ponitur, prius enim que essent eterna nesciebat et presentium delectatione torpuerat, simulque ipse transiens amore transeuntia tenebat. Sed postquam que essent eterna cognovit, postquam superne lucis radios raptim contemplando contigit, ipsa admiratione superiorum aliam sinus sui citatius se elevavit, mulla iam ei insunt que eterna sunt libenter et despectis transeuntibus sola que permanent requirit. Bene ergo dicitur: Super hoc expavit cor meum et emotum est de loco suo. Quia pigrum cor et tremens cogitationibus dudum deditum, dum repente

xiiii per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infime loca mutatur. Sed cum presentis vite tamdem presentis seculi prostrata mens dormiat

et insi divine gratie aspiratione pulsetur, in suis delectationibus frigida insensibilisque torpescit, necesse est ut quomodo interna cogitatione tangatur, vel qualiter ad spiritualia sensificetur, ad iungat. Sequitur. Audiet auditionem in terrore vocis eius et sonum de ore illius procedentem. Mos sacri eloquii est ut cum audire aliquid per auditum dicat, sicut et Abacuc ait: Domine audivi auditum tuum et timui. Unde hic quoque dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis eius. Nondum vero est quod vox dei non in gaudio sed in terrore audiri perhibetur. Quia nimirum peccatorum quisque dum sola que terrena sunt cogitat, dum cor oppressum in infimis cogitationibus gestat, repente divine aspiratione gratie tangitur, hoc iam omnia intelligit quod cuncta que agit districta eterni iudicis animadversione puniantur. Auditio enim vocis dei prius in terrore fit, ut post ... in dulcedine. Quia ante nos districti iudicii terrore castigat, ut iam castigatos superne dulcedinis consolatione reficiat. Nam cum nos violenta rerum temporalium delectatio possidet, et mentis nostre oculus in sompno torporis premitur, si iniecta subita supernis respectibus excitamur, dum clausos mox eosdem ad vitalis lumine oculos mentis aperimus, que egimus mala meminimus quod districtus iudex contra hec veniat videmus, versatur in mente qualis ille sit tanti iudicis adventus, que tunc illa hominum angelorumque frequentia, quanta vi contra reprobos et ardentia pugnet elementa, quam terribiliter procedat et districti iudicis ore suam quam reprobis dicit: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis suis. Eorundem reproborum pena ante oculos volvitur, et que sint iehenne tenebre, cum gravi amaritudinis obscuritate pensatur. Quia ergo superbum cor prius terrore concutitur, ut consolatum in amore solidetur. Recte nunc dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis eius. Ubi et bene subiungitur: Et sonum de ore eius procedentem. Sonus de ore est

Aba cuc 3

Mt 25

uis timoris immens superna aspiratione
Quia cum nos de uenturis aspira
do replet, procul dubio de malegestis
preteritis terret, Potest autem per os dei uni
genitus filius dei designari. qui sic
brachium eius dicitur quia per eum cuncta
A 13 pater operatur. de quo propheta ait Et bra
chium domini cui reuelatum est. de quo iohannes
Io 1 dicit Omnia per ipsum facta sunt, Ita
etiam os dicatur. hinc est enim quod propheta
ait, Os enim domini locutum est. "per quem" hoc
Hb 1 omnia nobis loquitur, ac si oris nomine
patenter dicatur uerbum, Sic nos
quoque pro uerbis lingwam dicere solemus
ut cum grecam uel latinam lingwam
dicimus, latina uel greca uerba mon
stramus. Os ergo domini non immerito
ipsum accipimus uerbum et ei sponsa
in Canticis canticorum dicit Osculetur
me osculo oris sui. Ac si dicat, Ta
gat me dulcedine presencie unigeniti
filii redemptoris mei, Per sonum uero oris
potest eiusdem domini spiritus sanctus designari
uerum et alias in eisdem spiritus signi
Act ficatum est Factus est repente de celo
2 sonus tamquam aduenientis spiritus ue
hementis Sonus igitur de ore domini
procedit. cum consubstancialis ei spiritus
ad nos per filium ueniens surditatem
nostre insensibilitatis rumpit Sicut
de eodem sono in euangelio atque in cor
pore os domini loquitur dicens, de meo
accipiet et annunciabit uobis, Potest
ergo post terrorem uocis uis fortitudinis
et per sonum oris dulcedo consolacionis
iiij intelligi Quia quos spiritus sanctus
replet, prius eos de terrena actione terri
cat, et post modum spe celestium consolatur
ut tanto post confitendo de primis
gaudeant. quanto "superbia conspiciendo
metuebant, Hinc est quod de unigeniti
spiritu quasi de oris sono paulus dicit
Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum
in timore. sed accepistis spiritum adopcionis
Ro 8 filiorum in quo clamamus abba pater
Hinc per semetipsam ueritas dicit, Accipi
te spiritum sanctum quorum remiseritis peccata
remittuntur eis, et quorum retinueritis
retenta sunt, Ecce conuersorum terror

Io 20

Spiritus sanctus opus dei x.

dicitur impetratur. quia dum mala
sua paenitendo puniunt. usque ad ex
cendendum iudicium ascendunt. et hoc
in deo posse accipiunt. quod prius
de deo ipsi metuebant Iudices esse
fiunt qui superni iudicii perfecte
timuerunt, et aliena iam incipiunt
peccata dimittere. qui prius formida
uerunt ne retinerentur sua, Sed quia
hoc ipsum iudicium quod spiritualiter
agitur non a carnalibus non uidetur
Sunt non nulli qui deum res
humanas curare non estimant et
ea fieri fortuitis motibus putant
Contra quod recte subditur Subter
omnes celos ipse considerat et lumen
illius super terminos terre, Ac si aperte
dicatur Qui summa regit eciam
extrema et infima non deserit
Quia sic impenditur maximis
ut tamen eadem cura regiminis
non impediatur a minimis, Qui enim ubi
que presens et ubique equalis est eciam
in dissimilibus, sibimet dissimilis
non est, Eque ergo omnia respicit
eque cuncta disponit, qui in
omnibus locis presens non localiter
tenditur. nec uaria curando uariatur
Si autem celos sanctos predicatores ac
cipimus propheta attestante qui ait
Celi enarrant gloriam dei, Post
per sonum oris aduentus spiritus sancti
designatur. Recte subiungitur Sub
omnes celos ipse considerat, et
lumen illius super terminos terre Sunt
namque non nulli qui cum mira
apostolorum opera audiunt. quod accepto
spiritu sancto mortuos uerbo suscitarent,
ab obsessis demonia pellerent, uni
bra infirmitates amouerent, Ven
tura quoque prophetando predicarent
et unigenitum uerbum dei omnium gen
tium loquentes linguis predicarent
Quia has uirtutes nunc in ecclesia
non uident. subtracta iam aperta
superna gratiam suspicantur nescientes
pensare quod scriptum est. Adiutor in
oportunitatibus in tribulatione Tunc
quippe sancta eccia miraculorum adiuto
ribus indiguit. cum eam tribulacio
persecucionis pressit Nam post quam superbia

Ecclesia nunc non indiget mira culis

infidelitatis edomuit nos autem vir
tutum signa sed sola mira operum
requirit, quamvis illa per multos cum
opportunitas exigit ostendat. Scriptum
1 cor 14 quippe est: Lingue in signum sunt
non fidelibus sed infidelibus. Ubi ergo
omnes fideles sunt, que causa ex
igit ut signa monstrentur? Unde nunc
fortasse sufficimus si quid de ipsa
occulta dispensatione memoremus.
Paulus namque egregius predicator
Act 28 Miletum veniens et plenam infidelibus
insulam sciens patrem Publii dys
senteria febribusque vexatum ora
ndo salvavit, et tamen egrotanti
Thymotheo precepit dicens: Modico
1 Thim 5 utere vino propter stomachum tuum et
frequentes tuas infirmitates. Quid
est pensare quod egrum infidelem orando
ad salutem revocat et tantum adiu
torem evangelii more medici per
alimenta curat? Nisi quod idcirco sunt
exteriora miracula ut mentes hominum
ad interiora perducant, quatenus per hoc quod
mirum visibiliter ostenditur ea que ad
mirabiliora sunt invisibilia cre
dantur. Signo quippe virtutis pater
Publii sanandus fuerat ut mente
revivisceret dum miraculo ad sa
lutem rediret. Thymotheo ad exhi
bendum miraculum non erat, quia iam
totus intus vivebat. Quid est
igitur mirum si propagata fide crebro
miracula non fiunt, que licet quoque
ipsi apostoli in quibusdam iam fide
libus non fecerunt? Elevatis ergo
celis dominus inferiora considerat,
quia et ablatis summis predicatori
bus incessanter etiam infima nostre
infirmitatis curat, et quasi sub
celos lumen illius terre terminos respi
cit, quia post sublimem vitam pre
cedentium etiam peccatorum mores actusque
gratie sue illustratione comprehendit.
Quia et si virtutum signa nunc per
vitam fidelium crebro non exerit,
ab eisdem tamen fidelibus pravitate operum
in longinqua recedit. Potest etiam
intelligi lumen illius super terminos
terre, quod predicatio superni dum gentes
ad fidem colligit, in terra semetipsam
mundi limites clausit. Vel certe termini
terre sunt fines hominum peccatorum, et sepe
contingit ut plerique deum deserunt
et vite sue tempora in desideriis carnalibus
extendant. Sed tamen superna gratia
respecti in extremis suis ad deum
redeunt, que sunt iudicia etiam cognos
cunt, cuncta que se perverse egisse me
minerit fletibus puniunt, atque here
vere se in sequentibus operibus ostendunt,
quibus subsequente iustitia totum perfecte
dimittitur quod antea deliquerunt. Hinc enim
per prophetie spiritum Anna dicit: Dominus iudi
1 reg 2 cabit fines terre. Quia nimirum ante
actam vitam deus non iudicat,
quam posteriora peccatorum respectus superne
pietatis illustrat. Hinc Moyses ait:
Exo 34 Primogenitum asini mutabis ove. Per
asinum quippe immunditia, per ovem in
nocentia designatur. Asini ergo pri
mogenitum ove mutare est immunde
vite primordia in innocentie simplicita
tem convertere. Ut postquam illa peccator
egit immunda, dominus respicit, ea iam
agenda perficit que dei sacrificio impo
nat. Quia ergo prima opera peccator
commisit et ab actionum suarum tenebris
inopta fine aliquando renovatur. Recte nunc
dictum est: Et lumen illius super termi
nos terre. Sed gratie luctum efficit
eadem gratia que post facinora men
tem replet, iam male gesta ad
memoriam reducit, sibique hominem quam
sit iuste dampnandus ostendit. Unde fit
ut penitus omne quod se egisse memi
nit cottidianis fletibus insequatur,
et quo magis valet quod iustum
est cernere, eo ardentius appetit iniustum
se gemitibus punire. Unde apte subiun
gitur: Post eum rugiet sonitus. Quem
dominus illustrando replet, eius vitam
procul dubio in lamentum vertit, atque illumina
te menti quo magis etiam supplicia
insinuat, eo hanc durius acta iniusta
nequitia gemitibus fatigat et dolet
homo quod fuit, odit qualem fuisse
se meminit, amat qualem se debuisse
ipse cognoscit, et plenum iam puritatis
amaritudine diligit, quia cunctis con

quia bona iam
incipit videre quod
vero fuit.

Aliquando conversi
usque in fine
vite

sidat in qua voluptatis sue delectatione peccavit. Bene ergo dicitur: post eum rugiet sonitus. Quia cum mente deus ingreditur, constat procul dubio quod mox penitentie gemitus sequitur, ut eam salubriter flere libeat que prius de iniquitatibus flenda iocunditate gaudebat. Et quo audimus culpa fleatur eo altior cognitio veritatis attingitur, quia ad videndum intentum lumen polluta dudum conscientia lacrimis baptizata renovatur. Unde post prime rugitum apte subiungitur: Tonabit deus voce magnitudinis sue. Voce enim magnitudinis deus tonat, cum se bene nobis iam placentia potentie quanta sit magnitudinis in supernis insinuat. Qui enim de celo tonitrus procedit, cum nos in cunctam negligentiam torpentes divini respectus gratie pavore subito percutit, atque in terra positi sonum de superioribus audimus, quia terrena cogitantes superni terroris sonitum repente pertimescimus, et mens bene iam de summis sollicite trepidat, que prius in infimis male secura torpebat. Sed iste inspirationis occulte quibus modis nobis se insinuet terror ignorantes neque ipsis mentis acie comprehendit cuius admeatus interno committit. Unde apte subiungitur: Et non investigabitur cum audita fuerit vox eius. Vox dei audit cum gratie eius aspiratio mente concipiatur, cum insensibiliter occulte sine ditatur irrumpit et cor ad studium superni amoris excitatum interne in time clamore penetrat. Sed istam vocem supervenientis spiritus que se aure cordis insinuat, nec ipsa mens que per hanc illustrata fuit investigat; perspicere enim non valet invisibilis [illegible]itus quibus se meatibus infundat, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Unde bene per Iohannem dicitur: Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde veniat aut quo vadat. Vocem enim spiritus audire est vi compunctionis in timore et amore invisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit unde veniat, quia ignorat [illegible] tum quibus se ad nos occasionibus infundit; et nescit quo vadat, quia cum virtutem penitentium multi audiunt intelligi procul dubio non potest quem desertis abierunt, et cuius ingrediens in corde quiescit. Una quippe res foris agitur, sed non per hanc uno modo interventum corda penetratur, quia qui invisibiliter visibilia modificat in humanis cordibus cunctorum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quod resuscitato Lazaro quidam crediderunt, sed tamen iudei plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione commoti sunt. Jo. 11 Una ergo eademque miraculum quod aliis lumine fidei prebuit, alios per invidie tenebras a lumine mentis excecavit. Hinc est quod vir latro et eadem in suis mortibus similem mortem redemptoris videt; Mt 27 sed eum superbiendo alter contumeliis lacessit, non timuit; quem timendo alter honoravit, atque in una re una utrisque cogitatio non fuit, quia hanc intimus arbiter invisibiliter modificando distinxit. Sed hii occulte aspirationis modus comprehendi nostra cogitatione nequit, minime divine vocis vestigia nesciuntur. Unde ergo dicitur: Et non investigabitur cum audita fuerit vox eius. Unde et adhuc subiungitur: Tonabit deus voce sua mirabiliter. Voce sua deus tonat mirabiliter, quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat, que dum latentibus motibus percutit, in timore conformat, in amore quanto ardore sequendus sit aliquo silenter clamat. Fit quidam in pulsionis immensitas in mente cum nichil sonet in voce. Que tanto apud nos valentius perstrepit, quanto et ab omni exteriori strepitu aurem insordescere cordis facit. Hinc tandem ad semetipsam mox intimo clamore collecta miratur quod audit quia vim compunctionis incognite percipit; cuius ipsa admiratio bene apud Moysen manna designante

Exo 16 signatur. Dulces enim cibus qui desuper
nus accipitur manna vocatur. Man
hu enim dicitur quid est hoc, et quod
est hoc dicimus cum hoc quod dicimus
nescientes admiramur. Superni
igitur in manna anima percipit cum
provocata compunctionis elevata no
vam spem in eius refectionis ob
stupescit ut divina dulcedine
repleta videat mire quid est hoc.
Quia dum ab infima cogita
tione suspenditur ea que desupernis
conspicit insolite miratur. Et quia
cum hac voce corporis nostri sensi
tus rumpitur, vetuste vite pristinus
usus mutatur ut anima superno
spiritu afflata et in summis appetat
que contempserat et contempnat
in infimis que appetebat. Recte
A. sub iungitur: Qui facit magna et
inscrutabilia. Ut enim homo terre
nis usibus deditus iniquis desideri
is pressus subito ad nova effer
veat atque ad consueta fastidiat
exterioribus curis renunciet et interius
cogitacionibus anhelet. Quis hanc
virtutem superne vocis considerare
sufficiat quis considerando compre
hendat. Magna sunt que per vocem
suam deus facit, sed minus magna
essent si perscrutari potuissent. Facit
ergo magna et inscrutabilia, quia
ostendit foris per factum operis, sed latet
intus ipsa qualitas operacionis.
Voce sua foris eciam per apostolos in
sonat, sed corda audiencium per semet
ipsum intus illustrat. Paulo at
testante qui ait: Ego plantavi
1 cor 3 Apollo rigavit, deus autem incre
mentum dedit. Neque enim qui plan
tat est aliquid neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus. Om
nis ergo nostris mentibus superne
vocis auditum non ipsi prebeant
iussi tamen sunt ut verbis nos
exterioribus concuciant. Unde et
apte subiungitur: Qui precipit nivi
xvii B ut descendat in terram et yemis
pluviis et ymbri fortitudinis

sue. Quia psalmista ait: Lavabis
me et super nivem dealbabor. Quid
hoc loco nivis nisi per nitorem iusticie
candida accipimus corda sanctorum. Aque
autem ductu in superioribus constipantur
ut nives fiant, sed dum hee ipse
nives ad terram veniunt in aquarum
iterum liquore convertuntur. Aque sunt
predicatorum mentes que dum ad con
templanda superna se erigunt alto
vi intellectu solidantur. Quia quam in summa
consideracione rapiuntur virtute confirma
cionis accipiunt. Sed quia adhuc in
terris fraterna dilectione retinentur, semet
ipsos ab alto intellectu modificant
et infirmis humiliter predicantes more
nivium corda arencium liquore eri
gunt. Nives ergo ad terram de
celestibus veniunt cum sublimia
corda sanctorum que iam solida con
templacione pascuntur per fraterna caritate
ad humilia predicacionis verba descendunt.
Sicut enim nix terram cum iacet operit
cum vero liquatur rigat. Ita sanctorum virtus
in firmitate sua manet apud deum vita
peccatorum protegit et per condescensionem suam
quasi liquefacta arente terra ut fructus
proferat infundit. Et quia aqua prius
ab infimis trahitur, ut post aspirio
ribus sparsa reddatur. Sancti quippe
eciam cum in intuitu alte consistunt
unde elevati sunt considerant, ne alie
ne infirmitatis abiecta contempnant.
Quasi ergo aque ad terras de quibus
sublevati sunt redeunt, dum con
de descendentes iusti peccatoribus reminiscuntur
desinunt quod fuerunt. Certe in terris ad
2 cor huc Paulus fuit cum legem carnaliter
12 sapiebat, sed ductus ad celestia tunc
visus est, quia quod prius infirmum
sapuit ad soliditatem vere intelligencie
commutavit, et tamen condescendens
fratribus quasi nix yma repetens. Ea
et post niveum culmina quid fuit in
dignius agnoscit dicens: Qui prius
fui blasphemus et persecutor et iniuriosus
sed misericordiam consecutus sum quia ignorans
feci in incredulitate mea. Ecce qua
iterum sue inbecillitatis reminiscitur

thy 1

ut aliorum egritudo in infirma pateat.
Quasi enim ad terram de quo sumpta
fuerat post celum aqua redit, dum
post terrena sine contemplationis archi-
pectorem se paulus mentem ut pro-
desse humilibus peccatoribus possit. Videamus
itaque aqua est in nimis soliditate
descendat qualiter trahatur ad summa
aut enim. Sive mente excedimus deo
videamus qualiter ad yma mox rede-
at ut dum liquor infundit. Aut
Sive sobrii sumus nobis. Videamus
qua manu ducatur ut et iaces ele-
vari videaris et sublevatam renovari.
Caritas enim Christi urget nos. Quia
ergo caritas Christi que sanctorum mentes
ad superna sublevat, eas pro modo
nunc proxima dilectione etiam ad humi-
litatem condescensionis firmat, recte
dicitur: Qui precepit nivi ut descendat
in terram. Ubi et apte subiungitur:
E. Et hyemis pluvie et ymbri forti-
tudinis sue. Hyemps quippe est
vita presens in qua nos et si iam
spes ad superna erigit adhuc tamen
mortalitatis nostre frigus torpor astrin-
git. Quia corruptum est corpus quod
Sap. 9 corrumpitur aggravat animam. et deprimit
terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem. Habet autem hec hyemps plu-
vias suas, procul dubio predicationes
de quibus videlicet pluviis per Moysen dicitur:
Deut. 32 Expectetur sicut pluvia eloquium
meum et descendat sicut ros verba
mea. Hee nimirum pluvie hyemi
congruunt, estate cessabunt. Quia
nunc cum carnalium oculis vita ce-
lestis absconditur necesse est ut sanctorum
predicatoribus nobis irroretur. Cum vero
eterni iudicii estus incanduerit, ullas
verba predicationum nostra tunc habebit
quia videntes iudicem, electorum simul
quisque redeat, ut sibi iam cum agere
non valeat sentiat et tamen quod sequi
debuit ex certitudine sue pena
cognoscat. Hinc enim per prophetam dicitur: Con-
grega eos quasi gregem ad victimam
et sanctifica eos in die occisionis

Ie. 12

In die enim occisionis sentiatur re-
probis, quia tunc sancta que
debuerunt agere senserunt, cum digna
percipiant sue supplicia iam de-
clinare non possunt. Quia ante
predicationes scilicet omnium vita presenti,
id est [illegible] pluvie cum hyeme
cessabunt, recte exeunti anime
ad eterna estiva properanti sponsi
voce suadetur: Surge propera Can. 2
amica mea formosa mea et
veni, yemps enim transiit ymber
abiit et recessit. Transeunte quippe
yeme ymber recedit, quia cum
vita presens peragitur in qua nos ig-
norantie nubilo, carnis corrup-
tibilis torpor astringat omne
ministerium predicationis cessat. Clarius
quippe per nos tunc videbimus
hoc quod sanctorum vocibus nunc obscu-
rius audimus. Precepit igitur dominus
nivi et hyemis pluvie ut in
terram descendat. Dum aspira-
tione sancti spiritus pro corrigendis
peccatoribus corda sanctorum ad ministerium
predicationis humiliat, ubi recte ad-
ditur: Et ymbri fortitudinis sue. xviii
Ymber quippe fortitudinis dei est
predicatio divinitatis. Nam ymber
infirmitatis eius est predicatio
incarnationis eius. De qua per
Paulum dicitur: Quod infirmum 1 cor. 1
est dei fortius est hominibus. Et
rursum: Si crucifixus est ex 2 cor. 13
infirmitate, sed vivit ex virtute
dei. Sic autem sancti viri humanitatis
eius infirma predicant ut audi-
torum suorum cordibus etiam divinitatis
fortia infundat. Audiamus per
Iohannem nubis ymbrem forti-
tudinis: In principio erat verbum Io. 1
et verbum erat apud deum et deus erat
verbum. Audiamus igitur ymbrem
infirmitatis: Verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Audiamus ymbrem
fortitudinis: Omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil.
quod factum est in ipso vita erat. Au-
diamus ymbrem infirmitatis: In propria
venit et sui eum non receperunt.

Imbri ergo fortitudinis suae praecipit ne in terram descendat, quia sanctorum suorum vocibus sic nobis humanitatis suae infirmitatem praedicavit, ut nobis etiam mira et fortia suae divinitatis innotescat. Dum enim virtute namque conditoris audimus, statim ad corda nostra formidine compellente reducimur, et tanti super nos iudicem pendentes quae egimus indigne pensamus. Unde et bene subiungit: Qui in manu omnium hominum signat ut noverint singuli opera sua. Mala enim quae agunt homines pensare contempnunt, sed cum virtute supernae districtionis audiunt, pravorum operum hoc ipse deprimit pondus agnoscunt. Praedicationis quippe vocibus pulsati evigilant, ut pensent ad quae se supplicia antiqui accusatoris nutum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram descendit, in manu unius cuiusque signatur ut sua opera sciat. Quia dum intus incomprehensibilibus majestatis agnoscitur, ab unoquoque sublimius sua vita pensatur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Creator quippe omnipotens a cunctis insensibilibus irrationabilibusque distinctam rationalem creaturam hominem condidit. Cuius quod egit ignorare non possit. Naturae enim lege scire compellitur seu pravum sive rectum sit quod operatur. Nam ad iudicium rationem cum venit, si potuisset nescire quod egit. Et ipsi ergo qui praeceptis divinis erudiri contempserunt, utrum bona an mala sunt quae faciunt sciunt. Nam si bona se facere nesciunt, cur de aliquibus factis in ostentatione gloriantur? Rursum si mala se agere ignorant, cur in eisdem factis alienos oculos declinant? Ipsi enim sibi testes sunt quod sciunt malum esse quod agunt, qui videri ab aliis verentur. Si enim vacat malum esse non crederent, nequaquam hoc ab aliis videri formidarent. Unde bene per quendam sapientem dicitur: Cum sit timida nequitia dat testimonium in condempnationem. Quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor redarguit, ipse sibi testimonium perhibet dampnabile esse quod agit. Quo contra per Iohannem dicitur: Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus apud Deum. Fugiat ergo iniquus humanos oculos, semetipsos certe fugere non potest. Qui enim malum quod facit novit, habet testem conscientiam, habet iudicem rationem suam. Perpetrato ergo quod committit, prius contra se iudicium suae rationis invenit, et post ad districtionem extremi examinis perducitur. Et hoc est fortasse quod psalmista dicit: Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum. Quia dum miro ordine dispositionis occultae malum non permittit nescire quod agitur, ut suo se iam iudicio peccator in conscientia condempnet, et post condempnationem propriam ad eterni iudicis sententiam properat. Abyssus ergo abyssum invocare est de iudicio ad iudicium pervenire. Sint ergo praedicatores sancti redarguant facta peccantium, auditores autem prius condempnet. Alia iniustorum defendat quantum valuerint pravitates suas, et impudenter gestas impudentius defendendo multiplicet. Certe ipsi sibi in conscientia testes sunt, quia excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat ut noverint singuli opera sua. Sed quia Helyu de pravitate singulorum sententiam ipsam protulit, illico ad primum auctorem per quem venit quod ex malum oboritur mentis oculos deflectit. Ut quia unus hoc universa pravitatis membra fecerunt, etiam hoc ipsum membrorum caput sub brevitate describat. Vel certe quia supernus imber Dei virtutes intulit, agit nunc ut contra bonorum vitam etiam adversarii impugnationes

Margin: E — Cap. 11 — majestatis — ipsam — xv ff

Homo scit an bene vel male operatur.

in notescat. Nam sequitur: Ingredietur
bestia latibulum suum, et in antro suo mo-
rabitur. Quis alius nomine bestie nisi
antiquus hostis accipitur, qui deceptor
primi hominis sensus inspexit et in-
tegritatem vite illius male suadendo
laniavit. Contra quem prophete vocibus
de sancta electorum ecclesia in antiquo testamento
37 restaurando promittitur: Et mala bestia
non transibit per eam. Sed hec bestia cum
post redemptoris adventum post predi-
catorum voces quasi post tonitruum
imbrem in fine mundi illum dampna-
tum hominem qui antichristus vocatur
invaserit, quid aliud quam latibulum
suum ingreditur, ut manifeste proprio de-
moretur. Vas quippe illud dyaboli
antrum et latibulum bestie est, ut nisi
divinis hominibus viam vite huius
cupetibus illo per signa lateat et
per maliciam occidat. Qui talem omnium
reproborum corda etiam nunc priusquam
apertus appareat possidet, eaque per oc-
cultam maliciam quasi proprium antrum
tenet, atque ab omne quod nocere bonis
appetit, eorum se obscuris mentibus
abscondit. An iudeorum perfidorum
corda antrum huius bestie non fuerunt,
in quorum dum consiliis latuit, sed re-
pente vocibus erupit clamantium:
19 Crucifige, crucifige. Et quia ad la-
cerationem mentis pertingere temptando non
potuit in redemptore nostro, ad mor-
tem carnis anhelavit. Hec nimirum
bestia multa et electorum corda temptat,
sed hanc ab illis moriens agnus ex-
clusit. Unde in ewangelio dicit: Nunc princeps
12 mundi eicietur foras. Qui miro rectoque
iudicio dum confessiones humilium
illiusque suscepit, superborum oculos
defensus clausit. Unde ei in psalmista
dicitur: Posuisti tenebras et facta est
nox, in ipsa pertransibunt omnes bestie
silvarum, catuli leonum rugientes ut
rapiant et querant a deo escam sibi.
Tenebras quippe dominus ponit, cum
pro meritis iudicia rependens lumine sue
intelligentie subtrahit, et nox efficitur,
quia pravorum mens ignorantie sue

erroribus cecatur. In qua omnes
bestie silve pertranseunt, dum maligni
spiritus sub opacitate fraudis laten-
tes in reproborum corda pravitates su-
as explendo percurrunt. In qua et
catuli leonum rugiunt, quia nequis-
simarum sed tamen eminentium potesta-
tum ministri spiritus importunis
temptationibus insurgunt, qui tamen
adeo escam expetunt, quia nimirum
capere animas nequeunt, nisi iusto
iudicio permissionale divinitus permittuntur.
Ubi et apte subiungitur: Ortus est
sol et congregati sunt et in cubi-
libus suis se locaverunt. Quia veri-
tatis lumine per carnem apparente
a fidelibus mentibus excussi quasi
ad cubilia ~~sunt~~ reversi sunt, dum
sola infidelium corda tenuerunt.
Quod igitur illic leonum cubile, hoc
antrum bestie dicitur. Non tamen magno- xx
opere estimo quod hec bestia non solum ij
antrum ingredi, sed in eo etiam mora-
ri prohibetur. Aliquando namque etiam bonorum
mentes ingreditur, illicita suggerit,
temptationibus frangit, rectitudinem
spiritus ad delectationem carnis deflec-
tere conatur, delectationem quoque ad con-
sensum producere nititur, sed tamen
resistente superno adiutorio perma-
nere prohibetur. Intrare ergo in mentes
bonorum potest, sed in eis morari non
potest, quia cor iusti huius bestie
antrum non est. Quos enim quasi
proprium possidet antrum, eorum men-
tes procul dubio inmorans tenet,
quia et prius in eis cogitationes
usque ad iniqua desideria, et post
iniqua desideria usque ad nequissi-
ma opera perducit. Neque enim stu-
dent reprobi suggestiones eius
recta iudicii manu repellere,
carnis voluptatibus appetunt sub-
dita delectatione servire. Cuius in eorum
cordibus primum quod oritur mox
per studium delectationis enutritur,
et cum sibi nimie resistit, pravum
ex consensu roborat. Statimque con-
sensus ad opus ducitur, opus vero
etiam consuetudine gravatur

Recte ergo in antro morari hec bestia
dicitur, que tamen diu cogitaciones
reproborum tenet, quousque eorum vita
eciam aculeo pravi operis perforet.
Je x Hinc enim ad iudeam dominus per prophetam
dicit: Quousque morabuntur in te
cogitaciones noxie? Neque enim re
prehendit cur venerunt, sed cur mo
rantur. Et in bonis eorum cordibus
cogitaciones illicite veniunt, sed tamen
morari prohibentur, quia reti quoque
ne captivanda domum consciencie
penetrant, ab ipso cordis limine hoste
fugat. Qui et si quando repentinis
suggestionibus usque ad primum ves
tibulum surripit, ad consensus
tamen ianuam non pertingit. Hinc
nimirum bestie impulsu subite
formidinis ianuam victi cordis
petrus negando aperuit, sed
act 26 citius cognoscendo restituit fle
do clausit. Quia vero antiquus
hostis persecutorum corda non solum
intrando tenuit, sed eciam tenendo
possedit, dicitur recte: Ingredietur
bestia latibulum suum et in antro suo
morabitur. Quantum namque eorum
cordibus demorata sit, distinc
tum eorum consilia attestacione
ewangelice narracionis audimus.
In illa namque describitur cum re
demptorem nostrum vivificare mor
tuos cernerent, in morte eius quan
ta anxietate crudelitatis insa
nirent. Quod explere contra illum
prava desideria ardenter vellent,
act 20 sed tamen populum timerent, quod
occasiones occidendi quererent,
et invenire non possent, quod advo
tum sue sevicie alienigenarum
manibus eum quem legaliter in
terimere ipsi non poterant, feriendum
act 21 gentibus tradiderunt, ut ex po
sita potestate romanus preses
ageret, ipsi ex pia malicia ut agi
debuisse anhelaret. Unde et ap
te subiungit: Ab interioribus egredietur
tempestas et ab arcturo frigus.
I Sacra scriptura tamen cum arcturum

interiora memorat, aquilonis partibus
austri plagam designat. Unde et in
hoc eodem libro scribitur: Qui facit
Job 9 arcturum et oriones et interiora austri.
Quia igitur interiora austri sol ferventior
tenet, in arcturo vero cursum omnino
non habet, interiorum nomine plebs
iudaica, arcturi autem vocabulo hoc
in loco populus gentilis exprimitur.
Hii enim qui unum atque invisibilem
deum noverant, eiusque legi saltem
carnaliter serviebant, quasi sub meridi
ano sole fervidiores in fidei calore tene
bantur. Gentiles autem quia nullam
scienciam superne cognicionis attigerant,
velut sine sole frigidi sub aquilone
remanebant. Quia vero tempestas
impellit, frigus autem torpore constringit,
recte nunc dicitur: Ab interioribus egredietur
tempestas et ab arcturo frigus. Ac
si aperte diceretur: Iudeis surget mali
cia persequens, et agentibus partis primes.
Neque enim miracula legis precepta xx
venerunt et tamen iudei per eadem k
miracula in tanta humani generis
act 21 redemptorem cernebat. Unde explere
hoc quod ceperant non valentes, ad py
lati pretorium concurrunt, ut ipse hunc
perimeret, quem in ipse perimente lex
nulla cohiberet. Ab interioribus ergo
tempestas, atque ab arcturo frigus pro
dyt, dum quod iudea ex invidia pe
ciit, hoc gentilis iudex ex romana
auctoritate perpetravit. Unde enim contra hunc
eundem adhuc in iudeam subditur:
Flante deo concrescit gelu. Quia
quo fidelium cordibus spiritus sanctus as
piravit quo maiora virtutum mira
cula contulit, eo in infidelium mentibus
gravioris invidie torpor excrevit,
atque inde contra deum plebs in
fidelis obduruit, unde similis populus
ad actum diuicia que se astringat
emolliret. Deo enim flante in gelu ipsi
firmant, cum visis miraculis invidentes
dicebant: Ecce mundus totus post
eum vadit. Conspiciebat signa, dice
bant pharisei eius miracula, totum
iam mundum sequentem fidei predicamenta

perdebant et tamen quo spiritus sanctus mundum replevit eo illorum mentes artius in vite malicia ligabat. Aqua ergo in gelu versa est, dum eorum post redemptorem mundum in Iudea invidia rigida remanebat. Sed quia superne potestatis superveniens etiam infidelitatis tante duriciam solvit atque adamantina dura se corda infidelium liquere post hoc gelu bene mox subdit: Et rursum latissime funduntur aque. Post gelu quippe rursum latissime aque fluunt, quia postquam Iudeorum seviciam usque ad mortem pertulit, eorum corda pertinaciam infidelitatis duricia amoris sui aspiratione liquefecit, ut tanto post desiderabilius ad obedienciam currerent, quanto prius preceptis illius obstinacius restitissent. Unde bene per quendam sapientem dicitur: Sicut glacies in sereno sic solventur peccata tua. Ab hoc frigido torpore gelu solvi propheta desiderabat, cum diceret: Convertere domine captivitatem nostram sicut torrens in austro. Dehinc aque, id est agmina redeuncium populorum. Rursum dicit: Mittet verbum suum et liquefaciet ea, flabit spiritus eius et fluent aque. Aque de gelu currunt, quia plerumque ex duris persecutoribus magni predicatores fiunt. Gelu ergo in aquam liquatur, cum torpor mentis frigoris ad irrigacionem vertitur predicationis. An Paulus gelu non erat qui acceptis epistolis Damascum perges in corde fidelium quasi in terra dei nascentia ubi semina ne ad perfectionem operis surgerent restringere querebat. Sed gelu hoc in aquam redit, quia quos persequendo prius premere studuit, hos postmodum fluentis sancte exhortationis infudit, ut tanto uberius electorum messis exsurgeret, quanto hanc ymber dei eciam ab ore persecutoris irrigaret. Unde et bene subditur: Frumentum desiderat nubes. Quid enim electi quique sunt nisi frumenta dei ~~celestibus~~ celestibus horreis recondendi, qui nunc in tritura aree paleis tolluntur, quia in hac purgatione sancte ecclesie mores contrarios reproborum


perferunt, quousque hoc intimus agricola ventilabro iudicii dirimat, et in superna habitacula electos suos quasi munda iam grana suscipiet, eternis paleas ignibus tradat. Unde bene per Iohannem dicitur: Cuius ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Mt 3 Sed hoc frumentum quousque ad perfectionem fructum veniat nubium pluvias expectat ut crescat. Quia bonorum mens predicatorum arvis infunditur, ne ab humore caritatis desideriorum carnalium sole siccetur. Hoc frumentum supernus agricola in mundo surgere ac nubes desiderare conspexerat, cum diceret: Messis quidem multa, operarii pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Luc 10 Quod igitur hic frumentum, illic messis, quod vero hic nubes illic operarii vocantur. Quia predicatores sancti et nubes sunt et operarii. Nubes videlicet per doctrinam, operarii per vitam. Nubes quia verbis influunt, operarii quia non desinunt agere quod loquuntur. Unde et subditur: Et nubes spargunt lumen suum. xxvi Nubes enim lumen spargere est predicatores sanctos exempla vite et loquendo et agendo dilatare. Sed quamvis admirationis intime lumen spargant, non tamen ad convertenda omnia que appetunt corda perveniunt. Nam sequitur: Que lustrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit. Sepe namque predicatores sancti exhortari quosdam volunt sed nequeunt, sepe quosdam declinare appetunt sed tamen interne instigationis impulsu exhortari eos instantissime compellunt. Videamus nube dei quo gubernantis manum et ad ea quam non appetit ducitur, atque ab impulsu suo iter gubernantis manum retinetur. Certe Paulus cum vestimenta sua

exiciens a corinthiis discedere
Act 18 vellet audivit: Noli timere sed
loquere et ne taceas quia ego tecum
sum. et nemo apponetur tibi ut
noceat te quia populus est michi
multus in hac civitate. Rursum
cum ad Thessalonicenses voluisset
1 Thess 2 ire retentus est dicens. Voluimus
venire ad vos ego paulus et semel
et iterum sed impedivit nos sathanas.
Neque enim per semetipsum sathan precedere
vias tanti apostoli potuisset, sed occulte
dispensationis usibus dum adversatur nes-
ciens deservivit. Ut nimirum paulus
dum ad alios vellet accedere ad va-
let eis quibus recedere non potuit
altius prodesset. Nubes ergo dei
circa per circuitum lustrant quia
predicationis luce mundi fines illu-
minant. Sed quia divinis nutibus
subdite nequeunt explere quod volunt
ire non possunt nisi quo eas vo-
luntas gubernantis duxit. Unde
et apte subditur: Ad omne quod
preceperit eis super faciem orbis terre.
Sepe enim cum gubernantis voluntate
ducuntur aliter agere appetunt sed aliter
disponuntur. Nam plerumque quosdam
auditores suos student blande
corrigere et tamen eorum pro more asperi-
tatem ducuntur. Plerumque quosdam
respectu aspere appetunt sed tamen
eorum vigor per mansuetudinis spiritum
refrenatur. Sicut enim non possunt
ire quo volunt, ita etiam nequeunt
agere sicut volunt. Quia enim
eos intimus arbiter tenet cum
mittit, ita etiam illos modifi-
catus suscipit cum perducit, ut
aliquando in cogitatione alia disponant
sed alia in opere peragunt, aliquando
aliter inchoent, sed aliter consumment.
Quia igitur iuxta hoc quod sibi
preceptum sunt, dicatur recte Quoniam
eos voluntas gubernantis
duxit, ad omne quod preceperit
eis super faciem orbis terre. Eo enim
operatiorem viam predicationis inve-
niunt quo adherent non suis

sed preceptoris sui nutibus ducuntur. Unde
adhuc subditur: Sive in una tribu si-
ve in terra sua, sive in quocumque
loco misericordie sue eos iusserit
inveniri. Una tribus profecto iudea
intelligitur, que in scriptura sacra cla-
ra ac multiplex pro certis memoratur,
que in hoc quod christe redemptoris carnem
protulit, specialem pre omnibus nomen accepit.
Terra autem dei simul omnis terra iudea
nominatur, que tunc ei fidei sue fruc-
tum protulit, cum totus sub ydolorum
cultu desipientibus gentibus mundus
erravit. Locus autem misericordie dei est ipsa
gentilitas, cuius culpa districtus
iudex si iuste animadverteret, a directo
reconciliationis gratie numquam veniret, et que
nulla apud deum habuit merita,
reconciliationis tamen gratiam ex sola
misericordia accepit. Hinc est quod per paulum dicit
Ro Gentes autem super misericordia honorare deum.
17 Unde rursum scriptum est: Et que non
consecuta misericordiam nunc autem misericordiam con-
Ozee 2 secuta. Nubes ergo dominus suas ducit
sive in una tribu sive in terra sua
seu in quocumque loco misericordie sue eos
iusserit inveniri. Quia predicato-
res novi veterisque testamenti aliquando
soli tribui iude contulit et israel
pene totum ex parte regnum gubernatione
reprobavit. Aliquando et in terra
sua has pluvie nubes facit, quia
eundem afflictum populum ad antiquam
gratiam post correptionem captivitatemque
revocaverunt. Aliquando loco misericordie sue eos
clarescere voluit, quia predicatores
suos etiam gentibus interiti miracula
ostendit, ut ex sola misericordia cunctos erroris
absolveret quos ingenite perfidie
ira deprimebat. Sed ecce helyu quia
futura per prophetiam spiritum sentit, quia
multa sublimia protulit, vir arro-
gans elationis sue pondere lassatus
non valet ferre que dicit. Nam per
iactantiam protinus adiungit: Auscul-
ta hec iob sta et considera miracula
dei. Quasi in comparatione sui iacentem
vidit quem ad verba tante predica-
tionis ut staret admonuit, quamvis

et per hoc quod dicit Ausculta grauiorem
beato Iob contumeliam irrogat, quia
sicut iam de illo superius diximus
Arrogancia minoris est auditum sibi
petere vel extorquere maioris. Sed licet
Heliu bona que dicit, ne sciat pen
sare cum dicit. Nos qui erudiri ab
omnibus querimus, indagare verba
doctrine illius subtiliter debemus. Ma
gna fortasse virtutis arte dicitur Sta
et considera miracula dei. Sunt
quippe non nulli qui dei miracula
iacentes considerant, quia operacionis
eius non sequentes potenciam admi
rantur. Stare quippe est recte agere.
xxi Pauli Unde et ~~Paulus~~ dicit Qui se existi
mat stare videat ne cadat. Et se
pe quidam divina iudicia mirantur,
Cor. 10 predicamenta celestis patrie cum audi
unt, diligunt opera in terre dispo
sicionis obstupescunt, sed tamen
amando et vivendo ad hec eadem
opera assurgere negligunt. Iacentes ergo
dei miracula considerant, qui eius
potenciam sciendo et non persequendo (?)
amant. Per contemplacionem quidem
in consideracione oculos tendunt, sed
tamen per intencionem sese actionis non
erigunt. Unde bene in Balaam expro
bracione dicitur Cadens apertos habet
Nu. 24 oculos. Qui multa namque de adventu re
demptoris dixerat, et que in nominatis
tribus erant ventura providebat,
sed tamen ei vivendo assurgere noluit
quem videndo predixit. Iacens ergo
apertos habuit oculos, quia cum vide
re descripcionibus potuit, quem prescriptus
in summis non amavit. Iacens ergo
apertos oculos habuit cum eius mentem
et prophetia ad celestia tenderet, et ava
ricia in terra retineret. Heliu itaque qui
beatum Iob nequaquam credidit vivendo
tenuisse quod dixit, quasi admo
nens dicit Sta et considera miracula
dei, quem adhuc de venturis dis
cutit. Qui de ignorancia similia ad
xiiij iungit. Numquid scis quando precepit deus
N pluviis ut ostenderent lucem nubium eius

Sed nubes sancti predicatores sunt,
pluvie nubium sunt verba predica
cionum. Sed nubes cum predicacionis (?)
nolunt, nisi pluvia deorsum
veniat nescitur quantum aquarum
in necessitatem portant. Choruscus (?) nisi
nisi pluvias erumpat intelligi
non valet quid intus iam claritatis
lateat. Quia nimirum predicatores
sancti si tacerent, et nequaquam loque
ntes ostenderent, quanta sit celestis
spei claritas quam in cordibus
gestant, aut reliquis hominibus
similes, aut longe huius despe
ctores viderentur. Cum autem aperire
predicacionem ceperint, que sit superne
patrie remuneracio quam intra
secretus tenent cum predicacione pro
si in qua virtutis arte preferunt (?)
innotescunt cum visione de
specti loquendo insinuant. In time
ant. Ipse que de nubibus infun
dunt pluvie. Lucem nobis earum
nubium ostendunt. Quia nemo
comprehendit quando deus virtute
predicacionis tribuit, ut predicanti
cum gloria clarescat. Dicitur ergo
Numquid scis quando precepit deus
pluviis ut ostenderent lucem nu
bium eius. Ac si aperte dicit
Numquid scis venturos in mundo
predicatores iam conspicis, qui
eos ad predicandum de his replere
spiritus impellat, quibusve modis
eorum vite claritatem mundo innotescat
apprehendis. Qui adhuc ap
te subiungit Numquid nosti se
mitas nubium, magnas et per
fectas sciencias. Sunt enim nubes x
iste semitas subtilissimas scilicet
sancte predicacionis vias. Angus
ta quippe porta est que ducit
ad vitam. Eos ergo presencium
astringit quos ab intencione
eorum trinite plata mundi desi
deria evagando non exeunt.
Arta enim bene viventibus semita
non est ampla via, sed semita,
in qua predicator quisque studiose



A i Verba enim predicatorum cognoscimus aut in eis claritatem vite quia appetit cum maiori
humilitate veneramur. Hanc nimirum lucem Paulus discipulis ostendebat cum diceret Eph. 1
Ut sciatis que sit spes vocacionis eius que divicie glorie hereditatis eius
in sanctis et que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus
Hanc lucem Corinthii per scriptorum verba quasi per pluvie guttas agnouerunt cum dicebant
Epistole quidem sunt graves et fortes, presencia autem corporis infirma et sermo contemptibilis.
Sed plerumque predicatores sancti ostendere [illegible] ut possint [illegible]
possunt plerique latere ut dicti [illegible] permittitur. Nemo in sanctis quo
lucem nubium pluvie ostendant etc. x

constringitur quia sub preceptorum custodia sollicite coangustatur. An non quasi quedam angustia est itineris in hoc quidem mundo vivere, sed delectamentis mundi copia nichil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere, et pro deo obprobria amare, gloriam fugere, despectum querere, adulantes despicere, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere et erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Que videlicet omnia semite sunt sed magne, quia quanto in presenti vita propria vivendi custodia angustate sunt, tanto amplius in eterna retributione dilatantur. Ubi et apte subiungitur: Et perfectas scientias. Perfecta quippe scientia est, et cuncta habere sollicite agere, et de se suis meritis scire nichil esse. Unde et apte nubes de hac perfecta scientia docentur cum eis voce veritatis dicitur: Dum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus. Perfecta scientia est scire omnia, et tamen in quoddam modum scientem se esse nescire; quia et si iam dei precepta novimus, et si iam laborum illius sollicita consideratione pondera novimus, et si iam que intellexisse nos credimus agimus, adhuc tamen aperte eadem acta qua districtione examinis sint discutienda nescimus. Nec dum dei faciem cernimus, nec dum occulta eius consilia videmus. Magna ergo est ista scientia, que quousque mortalitatis pondere premitur, ipso suo incitatu dimissis nubilo tegitur. De qua bene Paulus dicit: Qui se existimat scire aliquid nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. In hoc itaque mundo dum premimur tunc perfecte que scienda sunt scimus, cum proficientes per intelligentiam nil nos perfecte scire cognoscimus. Dic ergo: Nunquid nosti semitas

nubium

magnas et perfectas scientias? Ac si aperte dicat: Nunquid iam summa acta per diucem conspicis qui postquam per scientiam ad alta se elevat deorsum se humiliter per cognitionem sue ignorantie inclinat. Quod quia solius spiritus sancti dono agitur, ut humanum cor non solum de scientia sed etiam de ipsa sua ignorantia verbo perfecte doceat et calore amoris adsupra fuerat dum minora esse que cognovit in summis pensat, recte subiungitur: Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro? Sepe beatum Iob signum sancte ecclesie tenere iam diximus. Vestimenta vero sancte ecclesie sunt omnes qui ei veraciter inherent. Unde per prophetam dominus dicit: Vivo ego quia omnibus hiis velut ornamento vestieris. Per austrum vero qui nimirum ventus calidus est, non immerito spiritus sanctus signatur, a quo quisque dum tangitur ab ignavie sue torpore liberatur. Unde bene in canticis canticorum dicitur: Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum et fluent aromata illius. Aquilonem autem iubet ut surgat, ubi nimirum is qui malorum corda restringit adveniens spiritus fugiat. Auster cum venit et ortum perflat, ut eius aromata defluant, quia per adventum sancti spiritus dum mens hominum repletur, extra mox operum virtutum aspergitur ut iure iam sanctorum lingua quasi ortus austro perflatus dicat: Christi bonus odor sumus deo. Vestimenta ergo sancte ecclesie calida sunt, dum terra austro perflatur, quia hii qui ei per fidem inherent, ferventibus caritatis studiis ardescunt dum eorum mens sancti spiritus afflatu perfunditur. Quod quidem et de beato Iob nil obstat intelligi, quia si habet in sancta ecclesia generaliter dicimus, ut tamen per membra eius singula specialiter teneamus. Unusquisque enim qui recte vivit, atque hoc quod alios docet convenit, quasi tot vestimenta habet quot auditores ei concorditer inherent. Mature namque vestimentorum est ut per semetipsa calere non possit

Marginalia: opa diffilia st arctoria — B — perfecta scientia — Luc 17 — Stulte — 1 Cor 8 — Ysa 49 — 7 — 2 Cor 2 — xvi — C

sed ad uincta uiuentis corporis, dum ex
calentibus membrorum poros contingunt,
emanantem ab intimis calorem percipiunt.
Quo nimirum calore hec etiam uestimenta
calefiunt, sed calefacta calorem quem
acceperint retinendo ad corpus reddunt.
Quid ergo per uestimenta uiuentis corporis
adherentia nisi discipulorum uita
ingeniis uiuentibus coniuncta signatur,
que quasi per poros calorem accipit,
quia ad amorem dei et exemplo
actionis et impulsu exhortationis
ignescit. Que uelut frigorem prius
respuit, dum a pristina in ignauitate
discedit. Calorem quem accepit
retinet, quia in eo quem predicatores
suscepere feruore conualescit. Docto-
res autem sancti dum auditores
suos in amore dei proficere sentiunt,
ipsi amplius in doctrine uirtute
feruescunt, et quia eos ad summa in-
ardescere et fluere conspiciunt ad profi-
cienda bona celestis patrie ualidius
succenduntur. Quia et si quando pro eo
quod adhuc uitam corruptibilem
humane infirmitatis agunt, de
qualibet culpa saltem tenui tempore
in cogitatione uel locutione temptantur,
discipulorum suorum prouectum conspi-
ciunt, et ipsi uel in minimis esse re-
prehensibiles erubescunt. Ne qua for-
te exempla rectitudinis prebeant eis
quos predicationis uocem ad regulam
intime rectitudinis uocant. Dum ergo
uerbo doctorum accenduntur audito-
res, quasi ex uiuenti corpore uestimenta
calescunt. Sed dum ex prouectu audi-
torum etiam uita docentium proficit,
quasi ex calefactis uestimentis calor
ad corpus redit. Sed nequaquam sibi
doctores tribuant, quod per exhortationem
suam ad summa proficere auditores ui-
dent. Quia nisi sanctus spiritus corda [ad auditores]
corda repleat auditorum, uox docen-
tium incassum sonat. Formare enim
uocem exterius magistri possunt,
sed hanc in pectore interius non possunt.
Neque enim qui plantat est aliquid

1 cor. 3

neque qui rigat, sed qui incrementum
dat deus. Dicit ergo: Nonne ue-
stimenta tua calida sunt, dum
perflata fuerit terra austro? Quia
nimirum tunc auditores, qui bene
uiuentibus doctoribus inherent, calo-
rem superni amoris accipiunt, cum
perflatu sancti spiritus excitantur.
Ac si aperte beato Iob dicatur: Incassum
tibi tribuis si quos per te in uirtute
contemplaris, quia hi quos per te
incaluisse estimas, nisi eos spiritus
sancti calor attingeret, frigidi in sua
insensibilitate remanerent. Postquam
uero hec fortis dixit per arrogantie
leuitatis motus irrisionis illico uerba
subiungit dicens: Tu forsitan [xxvi]
cum eo fabricatus es celos qui [v]
solidissimi quasi ere fusi sunt.
Possunt per celos hi qui in celesti-
bus sunt conditi angelici spiritus
designari. Unde et in oratione domini- [mt 6]
ca uoce ueritatis instruimur: Fiat
uoluntas tua sicut in celo et in
terra. Ut nimirum uoluntas dei sicut
a superiori creatura agitur, ita in omnibus
etiam ab humana infirmitate
fiat. De quibus bene dicitur: Qui so-
lidissimi quasi ere fusi sunt.
Nature namque eris est difficile
rubigine consumi. Et uirtutes
angelice que in diuino amore
fixe perstiterunt, lapsis superbientibus
angelis, hoc munus retributionis
acceperunt, ut nulla iam rubi-
gine surripientis culpe mordeantur,
ut in contemplatione conditoris
sine felicitatis fine permaneant
et in hoc quod sunt conditi eterna
stabilitate subsistant. Unde bene
apud Moysen ipsa de mundi ori- [ge. 1]
gine hystorie uerba testantur, cum
et prius factum celum dicitur et hoc idem
postmodum firmamentum uocatur. Quia
uidelicet natura angelica et prius subtilis
in superioribus condita, et post ne
umquam posset cadere mirabilius
confirmata. Possunt etiam per celos
ut sepe diximus electorum mentes

Spiritus sanctus gratia optimus est moderator

expmi animetis tremens contingis
in timo amore suspense. quia
quamvis corpore degunt in summis
que tamen corde iam habent. summis
Phil. 3 vacant dicit: Nostra conversatio
in celis est. Quam solidissimi vero ex
sisi sunt, quia ab integritate rep-
te fortitudinis nulla mutabilitatis
rubigine consumuntur. Quibus et forte
contra adversa dimicantibus auctor
Luc. 22 voce dicitur: Vos estis qui permansistis
mecum in temptationibus meis. Sed quia
mus doctus et arrogans cum
irridet sanctum virum nititur irrisione
sua fortia dicta pervertere a
dictis tamen fortibus semper ad super-
vacua verba relabitur. Nam itero
deridendo subiungit: Ostende nobis
quid dicamus ei. nos quippe involu-
timur tenebris. Ac si dicat: Tu qui
iam magna intelligentie luce perfrue-
ris doce nos qui ignorantie tene-
bris involui debes. Quem mox
ab irrisione resiliens despiciendo
subiungit: Quis narrabit ei que
ego loquor. Ac si aperte dicat: Que
ego ei de suis laudibus acute sci-
ens non audita loquor quis
hec narrare vel postquam audierit potest.
Sed quia cum doctrina et arrogantia
in unius mentis statione confligit
aloquentis oris non solum servat
vivendi levitas sed etiam gravitas
sentiendi. Postquam helyu per arroga-
tiam leviter intumuit dicens: Quis
narrabit ei que loquor mox pro
doctrina subdidit: Etiam si locutus
fuerit homo devorabitur. Omne
quod aliquid devorat hoc in-
trorsum trahens ab intuentium
oculis occultat, et rem quam videt
in superficie patentem in profundum rapit.
Homo igitur cum de deo tacet pro ratione
in qua est conditus esse aliquid videtur.
Ac si aliquid loqui de deo ceperit
illico quam nil sit ostenditur. quia in
inmensitate magnitudinis illius devoratur
et quasi in profundum raptus abscon-
ditur, quia fari ineffabile cupiens
ipsa sua ignorantie angustia de-
glutitur. Loquitur caro enim de spiritu

circumscriptus spiritus de incircumscripto, creatura
de creatore, temporalis de eterno, mutabi-
lis de inmutabili, mortalis de vivifi-
cante, et cum in tenebris positus de
eterno lumine sicut est nesciat, homo
de eternitate disserere cupiens, cecus
loquitur de luce. Si ergo locutus fuerit
homo devorabitur. Quia si effari hoc
eternitate sicut est appetit, etiam hoc
sibi subtrahit, quod de illa vel tacitus
sentit. Sed ecce eternitas tunc vero hominibus
innotuit, cum se eis humanitate
suscepta monstravit, que quia nec
dum revelata fuerat. De eisdem hominibus
recte subiungit: At nunc non videt lucem
Isa. 9 de qua nimirum luce etiam prophe-
tam dicitur: Populus qui sedebat in tene-
bris vidit lucem magnam. Sed hec
eadem lux qualiter ab hominibus vi-
deatur insinuat cum protinus subdit:
Subito aer coget in nubes. Aer
quippe ita ipsa sua tenuitate spargi-
tur ut nulla firmitate solidetur. Nubes
autem tanto firmiores sunt quanto de-
nsiores. Quid ergo per aerem nisi mentes
secularium designat que in huius
vite huius desideriis dedite hinc
illincque more aeris fluide disper-
guntur. Sed aer in nubes cogitur cum fluxe
mentes per supernum respectum gratiam
virtutis soliditate roborantur. Ut intra
sinum cordis recte sentiendo se colli-
gant et in vanis cogitationibus non
fluitent. Aer petrus fuit cum per terrena
desideria sparsus enim quasi aura
transiens per vitam carnis curam piscatoris
agitabat Aer etiam apostoli omnes extiterunt qui
iam per legem alta didicerant, sed nec
dum per fidem recta sapiebant. Subito
autem aer in nubes coactus est, quia
per respectum superne gratie fluxa corda
piscatorum in soliditate versa sunt per-
dicatorum. ut eorum infirme cogitationes
fortia sentiendo [illegible]escerent. ac
more nubium aquas scientie caperent
et subiacentem terram imbribus predica-
tionis irrigaret. Quo pacto mysterio
ad secreta celi recerent, atque ad eternam
requiem finito labore pervenirent
Unde et bene mox subditur: Et ventus tran-
siens fugabit eas. Ventus transiens C XXVII

nubes fugit, quia mite temporalis excessus
a carne apostolos subtrahit, et eos a terre
superficie in secreta requie quasi in celorum
cardine abscondit. Sed quia usque ad
mortem predicare non desinunt, tempus
vite spacium more nubium cum ubertate
pluvie expleverunt. Quid eorum laboribus
in sancta ecclesia agatur adiungit protinus
cum subdit: Ab aquilone au-
rum veniet. Quid per aquilonem nisi
peccati constricta gentilitas designatur,
quam ille sub iugo sue tyrannidis
ys 14 tenuit qui superbiens dixit: Sedebo
in monte testamenti in lateribus aquilonis,
ascendam super altitudinem nubium, similis
ero altissimo. Quid vero auri no-
mine nisi anime fideles exprimuntur,
de quibus per Ieremiam dicitur: Quomodo
obscuratum est aurum, mutatus est
color optimus. Aurum quippe ob-
scuratum dolent, quia in quibusdam
claritate in nocentiae vitam culpe
nigredine induit. Ab aquilone ergo aurum
venire dicitur, quia per respectum gratie
redemptoris a gentilitate dudum
perfidie torpore frigida, mentes statim
etiam preciosa deo vita fidelium
implicatur. Ab aquilone etenim aurum
veniet cum ab ipsis ydolorum cultoribus
vera in deo fides claruit. Sed con-
versis ad fidem gentibus iudea con-
ad tradixit, et primum retributionem celes-
tium dedignatur suscipere eos qui dudum
fuerant cultores ydolorum. Hinc post con-
versionem gentilium petro dicitur: Quare
Act 11 introisti ad viros preputium habentes
et comedisti cum eis. Quo contra
recte per prophetam dominus dicit: Dicam aqui-
ys 43 loni da, et austro noli prohibere. Sic-
ut enim per aquilonem gentilitas, sic per aus-
trum iudea signatur, que quasi in meridiano
sole incaluit, quia redemptorem in
carne apparentem fervorem fidei primum
suscepit. Aquiloni da dicitur, cum offerre
sue fidei munera gentilitas imperatur.
Austro autem iubetur ne prohibeat, quia
hebreis in fide consistentibus precipitur,
ne intrantem gentium repellendo con-
tempnat. Unde hic quoque recte dictum est:

Ab aquilone aurum veniet. Apte sub-
iungitur: Et adeo formidolosa lauda-
tio. Sic enim adeo dicitur ac si ab hiis
qui in parte dei sunt, id est fidelibus
diceretur. Auro igitur ab aquilone venien-
te adeo formidolosa laudatio pervenit,
quia dum claritatem sue fidei gen-
tilitas obtulit, multitudo hebreorum
fidelium divina iudicia pertimescendo
laudavit. Sed quomodo ab aquilone au-
rum veniat, quomodo ab hiis qui
sub deo sunt formidolosa laudatio
erumpat, ipsa nobis hystoria sacri
eloquii ostendit. Scriptum quippe est: Act 10
Cornelius centurio cohortis que
dicitur ytalica religiosus et timens
deum cum omni domo sua, faci-
ens elemosinas multas plebi et
deprecans deum semper, vidit in visione
manifeste quasi hora nona diei
angelum dei introeuntem ad se
et dicentem sibi: Corneli. At ille in-
tuens eum timore correptus dixit:
Quis es domine? Dixit autem illi:
Orationes tue et elemosine ascen-
derunt in memoriam in conspectu domini.
Aurum ab aquilone venit cum in
conspectu dei ex gentibus cum elemosinis
oratio ascendit. Quod cum petrus fratribus
retulisset, quomodo vel cornelius
angelum, vel ipse de celo submit-
ti ad se lintheum cum bestiis rep-
tilibus ac volatilibus vidisset, quomodo
spiritus sanctus ante baptismum gentilium
corda perfundit, qui in iudeorum
mentibus nisi post aquam baptisma-
tis venit, protinus scriptum est: Hiis Act 11
auditis tacuerunt et glorificaverunt
deum dicentes: Ergo et gentibus
deus penitentiam ad vitam dedit. Mul-
titudo ergo fidelium formidolosam
laudem deo obtulit, que salvatis
gentibus a suo se munere dono
celestis gratie admirando compescuit.
Unde ipse quoque petrus miratur dicens:
In veritate comperi quod non est personarum
acceptor deus. Sed cum gentes fi-
dem susceperint, tunc ab eis qui iam
fideles sunt formidolosa laudatio.

Nota per elemosinas disponimur ad gratiam

D[icitur] / adleta venit potius quam
formidolosa —

Nota bene docet et male vivunt
dampnacionis sue precones sunt

debuisse. Sed idcirco conversis gentibus
ab hebreis iam fidelibus formido
post laudatoris prodit, quia nimirum
iuste iudea repulsa est, dum pie
est gentilitas vocata, et dampna
sue repulsionis timuit, dum lucra
aliene vocationis vidit. Unde et nos
quoque cottidie dum in quosdam quasi
adhuc opinatam vite celsitudinem
provehi repente conspicimus subortu-
tis dei iudiciis timendo gaudemus
ne pro occulta iudicia quosdam deus
qui dignum putatur deserat, qui pro-
hibet adesse eos qui indigni estimantur
xxvij vocat. Sequitur. Digne eum invenire
non possumus. et si invenire eum dum
possumus non tamen digne, quia
quamdiu in illo sentimus ex fide est
non dum ex specie. Hoc tamen qui in-
se invenisse considerat adiungit dicens
Magnus fortitudine et iudicio et
iusticia et enarrari non potest. Mag-
nus quippe est fortitudine quia
fortem adversarium superat et de domo
illius vasa contumeliosa auferens
in misericordie vasa permutat. Mag-
nus iudicio quia et si hic electos
suos pro adversa deprimit, eos quoque
in gloria eterne prosperitatis extollit
Magnus iusticia quia et si hic
diu tolerat, quandoque tamen sine
termino reprobos dampnat. Bene autem
subditur. et enarrari non potest. Quem
enim digne non valet, quantomnis
dici. Sed melius hunc ut cumque dicimus
si sub consideratione eius formidine
ad mirando tacemus. Sequitur. Ideo
timebunt eum viri et non audebunt
contemplari omnes qui sibi videntur esse
sapientes. Hoc loco heliu viros eos
qui ad intelligentiam suam fortes se
appellat. Et notandum quod non ait
et non audebant contemplari sapien-
tes, sed qui sibi videntur sapientes
esse. Quibus verbis illos pro quo quidem
se arrogantes insinuat. Heliu vero
dum multa fortiter sentit in locutio-
nibus suis se tetigit fine. viri namque
arrogantes et docti cum recte non

vivunt, sed tamen recte dicunt doctrinam
impulsionibus compelluntur, ipsi dampn-
nationis sue aliquo precones sunt,
quia dum ea que agere respuunt pre-
dicantes insinuant, suis se vocibus
dampnatos clamant. Contra quos
bene psalmista dicit. Conversi sunt
in arcum pravum. Arcus quippe
pravus ipsum a quo tenditur percutit.
Iudicis autem suis arrogancium
lingue arcui pravo sunt similes
quia dum contra electorum verba fa-
ciunt in suis actoribus sagittas figunt.
Unde summa cura providendum est ne
accepta sapientia cum ignorantie tenebris
illuminat, lumen humilitatis tollat, et iam
sapientia esse negat. que et si intus
locutionis fulgeat claritatis tamen velare
cor loquentis obscurat. Alia namque bona
sunt summa, alia bona media. Bona
etenim summa sunt. Spes fides ca-
ritas, que cum veraciter habentur in malo
flecti non possunt. Bona autem sunt
media, prophetia doctrina. curationum
virtus, et cetera. que ita inter utrumque
sunt posita, ut ~~hic~~ aliquando per ea
la eterna patria, aliquando vero gloria
terrena requiratur. Medias ergo has
virtutes dicimus, quas ad quecumque
mens appetit inclinamus. Quibus
preceptis ita uti animus sicut terrenis
denariis potest. Per terrenas namque denaria
alii in glorie ostentatione super-
biunt, alii erga proximorum indigentiam
misericordia pietatis operantur. Cum per
doctrinam igitur atque prophetiam laus
exterior queritur, quasi per corporales de-
narios terrene glorie culmen ambitur.
Cum vero doctrina atque prophetia
lucrandis animabus impenditur,
quasi accepte divitie egenis
fratribus largiuntur. Cuncta ergo sepe
percepta dona que se recipe[?] exultat
animum divitis in caritate animus
elongat, vigilanti provisione curan-
dum est. ut et prius subigitur vicia
et post sub circumspectione dona teneantur.
Nam si meis mens in caute se de-

Bona sunt triplicia
- Summa
- Media
- Infima

serit non propter admirationem subuehit-
ur, sed quasi pro anteactis laboribus remu-
neratio repensatur. Unde fit ut etiam
accepta uirtus donum in usu transito-
rie laudis assumitur, quia uicio mi-
litat uirtus non sit. Prima ergo origo
uirtutis humilitas est. Illa in nobis
uirtus ueraciter pullulat, que in
radice propria, id est in humilitate perdu-
rat. Quia nimirum ab scinditur "si"
arescit, quia uiuificationem sibi inti-
xix mi humoris caritatis perdit. Sed
3 quia per hoc quod ab Helyu dicitur: Non au-
debunt contemplari omnes qui sibi
uidentur esse sapientes, occulta cordis
elatio reprobatur, intueri libet quanta
uirtutum munera Dauid perceperit
atque in his omnibus quam forti se hu-
militate seruabat. Quem enim non extol-
leret ora leonum frangere, ursorum bra-
1 reg chia dissipare, despectis prioribus
fratribus eligi, reprobato rege ad regni
gubernacula ungi, timendum cunctis
uno lapide Goliam sternere, a rege
proposita ex tinctis allophilis numerosa
preputia reportare, promissum tandem
regnum percipere, cunctumque israheliticum
populum sine ulla contradictione pos-
sidere? Et tamen cum archam dei
in Ierusalem reuocat, quasi oblitus prelatum
se omnibus admixtus populis ante
archam saltat. Et quia ante archam
2 reg saltare, ut creditur, uulgi mos fuerat,
6 rex se in diuino obsequio per saltum
rotat. Ecce quem dominus cunctis
singulariter pretulit, sese sub deo in-
ter equando minimis, et abiecta ex-
hibendo contempnit. Non potestas
regni ad memoriam reducitur, non sub-
iectorum oculis saltando uilescere
metuit, non se honore prelatum ceteris
ante eius archam qui honorem dede-
rat recognoscit. Coram deo "debi- egit
lia uel extrema ut illa ex humilita-
te solidaret, que coram omnibus
hominibus gesserat fortia. Quid de
eius factis ab aliis sentiatur ignoro. E-
go Dauid saltantem magis stupeo
quam pugnantem. Pugnando quippe
hostes subdidit, saltando autem coram

domino semetipsum uicit. Quem Michol
filia Saul adhuc ex timore regii
generis insana cum humiliatum despiceret
dicens: Quam gloriosus hodie fuit rex
Israel discooperiens se ante ancillas seruo-
rum suorum et nudatus est quasi si nudetur
unus de scurris, protinus audiuit:
Ludam ante dominum qui elegit me
potius quam patrem tuum. Et paulo
post ait: Et ludam et uilior fiam
plusquam factus sum, eroque humilis in oculis
meis. Ac si aperte dicat: Uilescere coram
hominibus appeto, quia seruare me coram
deo in genuina per humilitate quero. Sunt
uero nonnulli qui de semetipsis hu-
milia sentiunt, qui in honoribus positi
nichil se esse nisi puluerem fauillamque
perpendunt, sed tamen coram hominibus
uiles apparere refugiunt. Et contra
hoc quod de se intus cogitant quasi
rigida extius uenustate palliantur.
Et sunt nonnulli qui uiles ab hominibus
uideri appetunt atque ~~deiectos~~ omne quod sunt de se ctos se
~~se quod sunt~~ exhibendo contempnunt, sed
tamen apud se introrsus quasi ex ipso
merito onere uilitatis intumescunt
et tanto magis in corde elati sunt
quanto amplius in spe elationem premunt.
Que utraque unius elationis bella
magna Dauid circumspectione deprehen-
dit, immo uirtute superauit, quia et
de semetipso intus humilia sentiens
honorem extius non querit. Insinuat
dicens: Ludam et uilior fiam; et quia
propter quod uilem se extius probat ne
quamquam intus intumescit adiungit:
Eroque humilis in oculis meis. Ac si di-
cat: Qualem me despicies exhibeo
talem me intus attendo. Quid
ergo acturi sunt quos doctrina ele-
uat? Dauid ex carne sua uentu-
rum redemptorem nouerat, eiusque ga-
udia prophetando nunciabat, et tamen in
semetipso tumorem cordis ualida dis-
cretionis calce deprimebat dicens: Ero-
que humilis in oculis meis. Bene ergo
per Helyu dicitur: Ideo timebunt eum

viri et non audebunt contemplari
quis qui sibi uidentur esse sapientes.
Contemplari enim dei sapienciam non
possunt, qui sibi sapientes uidentur,
quia tanto ab eius luce longe sunt,
quanto apud semetipsos humiles non
sunt, quia in eorum mentibus dum
tumor elacionis crescit, aciem con-
templacionis claudit, et unde se
lucere pre ceteris existimat, inde se luce
ueritatis priuat. Si igitur ueraciter sapi-
entes esse, atque ipsam sapienciam contem-
plari appetimus, stultos nos humili-
ter cognoscimus, relinquimus noxiam
sapienciam, discamus laudabilem fatui-
tatem. Hinc quippe scriptum est: Stul-
1 cor 1 ticia mundi elegit deus, ut con-
fundat sapientes. Hinc rursum dici-
tur: Si quis uidetur inter uos sapiens esse
in hoc seculo, stultus fiat ut sit
sapiens. Hinc euangelice hystorie uerba
testantur, quia Zacheus cum uidere
pre turba nil posset, sycomori arbo-
Luc 19 rem ascendit, ut transeuntem dominum
uideret. Sycomorus quippe ficus
fatua dicitur. Pusillus itaque Zacheus
sycomorum subiit et dominum uidit, quia
qui mundi stulticiam eligunt, ipsi dei
sapienciam subtiliter contemplantur. Pusilla-
nimitatem itaque nostram ad uidendum
dominum turba prepedit, quia infirmitatem
humane mentis ne lucem ueritatis
intendat curarum secularium tumultus
premit. ~~uel arborem~~ Sed prudenter
sycomorum ascendimus, si prouide que
diuinitus precipitur stulticiam tenemus.
Quid enim in hoc mundo stulcius
quam amissa non querere, possessa ra-
pientibus relaxare, nulla pro acceptis
iniuriis iniuriam reddere, immo et
adiunctis aliis pacienciam prebere. Quasi
enim sycomorum ascendere nos dominus
precipit cum dicit: Qui aufert que
tua sunt, ne repetas. Et rursum:
Mat 7 Si quis te percusserit in dexteram
maxillam, prebe illi et alteram. Per sy-
comorum transiens dominus cernitur, quia
per hanc sapiens stulticiam, etsi necdum

ut est, solide iam tamen per contemp-
lacionis lumen dei sapiencia quasi
in transitu uidetur. Quam uidere nequa-
quam uerba inde nequiunt, qui sibi
sapientes esse uidentur, quia ad con-
spiciendum dominum in elata cogitacio-
num suarum turba deprehensi, adhuc
sycomori arborem non inuenerunt.

Incipit liber XXVIII

Post dampna rerum, post fu-
nera pignerum, post uulnera
corporis, post uerba male suadentis uxo-
ris, post contumeliosa dicta conso-
lancium, post suscepta fortiter iacula
tot dolorum, defixum uirtute constancie
laudandus a iudice beatus iob fuerat,
sed si iam depositum seculo esset eno-
randus. At postquam hic adhuc du-
plicia receptus est, postquam saluti
pristine restituitur, ut rebus redditis
diucius uiueret, ne pelatoris gla-
dium ipsa illum sua uictoria feriat,
debet omnipotens deus increpare per
districtam iusticiam quem seruat aduer-
tum. Quid enim peremis plerumque
clam quam constancia uirtutis inficiat,
que illam dum consideracione sua in-
flat, a plenitudine ueritatis euacuat,
et dum se adpercipiendum premia
surgit sufficere, eam a meliorationis
intencione dispendit. Iustus igitur
iob contra flagella extitit, sed iustior
post flagella permansit, et laudatum
antea dei uoce, paramodum creuit
ex uerbe. Perfecto uelut tuba ductilis
ex percussione producta in laude dei
tanto eleuatus est, quanto melior
est castigacione percussus. Sed hunila
dus erat iste qui prostratus ulceribus
sic uirtutibus stabat, humiliandus erat
ne tam robustissimum pectus elacio-
nis tela confoderent, quo stabat certe
quia et illata uulnera non viassent.
Requirendus nimirum fuit homo cu-
ius debuisset comparacione superari.
Sed quid est quod deo uoce dominus dicit:
Vidisti seruum meum iob quod non sit

ei similis in terra. Cuius ergo comparatione
poterat vinci Deo attestante
dicitur. Quia nullus hominis compara-
tione possit equari. Quid itaque a-
gendum est. nisi ut persona sua
ipse dominus suas illi virtutes narret
2 et dicat ei. Numquid produxisti luciferum
in tempore suo et vesperum super filios terre
consurgere facis. Et iterum Numquid
aperte sunt tibi porte mortis. et
ostia tenebrosa vidisti. Vel certe
Numquid post ortum precepisti dilu-
culo. et ostendisti aurore locum suum.
Quia non istum nisi dominus potuit humiliare
vir qui tantum in mentis virtutibus
creverat. et nullius hominis exemplo
humiliatur. ne extolli debeat Dei com-
paratione superetur. Sed ogna potentie
erigitur. qui tam sublimiter humiliatur.
O quanta est hominis victoria ex Dei
comparatione perdidisse. O quanto
hominibus maior est qui testimo-
nio eius convincitur Deo minor. Mul-
tum quippe potens est qui tali in
recognitione ostenditur quia potens non
est. Sed quia ad obscura nimis discenda
Ducimur. ad eundem textus iam
verba veniamus. Sequitur

Capitulum xxxviii.

3 Respondens autem Dominus Iob de tur-
bine dixit. Notandum si sancto
viro in colloquium loquitur ex tranquillitate
divina locutio facta dicitur. Sed quia
flagellato loquitur de turbine locu-
tus fuisse describitur. Aliter enim Dominus
fidelibus suis loquitur cum eos in prosperi-
tate proficere prospicit, aliter cum per dis-
trictionem ne extollantur premit. Per
blandam enim locutionem Domini a-
manda dulcedo eius ostenditur, per
terribilem vero potestas eius metuenda
monstratur. In illa persuadetur anime
ut proficiat, in ista reprimitur quod presumit.
In illa discit quod appetat. in ista quod
metuat. Per illam dicit. Lauda et
letare filia Syon quia ecce venio et
habitabo in medio tui. Per istam dicitur
2 Dominus in tempestate et turbine vie
eius. Blandus quippe est qui ut
in medio inhabitet venit. Cum vero
se per tempestatem et turbinem insinuat
virtutem que tangit corda probat
atque ad edomandam elationem se se
exerit quam potens et terribilis in-
notescit. Sciendum preterea est. quia
in duobus modis locutio divina
distinguitur. aut per semetipsum namque
Dominus. aut per creaturam angelicam eius
ad nos verba formantur. Sed cum per se-
metipsum loquitur de verbo eius sine
verbis ac syllabis cor docetur. Quia
virtus eius in intima quadam sub-
levatione cognoscitur. ad quam mens
plena suspenditur. vacua gravatur.
Pondus enim quoddam est quod omnem
animam quam replet levat. Incor-
poreum lumen est quod et interiora
replevit. et repleta exterius circum-
scribat. Sine strepitu sermo est qui
et auditum aperit et tamen sonitum
nescit. Ut enim de adventu spiritus
sancti scriptum est. Factus est repente
de celo sonus advenientis spiritus
vehementis. et replevit totam domum
ubi erant sedentes. et apparuerunt
illis dispertite lingue tamquam ignis
seditque supra singulos eorum. Per
ignem quidem sub apparuit, sed
per semetipsum locutionem intus fecit.
Et neque ignis Deus neque ille sonitus
fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit
expressit hoc quod interius gessit. Quia
enim discipulos et zelo succensos
et verbo eruditos intus reddidit
foris linguas igneas ostendit. In
significatione igitur admota sunt ele-
menta, ut ignem et sonitum senti-
rent corpora. Igne vero invisibili
et voce sine sonitu docentur corda.
2 Foris igitur fuit ignis qui apparuit
sed intus qui scientiam dedit. Et cum
regine Candacis eunuchus curru
residens iter carperet, atque Ysaiam
non intelligens in manibus haberet,
In corde ministrum spiritus Philippo

Sola nobis vi virtute inspirationis aperitur sed per semetipsum loquitur.

Act 2

Act 8

Deus loquitur nobis duobus modis: per se et per creaturam.

dixerat Adiunge te ad currum. Et rursum
Act 10 ad erudiendum petrum timentem
decem milites cornelius direxisset
in mente procul dubio apud petrus
audiuit Ecce tres viri querunt te
surge itaque descende et vade cum
eis. Spiritum enim dei quasi quedam
nobis dicere uerba est, occulta vi
ea que agenda sunt intimare et
cor hominis linguarum non adhibito
strepitu et tarditate sermonis penitus
repente de absconditis reddere Nam
quia auditus ea que adesse sunt
non simul omnia dicta comprehendit
quippe qui et singulas per uerba partim
latum uerba per sillabas capit. visus
autem nostri modo quod se dirigit totum sub
ito et simul apprehendit dei locu
cio ad nos intrinsecus facta videtur
potius quam auditur quia dum semetipsam
ipsam sine mora sermonis insinuat
repentina luce nostre ignorancie te
nebras illustrat. Hinc et Baruch
neerie filius cum requisitus ex
Jer 36 poneret quemadmodum uerba
iheremie prophetis audisset ait Ex
ore suo loquebatur quasi legens
et ego scribebam. Qui enim legens
loquitur alio intendit, sed alio uerbum
facit. quia quod videt dicat, prophete
ergo dei qui eius uerba vident
potius quam in corde audiunt quasi
legentes locuntur. Cum uero per angelum
voluntatem suam deus indicat. Aliquando
eam uerbis. aliquando rebus demonstrat,
aliquando simul uerbis et rebus. Aliquando
ymaginibus cordis oculis ostensis
Aliquando ymaginibus et ante corporeos
oculos ex aere ad tempus assumptis
Aliquando celestibus substanciis, aliquando
terrenis, Aliquando simul terrenis et ce
lestibus. Non numquam uero etiam per
angelum humanis cordibus ita loquitur
ut ipse quoque angelus mentis ob
tutibus presentetur. Verbis namque

Verbis

Quod per angelum loquitur uerbis nouem modis

per angelum loquitur deus, cum nichil
in ymagine ostenditur sed superne uerba
locucionis audiuntur. Sicut dicitur
Io 12 domino Pater clarifica filium tuum ut
filius tuus clarificet te. Protinus
audiuntur Clarificaui et iterum clarificabo.
Neque enim deus qui est sine tempore
vi impulsionis clamat in tempore
per suam sed illam uocem edidit
qua circumscriptam tempore per humana uerba
distinxit. Et nimirum de celestibus
loquens uerba sua que audiri ab
hominibus uoluit rationali creatura
administrante formauit. Aliquando rebus 2
per angelos loquitur deus, cum nichil
uerbo dei dicit, sed ea que facienda
sunt assumpta de elementis yma
gine innotescunt. Sicut ezechiel
Ez 1 nichil uerborum audiens electri speciem
in medio ignis uidit, ut uidelicet
dominum per electri speciem aspiceret quem esse
in nouissimis uentura sentiret
Electrum quippe ex auro argentoque
metallo miscetur. In quo permixto
ne argentum quidem clarius red
ditur, sed tamen fulgor auri temperatur.
Quid ergo in electro nisi mediator
dei et hominum demonstratur qui dum
semetipsum nobis ex diuina atque hu
mana natura composuit et hu
manam per deitatem clariorem reddi
dit et diuinam per humanitatem nostris
aspectibus temperauit. Qui enim uirtu
te diuinitatis eius tot miraculis
humanitatis fulsit ex auro tenuit
argentum, Et quia per carnem deus co
gnosci potuit, quodque per carnem
tot aduersa tolerauit, quasi ex
argento temperatum est aurum. Quod
bene et in medio ignis ostenditur, quia
incarnacionis eius mysterium subsequitur
iudicii flamma comitatur. Scriptum
Io 5 quippe est. Pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio
Aliquando per angelos uerbis simul et rebus 3
loquitur deus, cum quibusdam motibus

insinuat hoc quod sermonibus narrat.
Neque enim Adam post culpam in divini-
tatis substantia videre Dominum potuit,
sed in increpationis verba per angelum audi-
vit, de quo scriptum est: Cum audisset
Gen 3 vocem Domini Dei deambulantis in
paradiso ad auram post meridiem,
abscondit se inter ligna paradisi.
Quid est enim quod post peccatum primi
hominis in paradiso Deus non iam stat
sed deambulat? Nisi quod veniente cul-
pa se a corde hominis amotum demon-
strat. Quid est quod ad auram post
meridiem, nisi quod lux fervidior veri-
tatis abscesserat, et peccatis animum
culpe sue frigora constringebant? In-
crepavit ergo Adam deambulans,
ut eius mentibus nequitiam suam
non solum sermonibus sed etiam rebus
aperiret, quatenus peccator homo increpationis verba
quod fecit audiret, et per deambu-
lationem amisse eternitatis statum, immu-
tabilitatis sue inconstantia cerneret,
et per auram fervore caritatis expul-
sus torporem suum animadverteret, et per
declinationem solis cognosceret quod
ad tenebras appropinquasset. Aliquando
imaginibus cordis oculis ostensis
per angelos loquitur Deus, sicut Ia-
Gen 28 cob subnixam scalam celo dormi-
ens vidit, sicut Petrus lintheum
reptilibus et quadrupedibus plenum
Act 10 in extasi raptus aspexit. Quem enim
in corporeis oculis hec cernunt, extra
se non sunt. Sicut Paulo in visione
Act 16 noctis Macedo apparuit, qui tran-
sire eum in Macedoniam rogavit.
Aliquando ymaginibus ad tempus corporeos
oculos ad tempus ex aere assumptis
per angelos loquitur Deus, sicut A-
braham non solum tres viros vi-
Gen 18 dere potuit, sed etiam habitaculo terreno
suscipere, et non solum suscipere, sed eorum
usibus etiam cibos adhibere. Nisi
enim angeli quedam nobis interna
nuntiantes ad tempus ex aere corpus
sumerent, exterioribus profecto nostris
obtutibus non apparerent, nec cibos
cum Abraham caperent, nisi propter nos
solidum aliquid ex celesti elemento
gestarent. Nec mirum quod illic ipsi qui
suscepti sunt modo angeli modo
Dominus vocantur, quia angelorum vocabulo
exprimuntur qui exterius ministrabant,
et appellatione Domini ostenduntur qui eis interius
preerant, ut per hoc presidentis imperium
et per illud clarescat officium ministran-
6 tium. Aliquando celestibus substantiis
per angelos loquitur Deus, sicut bap- Mt 3
tizato Domino scriptum est: Quia desuper
vox sonuit dicens: Hic est filius
meus dilectus in quo michi bene A
complacui. Aliquando terrenis substan-
tiis per angelos loquitur Deus, sicut Num 22
cum Balaam corripuit, more asine
humana verba formavit. Aliquando 8
simul terrenis et celestibus substan-
tiis per angelos loquitur Deus, sicut
ad Moysen in monte in missionis sue
verba edidit, ignem rubumque sociavit, Exo 3
atque aliud supernis, aliud inferius
miscuit. Et tamen tunc solum agit,
cum ex ipso aliquid commune significat.
Nam per succensum rubum Moysen
alloquens, quid aliud ostendit, nisi quod
eius populi ductor fieret, qui et legis
flammas perciperet, et tamen peccati
spinam nequaquam vitaret? Vel quod ex
illo populo exiret, qui ignem deitatis
carnis nostre peccata quasi rubi
spinas acciperet, et in eo sumptam
humanitatis nostre substantiam etiam in
ipsa divinitatis flamma servaret. Non- 9
nunquam vero humanis cordibus
etiam per angelos Deus secreto operis
precepta virtute sue aspirationis infundit.
Unde Zacharias ait: Dixit ad me an- Zach 1
gelus qui loquebatur in me. Qui adse-
quidem, sed tamen se loqui angelum
dicit, [illegible] ostendit quia is qui ad respondo
ipsum verba faceret per corpoream speciem
extra non esset. Unde et paulo post
subdidit: Et ecce angelus qui lo-

Angeli sumunt corpora ex aere

quebat in me egrediebat. Sepe
enim non exterius sed sicut sunt ange-
lici spiritus voluntate dei corporalium
sensibus innotescit, atque ita eos
ad sublimia sublevat, et queque in
rebus futura sunt, in causis ori-
ginalibus prevísa demonstrat. Spiritus namque
cum ipso carnis corruptibilis
pondere gravatum, habet ipsam cor-
pulentiam suam quasi obicem susti-
nens interna non penetrat, et graviter
exterius iacet. quia levaturam manum
interius non habet. Unde fit sicut dic-
tum est. ut corporalibus sensibus appa-
reat subtilitas angelice virtutis
appareat, cumque mens que sub-
tili spiritu tangitur levatur, et non iam
pigra torpensque in imo iacent, sed
repleta internis afflatibus ad superna
conscendat, atque inde quasi de
quodam rerum vertice. quo infra
se ventura sunt videat. Sed ne
quis in predictis zacharie verbis
angeli designatum nomine vel patrem
vel filium. vel spiritum sanctum putet, si
textum scripture sacre considerat,
quod sentit velociter emendat, quia
nunquam patrem. nunquam spiritum sanctum. et nunquam
nisi pro intimatione sue predicationis
filium angelum vocat. Unde et in
eisdem zacharie verbis aperte osten-
dit. quia in illo loco angelus id est
creatura loquebatur cum dicit. Et ec-
ce angelus qui loquebatur in me,
egrediebatur. Statimque subiungitur
Et alius angelus egrediebatur oc-
cursum eius, et dixit ad eum loquere
ad puerum istum dicens. Absque mu-
ro habitabitur ierusalem. Non est itaque
deus angelus qui mittitur cui ver-
ba ab angelo que dicere debeat
iubentur. Sed quia in corporum conditio-
ne angelica mysteria ordinata se-
cundum positione distincta sunt ut per
communi felicitate beatitudinis opifice
suum simul videntes gaudeant, et
tamen pro dispositione dignitatis a-
liis alii sub ministret. Ad prophetam

angelus angelum mittit, et quem
secum de deo gaudere continuit conspi-
cit, et docet et dirigit, quia cum et su-
periore secum altitudine cognitionis etiam
praestantiorem gradum culminis potestatis
excedit. Hec igitur dicta sunt ut quibus
modis loquatur deus hominibus monstra-
retur. Cum vero beato iob audisse dominus
de turbine dicitur, per semetipsum an ei
per angelum sit locutus ambigitur. Potuit
quippe per angelum commotiones aeris
fieri, et hec ei que submissa sunt
per eum verba mandari, sursum quia potuit
et exterius angelus in turbine aerem
excitare. et tamen intus per semetipsum do-
minus sine sono cordi eius sua verba
insinuare. Ut credat quod deo dante
quod sentit ipse iam per verba protulit
qui repletus deo hec sine verbis au-
divit. Itaque dicit. Quis est iste in-
volvens sententias sermonibus imperitis
Sicut etiam superiori parte iam diximus,
prima exprobratio est talis interrogatio
qua dicitur Quis est iste heliu cum
arrogantibus locutus fuerat. Et quis est
iste non dicimus. nisi deo utique quem
nescimus. Scire autem dei approbare est,
nescire reprobare. Unde quibusdam quos
reprobat dicit. Nescio vos unde sitis
discedite a me omnes operarii iniquitatis.
Quid est ergo de hoc arrogante
requirere, Quis est iste, nisi aperte
dicere. Ego arrogantes nescio id est
eorum vitam in sapientie mee arte
non approbo, quia dum laudibus hu-
manis inflantur. aeterni gloria retri-
butionis carescunt. Involvens vero
sententias et non addidit quales
bonas utique accipimus. Quas quidem
imperitis aperit sermonibus involvens, quia
cum verbis iactantie fuerint prolate.
Imperite quippe vitium est. rectum non
recte proferre, id est celeste donum ad
appetitum terrene laudis inclinare. Sed
enim sepe contingit ut et bona male
et mala bene proferamus. Ita heliu
arrogans, recta non recte protulit quia
humiles in dei defensione sententias non
humiliter dixit. Unde et eorum qui intra

etiam katholicam in eius gloriae studet
non in multo tempore tenet. Cum doc-
tis se peritis estimat peritos. Demo in
dicio de impericia redarguitur. Quia
sicut ait apostolus: Si quis se exis-
1 cor timat scire aliquid, nondum con-
8 gnovit quemadmodum oporteat eum
scire. Prima enim prima stulticia an-
geli elacio cordis fuit. Vera sapientia
efficit hominem humilitas sue estima-
cionis. Quam quisque vel magna
sapiendo deserit, eo ipso vehementer
desipit, quo semetipsum nescit. Hinc
et Heliu sententias protulit et imperitis
sermonibus involutas; quia et de
deo verum quod diceret noverat
et tamen de semetipso dum tumens
elatus stulta sentiebat. Hoc itaque
despecto ad erudiendum Job verba
vertuntur. Ac si dicat: Accinge sicut
vir lumbos tuos. Scriptura sacra
viros vocare consuevit qui mini-
me vias dei fortibus et non disso-
lutis gressibus sequuntur. Hinc psalmista
dicit: Viriliter agite et confortetur cor
Hebr. vestrum. Hinc Paulus ait: Remissas ma-
12 nus et genua dissoluta erigite.
Unde sapientia in proverbiis dicit: O viri
8 ad vos clamito. Ac si aperte diceret:
Ego non feminis sed viris loquor. Quia
hii qui fluxa mente sunt, mea verba
nequaquam percipere possunt. Lumbos
vero accingere est, vel in opere luxu-
riam vel in cogitacione refrenare.
Delectacio namque carnis in lumbis est.
Unde et sanctis predicatoribus dicitur: Sint
Luc lumbi vestri precincti et lucerne ardentes.
12 Per lumbos enim luxuria, per lucernas bonorum
operum claritas designatur. Jubetur ergo
lumbos accingere et lucernas tenere.
Ac si aperte audiant: Prius in vobis-
metipsis luxuriam restringite et tunc
de vobis aliis bonorum exempla monstrate.
Sed cum beatum Job tanta perditum casti-
tate noverimus, cur ei post tot fla-
gella dicitur: Accinge sicut vir lum-
bos tuos? Id est, sicut fortis restringe
luxuriam. Nisi quia alia est carnis

luxuria, qua castitate corrumpimur;
alia vero est luxuria cordis, qua de
castitate gloriamur. Dicitur ergo ei: Ac-
cinge sicut vir lumbos tuos, ut
qui prius luxuria corrupcionis vice-
rat, nunc luxuriam restringat elacionis,
ne de paciencia vel castitate superbiens
tanto peius intus ante dei oculos
superbiens existeret, quanto magis
ante oculos hominum paciens et castus
appareret. Unde bene per Moysen dicitur: Deut. 10
Circumcidite preputia cordis vestri,
id est: Postquam luxuriam de carne
extinguitis, etiam superflua a cogi-
tacione resecate. Sequitur: Interrogabo
et responde michi. Tribus modis
nos conditor noster interrogare con-
suevit. Cum aut flagelli nos dis-
tricione percutit et quanta nobis
insit vel desit paciencia ostendit,
aut quedam que nolumus percipit
et in nobis obedienciam vel inobe-
dienciam patefacit, aut aliqua nobis
occulta aperit et aliqua abscondit,
et inmensitatem nobis nostre humilitatis
innotescit. Flagello namque interrogat
cum mentem hominis sibi per humilitatem
sub districtis afflictionibus pulsat. Unde
enim Job et laudat attestacione iudicis
et tamen ictibus contendit percussionis,
ut eius paciencia tanto verius claresceret,
quanto inquisita durius fuisset. Pre-
cipiendo autem dura nos interrogat,
sicut Abraham terram suam iubetur
egredi et pergere quo nesciebat, uni- in monte
cum filium suum dare, et quem ad Ge 12
consolacionem senex acceperat immolare.
Cui minime ad interrogacionem bene Ge 22
ridenti, id est ad iussionem obedi-
enti, dicitur: Nunc cognovi quia times
deum. Vel sicut scriptum est: Temp- Deut. 8
tat vos dominus deus vester ut sciat
si diligitis eum. Temptare quippe
dei est magnis nos iussionibus
interrogare. Scire quoque eius est
nostram obedienciam nosse nos facere.
Aperiendo vero nobis quedam at-
que claudendo nos interrogat deus,
sicut psalmista dicit: Palpebre eius

Deus interrogat nos tribus modis.

interrogant filios hominum. Palpebris
quippe apertis cernimus, clausis non
videmus. Quid ergo palpebras
Dei nisi eius iudicia accipimus
que iuxta aliquid claudunt, et iuxta
aliquid reserantur. Ut homines qui
se nesciunt sibimetipsis innotescant
quatenus dum quedam intelligendo com-
prehendunt, quedam vero cognoscere
omnino non possunt, eorum corda se
se latentem inquirant si illos divina
iudicia vel clausa non stimulant
vel aperta non inflant. Hac enim
Paulus interrogatione probatus est
qui post perceptam intimam scripturarum,
post aperta claustra paradisi, post as-
censum celi tertii, post superne locu-
tionis mysteria, adhuc dicit: Ego
phi 3 me non arbitror comprehendisse.
ego sum minimus apostolorum qui non
1 cor 17 sum dignus vocari apostolus. Et rur-
sum: Non quia sufficientes sumus
2 cor 3 cogitare aliquid a nobis quasi
ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo
est. Apertis ergo palpebris Dei
interrogatus Paulus recte respondit
qui et superna secreta attigit, et tamen
in humilitate cordis sublimis stetit.
Qui in rursum cum secreta divini iudicii
de repulsione iudeorum et gentium
vocatione discuteret, atque ad ea per-
venire non posset, quasi clausis
Dei palpebris interrogatus est. Sed
recte valde rursum reddidit, qui
deo se in ipsa sua ignorantia stravit
inclinavit dicens: O altitudo
Ro 11 divitiarum sapientie et scientie Dei quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Quis
enim cognovit sensum domini
aut quis consiliarius eius fuit.
Ecce enim absconsis mysteriis quasi
clausis palpebris inquisitus pla-
cita ac recta reddit, qui secreti adi-
tum pulsans, quia per cognitionem in-
tromitti ad interiora non valuit, per
confessionem ante ianuam humilis stetit
et quod intus comprehendere non po-
tuit, foris timendo laudavit.

Unde nunc quoque beatus Iob post in-
terrogationem verbis discutitur interroga-
tio sermonis, ut que sunt superna
consideret, que dum minime compre-
hendit, ad semetipsum redeat et quam
sit iuxta incthilium superiorum compara-
tione cognoscat. Audi itaque et interro-
gabo te et indica michi. Ac si aperte
dicat: Verbis meis ad sublimia con-
sideranda te excito, ut dum ea que
super te sunt nescire te perspicis, tibi
metipsi te notiorem reddo. Tunc
enim michi vere videbis, si que ig-
noras intelligis. Sequitur: Ubi eras
quando ponebam fundamenta terre. Indica
michi si habes intelligentiam. Quis
posuit mensuras eius si nosti, vel
quis tetendit super eam lineam. Super
quo bases illius solidate sunt.
Ecce quasi omnia de mundi origine
narratione hystorica contexuntur.
Repente non subiungitur quod non de mundi
sed ecclesie conditione indicatur. Nam
d. Aut quis dimisit lapidem angularem
eius. Per hoc enim quod non in mundi origine
factum est, et illud superius ostenditur quia
de mundi origine dictum non est. Recto
namque rebus planis ac patentibus
obscura quedam ac dissona permis-
centur, ut per hoc quod ab intellectu littere
distrepat, et illud inquiratur mystice
quod dictum iuxta litteram sonat. Nam quia
sicut aliis apertis rebus alia clausa
cognoscimus, ita aliis clausis com-
pellimur et illa altiori intellectu pul-
sare que aperta credebamus. Dicitur ergo
Ubi eras quando ponebam fundamenta terre.
In sacra scriptura quid aliud fundamenta
quam predicatores accipimus, quos dominus
primos in sancta ecclesia posuit, ut eorum
Exo meritis sequentis fabrice structura sur-
28 rexit. Unde et sacerdos cum thabuna-
culum ingreditur duodecim lapides
portare in pectore iubetur. Quia videlicet
semetipsum pro nobis sacrificium offe-
rens pontifex noster dum fortes in
ipso exordio predicatores exhibuit,
duodecim lapides sub capite in prima
sui corporis parte portavit. Ubi itaque

apostoli, et prima orationis ornamenti lapides sunt in pectore, et prima soliditate edificii in solo fundamenta. Unde David propheta cum sanctam ecclesiam in sublimibus electorum mentibus poni edificarique conspiceret, dixit: Fundamenta eius in montibus sanctis. Cum vero in sacro eloquio non fundamenta sed singulari numero fundamentum dicitur, nullus alius nisi ipse dominus designatur, qui omnis diuinitatis potentia nostre infirmitatis corda solidat. De quo et Paulus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, preter id quod positum est, quod est Christus Iesus. (I cor 3) Ipse quippe fundamentum fundamentorum est, et origo est inchoantium, et constantia robustorum. Quia igitur fundamenta terre sunt hii qui ingentium iam intra pondera portaverunt, ne beatus Iob in superbiam de virtutum suarum potentia subleuetur, ipsa diuina pietate sermonis de eorum predicatorum predicatione distinguitur, ut quanto illos admirabiles venire conspiceret, tanto in eorum comparatione de se vilius estimaret. Qui idcirco iam adiunctum quasi preteritum describitur, quia quidquid foris futurum est tempore, intus iam factum est in predestinatione. Itaque dicitur: Ubi eras quando ponebam fundamenta terre? Ac si aperte diceret: Virtutem fortium considera, meque eorum auctorem ante secula pensa, et eos quos in tempore condidi mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, qui auctorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sequitur: Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Mensure ac linee in terrarum fabricatione tenduntur, ut dimensiones equalis operis linearum tensione teneantur. Incarnatus autem dominus ad extremas veteres mensuras terre lineis mensus est, quia fines ecclesie occulti iudicii subtilitate distinxit. Hominis terre occulte mensure ac linee tendebantur,

cum predicatores sancti agente spiritu in aliis partibus mundi vocabantur ut irent, ad alias vero partes arcebantur ne accederent. Paulus namque apostolus (Act 16) cum Macedoniam predicare negligeret, per visum illi apparuit vir Macedo qui diceret: Transiens in Macedoniam adiuva nos. At contra sicut scriptum est: Temptabat apostolus ire Bythiniam, et non permisit eos spiritus Iesu. Dum ergo predicatores sancti et vocantur ad Macedoniam et ab Asia prohibentur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illuc tenditur ut Macedonia intra sancte ecclesie spacia colligatur, hinc attrahitur ut extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea qui colligendi non erant, quibus mixti nunc sunt, postea iam tunc Asia intra mensuras ecclesie Deo largiente suscepta est. Intra has mensuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi, etiam si intra fidei limitem esse videantur. Unde et in apocalipsi scriptum est (11): Atrium quod foris templum est, eice foras et ne metiaris illud. Quid enim aliud atrium quam latitudine significat nisi vite pravitas, et extra foris templum sunt qui per atrium designantur, atque ideo metiendi non sunt, quia angusta porta est que (Mt 7) ducit ad vitam, et latitudo vite pravorum non admittitur ad mensuras et regulas electorum. Iste spirituales linee occulto iudicio tendebantur cum quidam diceret: Magister sequar te quocumque ieris. Eiusdem magistri (Mt 8) voce responsum est: Vulpes foveas habent, et volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Iste mensure et linee tendebantur cum quidam diceret: Domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Eiusdem magistri voce (Mt 8) responsum est: Dimitte ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade annuntia regnum Dei. Ecce alius se-

"quia

cturum se permittit et repellitur. alius
velut prandium se postulat et retine-
tur. In hoc igitur super occulta cordis spa-
cia superiorum iudiciorum linee tende-
bantur. Sic et hic intus incompre-
hensibiles mensure constringent
et ille foris non iniuste remanet.
Sed tamen nullus nesciat quod deus
has occultorum iudiciorum lineas te-
dat. cum ad iob dicitur. Indica mi-
chi si habes intelligenciam. Quis posuit
mensuras eius si nosti. vel quis
tetendit super eam lineam. An id
circo queritur ut quod nosse. sed tamen
pertimesce potuit inquireret. quis pon-
dus secretorum dei sollicitus pensset
dispositionem. videlicet hominis non in
humanis viribus. sed in manu con-
sistere conditoris. Sed dum considerat
in invisibilibus ista quis agat. victum
nichil tribuat. nec iam desperant au-
deat aliquid. cum dei iudicia oc-
culta formidat. Expendendo ergo super
mensuras et lineas incomprehensibiliter
tensas. sit tanto magis in humilitate
formidinis. quanto magis pendere
videt omnia in potestate mensoris. Sequitur.
Super quo bases illius solidate sunt.
Quid aliud huius terre bases quam
sancte ecclesie doctores accipimus.
In basibus quippe columpne. in co-
lumpnis autem tocius fabrice pondus
erigitur. Hos ergo in mundo doctores sancti
basium nomine designatur quia dum
recta predicat et predicatori sue vite
do concordant. omne pondus ecclesie
fixa morum suorum gravitate sustentant.
Nam abum fidelibus temptationes
ferunt et quecumque in preceptis dei vel
difficilia a fidelibus formidat ex-
emplo facilia ostendunt. Hinc et bene
cum in typo ecclesie tabernaculum fige-
ret ad moysen dicitur. Facies columpnas qua-
tuor et bases earum vesties argento.
In argento enim quid aliud quam clari-
tas divini sermonis accipitur. Sicut scriptum
est. Eloquia domini eloquia casta argen-
tum igne examinatum terre. Bases ergo
argento vestite. quatuor columpnas

tabernaculi sustinet. Quia predicatores
ecclesie divino eloquio decorati ut et
cunctis se exemplis prebeant quatuor
ewangelistarum dicta et ore et operibus
portant. Possunt per bases etiam prophete
designari. qui dum primi aperte de
divina incarnatione locuti sunt quasi
quasdam bases eos conspicimus
a fundamento surgere. et suppositi fa-
brice pondera sustinere. Unde ad
moysen rursum dominus cum tabernacu-
li tabulas erigi precepit. fundi quadraginta
bases argenteas iubet. Quid enim
per tabulas nisi apostoli extensa in mundum
predicatione dilatati. Quid per bases
argenteas nisi prophete signantur. qui
super impositas tabulas ipsi firmi ac
fusiles sustinent. quia apostolorum vita
dum eorum predicatione instruitur et munite
solidatur. Unde et convenienter bine bases
singulis tabulis subponuntur. quia dum
prophete sancti in visibus suis de medi-
atoris incarnatione concordant subse-
quentes predicatores ecclesie in dubitatione
edificant. Sed cum a semetipsis non dis-
crepant illos in se robustius figunt.
Nec inmerito bases quibus prophete
signantur ut ex argento fundi debe-
ant precepit. Argentum quippe claritas
ex usu fuerat. sine usu autem in nigre-
dine vertitur. Prophetarum quoque dictum ante
mediatoris adventum. quia in usu
spiritualis intelligentie non erat dum
conspicui per obscuritatem non poterant
quasi nigrum remanebat. Atque postquam
mediator veniens ea ante oculos
nostros in incarnatione sue manifestavit
quidquid lucis in eis latebat in claritatem
sensus quasi patrum precedentium in usum
dedit. quia verba rebus exposuit.
Sive itaque prophetis seu doctores ex-
tremis temporibus subsequentes basium
appellatione significet dicit super
quo bases illius solidate sunt. sub-
audis nisi super me. qui cuncta mira-
biliter teneo. et bonis ex tantis inter-
pretaliter origine presto. Quin enim
sibi bonum quod est tribuit solida

basis non est quia dum fundamento
non innititur ipso suo pondere in prono
precipitat. Sed cum tam multa de sancte
ecclesie constructione referuntur audire mens
appetit in vicem sibi naciones qua
ratione connexe sunt, id est diversa
huius domus edificia qua sibi ar-
N te concordent. Sequitur: Aut quis
demisit lapidem angularem eius? Vocet illum profecto
qui dum in se hinc iudaicum illinc
gentilem populum suscepit in una ecclesie
fabrica quasi duos parietes iungit.
Illum de quo scriptum est: Fecit utraque se
Ephe 2 unum. Quem angularem lapidem non
solum in terris sed et in supernis
exhibuit. Quia et interna plebi celesti
tice naciones gencium et utraque sibi
angelis in celo sociavit. Eo quippe
nato clamaverunt angeli: In terra pax
hominibus bone voluntatis. In ortu
Luc 2 enim regis nostri per magno offer-
rent hominibus pacis gaudia si
discordiam non haberent. De hoc la-
pide per prophetam dicitur: Lapidem quem
reprobaverunt edificantes hic factus est in
caput anguli. Huius lapidis typum
Iechonias rex tenuit quem Matheus
dum quaterdenas generaciones describeret
Mt 1 secundo numeravit. Quem enim finem secunde
posuit rursum in inicio tercie generationis in-
seruit. Ipse namque in Babylonia cum
israelitica plebe migratus est. Quem dum
32 ab aliis ad alia ducitur, utrorumque pariet-
lateri non immerito secundo numeratur. Cuius
migrationis flexio angularem lapidem
designat. Ubi enim ordo rectitudinis
flectitur ut cadat in diversum tanquam angu-
lum facit. Recte ergo numerari bis po-
tuit, quia utrumque parietem quasi
duo in se latera ostendit. Unde et
eius bene ymaginem tenuit quem in Iudea
ortus genealogie colliges, quasi ab
Ierosolimis Babyloniam venit, atque hanc
in semetipso fidei fabricam partibus discor-
dis studio sociavit arte caritatis
interpretatus. Sed hec que de figuris sancte
ecclesie dicta sunt, placet ut breviata
replicatione moraliter disserantur. Dignum
namque est ut per ea que beato Iob dicta

cognoscimus ad corda nostra revocemus.
Quia verba dei tunc vacuus intelligit // mens veri
cum in eis semetipsam querit. Ecce enim
dicitur: Ubi eras quando ponebam fundamenta
terre? Si pectoris animum pulvis est
quia in superficie attollitur et temptationis
aura rapitur. Sicut scriptum est: Non sic
impii non sic, sed tanquam pulvis quem
proicit ventus a facie terre. Nil obstat
intelligi terram animam iusti. De qua Heb 6
scriptum est: Terra enim sepe venientem
super se bibens ymbrem et generans
herbam illis optimam a quibus colitur
accipit benedictionem. Sed huius terre
fundamentum fides est. Huius terre
fundamentum innititur qui in occultis cordis
prima soliditatis causa divinus
timor inspiratur. Iste nec dum credit
etiam que audit. Huic cum fides
datur ad edificium subsequentis operis
iam fundamentum ponitur. Ille eterna
iam credit nec tamen metuit ve-
tum iudicii terrorem despicit. Peccatis
se carnis et spiritus audenter involvit.
Huic cum repente futurorum timor in-
funditur ut bone vite surgat edifi-
cium, iam fundamenta construuntur.
Posito itaque prius formidinis fundamento
cum virtutum fabrica in altum ducitur
necesse est ut unusquisque perfectus
vires suas metiatur ut cum divina
constructione magnus esse iam ceperit
semetipsum respiciat sine cessatione
quid fuit, quatinus attendens humiliter
quod per initium inventus est, nequaquam
quod sibi arroget quod per gratiam factus est.
Unde et nunc beatus Iob per superna voce
ad semetipsum reducitur et ne de virtutibus
gloriari audeat de vacuitatis memoretur.
Eique dicitur: Ubi eras quando
ponebam fundamenta terre? Ac si ius-
tificato peccatori aperte vocis dicat:
Virtutes anime acceptas tibi non tri-
buas, noli contra me de meo munere
extolli. Recole ubi te inveni, quem
prima mente fundamenta virtutum po-
sui. Recole ubi te inveni quando

in eo te timore solidam ut ego te cogn-
ite non despiciam quod constringi
ipse non cesses considerare quod recipi.
Decem enim virtutes nisi aut infra
gitis (?), aut in excessibus inveni-
ri, post hec bona possimus servare
que sumus, si iniqua negligimus
pensare que sumus. Nos iniquitatem
tum clandestina elacio eciam solicitat
surripere cordibus solet. Ut bonorum
cogitacio licet subtilis sit, ac pressa
tamen valde in virtutibus crescat, ob-
lita in similitudine presens nequaquam ad
memoriam revocet que in viciis fuit.
P Unum et omnipotens deus quia augeri in
firmitate eciam de remediis con-
spicit salutis, mensuram ipsis virtutis
profectibus imponit. Ut sciamus quedam
virtutum bona que iam conspicimus
et querimus quedam, nec tamen
habere valeamus, quatenus mens nostra
dum hec habere non potest que appetit
et illa se intelligat de semetipsa
non habere que habet, et per ea que desunt
considerentur illa que sunt. Unde et
recte per hunc id est iuste anime
dispensacione subiungitur. Indica mihi
si habes intelligentiam, quis posuit
mensuras eius si nosti, vel quis
tetendit super eam lineam. Quis
enim nisi conditor noster huius terre
mensuras ponit, qui miro iudicio
secreto moderamine alii sermonem sapiencie
alii plenam fidem, alii graciam sani-
tatum, alii operacionem virtutum, alii prophe-
ciam, alii discretionem spirituum, alii genera
linguarum, alii interpretacionem sermonum
tribuit. Unus in uno eodemque spiritu
iste verbo sapiencie polleat nec tamen
sermone sciencie, id est doctrine fulciatur
quia sentire atque invenire sufficit
eciam quod per dicendi studium non
apprehendit. Iste sermone sciencie fulgeat
nec tamen in verbo sapiencie convalescat,
quia et sufficit explere quantum
didicit, et tamen ad sentiendum
ex semetipso subtile aliquid non assur-
git. Iste per fidem et clementiam impetrat
nec tamen per sanitatem graciam infirmi-
tates corporum curat. Ille orationis ope
morbos subtrahit, nec tamen amenti-
tie verbo plenitas (?) reddit. Iste operacio-
nes virtutum ad presentem vitam eciam
mortuos revocat, et tamen prophe-
ciam non habens que sibi ventura sunt
ignorat. Ille ventura queque velut
presencia attendit, et tamen in nulla
signorum operacione se exerit. Iste per
discretionem spirituum in sanctis subalit men-
tes conspicit, sed tamen diversa genera lingua-
nescit. Ille diversi generis linguas
examinat, sed tamen in rebus similibus
similia corda non pensat. Alius
in una lingua quam novit sermonum
pondera interpretando prudenter distruit
et tamen reliquis bonis que non
habet pacienter caret. Sic itaque creator
noster ac dispensator cuncta moderatur
ut quis extolli poterit ex dono quod
habet humilietur ex virtute quam non habet.
Sic cuncta moderatur ut cum per unam
graciam unumquemque sublevat, eciam
per disparem alium alteri subdat. Et
meliorem quemque dono alio eum qui
sibi subicitur attendat. At licet se pre-
ire aliis senciat eidem tamen que
superat se in aliis postponat. Sic
cuncta moderatur ut dum singula
queque sunt omnium, inposita quadam
caritatis necessitudine fiant omnia
singulorum, et unusquisque sit quod non
accepit in altero possideat, ut ipse
possidendum quod accepit humiliter in-
pendat. Hinc enim per Petrum dicitur
Unusquisque sicut accepit graciam in alte-
rum illam administrantes sicut boni
dispensatores multiformis gracie dei.
Tunc namque bene multiformis gracia
dei dispensatur, cum acceptum donum
et eius qui hoc credit, quando propter
eum cui impenditur datum putatur.
Hinc Paulum dicit: Per caritatem servite in-
vicem. Tunc enim nos caritas a iugo
culpe liberos reddit, cum vicissim
nos nostro per amorem servicio subicit.

|| tex

alii sermone sciencie

1 cor 12

1 pe 2

|| non habet

gal. 7.

Deus moderatur cuncta

cum et aliena bona nostra credimus
et nostra aliis quasi sua offerentes ex
hibemus. Hinc rursum per paulum dicitur.
1 Cor 12 Nam et corpus non est unum membrum
sed multa. Si dixerit pes quoniam non
sum manus non sum de corpore, non ideo
non est de corpore. Et si dixerit auris
quoniam non sum oculus non sum de corpore.
Si totum corpus oculus, ubi au
ditus. Si totum auditus, ubi
odoratus. Et paulo post. Quod si essent
omnia unum membrum ubi corpus.
Nunc autem multa quidem membra
unum vero corpus. Quid enim sancta
ecclesia nisi supremi sui capitis corpus
est. In qua alius alta videndo ocu
lus, alius recta operando manus,
alius admicta discurrendo pes, alius
preceptorum vocem intelligendo auris,
Alius malorum fetorem bonorum que fra
grantiam discernendo naris est. Quam
corporalium more membrorum, dum vi
cissim sibi accepta officia impendunt,
unum de semetipsis omnibus corpus
reddunt, et cum diversa in caritate
peragunt, divisum exhibent ubi con
tinentur. Si autem unum quid cuncti agere
nt corpus nequaquam quod ex multis con
tinetur non esset. quia videlicet multiplex
compactum non existeret, si hoc concors
membrorum diversitas non teneret. Quia
ergo sanctis membris eterne virtutis
dona deus dividit, terre mensuram
posuit. Bene iterum paulus dicit
Ro 12 Unicuique sicut deus divisit men
suram fidei. Ex quo totum corpus
Ephe compactum et conexum per omnem
iuncturam subministrationis secundum operationem
in mensuram uniuscuiusque membri aug
mentum corporis facit in edificationem sui
in caritate. Sed tamen miro consilio auc
tor et dispositor noster huic illa largitur
que alii denegat, que isti largitur
mensuras sibi positas egredi nititur,
quisquis posse plus quam accepit conatur.
Ut fortasse is cui tantummodo datum
est preceptorum occulta discernere temptet
etiam nova oculis choruscare.
Et is qui superne virtutis donum ad
sola miracula roborat, etiam divine

legis pandere occulta contendat. In preci
picio enim pedem porrigit, qui men
surarum suarum limitem non attendit.
Et plerumque amittit, et quod poterat, qui
ca audacter que pertingere non valet
arripere festinat. Nam et membrorum
nostrorum tunc bene ministeriis utimur, cum
suarum officia distincte servamus.
Lucem quippe oculis cernimus, vocem
non auribus audimus. Si quis autem
mutato ordine voci oculos, luci
aures accommodet, huic utraque in
cassum patent. Si quis odores vel
let ore discernere, sapores nare gus
tare, utrisque sensibus sibi ministerium
quia pervertit in tunc [?]. Dum enim
pervise hec usibus non aptavit, et
sua officia deserunt et ad extranea
non assurgunt. Bene itaque david
infra acceptas divine largitatis
mensuras, pedem cordis presserat cum
dicebat. Neque ambulavi in magnis
neque in mirabilibus super me. Super se
quippe in mirabilibus ambularet. si
apparere maioribus ultra quam poterat
quereret. Super se namque in mirabili
bus attollitur qui et in hiis
ad que non sufficit conari videtur.
Bene intra has mensuras etiam
ipsa paulus predicationis sue lati
tudine se coartabat cum diceret. Ro 12
Non enim audeo aliquid loqui
eorum que per me non efficit christus.
Tunc autem terre accepta mensura
servatur cum apposita oculis virorum
spiritualium vita respicitur. Unde et sequitur
Vel quis tetendit super eam lineam. xij.
Super hanc enim terram lineam tendit
qui electe cuique anime ad sinmedam [?]
unmedi [?] regulam patrum precedentium
exempla monstrat, ut ex illorum vita
consideret, quid in suis actibus servet,
quatenus conspecto iusti sinuus [?] tramite,
nec infra minima negligens deficiat,
nec ultra maxima superbiens tendat.
Nec minus conetur explere quam suffi
cit, nec plus arripiat quam accepit.
ne aut admensura que habet non
premat aut eande mensuram
desereus extra limitem cadat.

ast Angusta quippe porta est que ducit
ad vitam. et ille hanc ingreditur
qui in cunctis que agit discretionis
subtilitate preter hanc sollicite coartatur.
Nam qui per voluptates proprias secura
mente se dilatat, Auguste porte
aditum sibi dampnat, Ut ergo huic
terre mensura ponatur, super eam disten-
tus linea tenditur. Quia ut nostra
opera vel minora perficiant, vel maiora
modum excedant, per sacra eloquia subtilis
linea nobis sanctorum vita expanditur.
Et quid nobis quantumque agendum sit
ostensa illorum discretione diffinitur.
Ecce aliquis vel dampna rerum
vel afflictionem corporis metuens mi-
nas terrene potestatis pertimescit, et contra
vim resistentem veritatem defendere
non presumit, Huic petrus quasi tumi-
more angustum respicit opera ex-
emplorum suorum linea aditum lati-
tudinis tendit, Ipse quippe flagel-
latis a principibus presbiterum cum idcirco
se relaxari conspiceret. ut a predicatione
cessaret cum prohiberetur loqui in nomine Jesu
nequaquam saltem iussus cessit Nam
rudit protinus dicens. Obedire oportet
Act 5 Deo magis quam hominibus | Et rursum
Act 5 Non enim possumus que vidimus et
audivimus non loqui, At ille durum
debilis et prava dapna formidans
dum exempla tante fortitudinis
contemplatur in auctore verbi iam pe-
tri lineam sequitur, Jam nil adversita-
tis metuit iam resistens deo potesta-
tes seculi etiam cum corporis lacera-
tione contempnit, Sed tamen quanto
vires persequentium patiendo fortiter de-
struit quanto nec adversa nullis terro-
ribus cedit, tanto plerumque et huius
etiam. que inter fideles potius sen-
serit se ceteris preponit sua magis con-
silia eligit et sibi potius quam aliis credit,
Huic nimirum dum iniustis obiectio-
nibus non cedens in virtute se ex-
erit etiam ita aliorum consilia non
recipiens pedem extra limitem ten-
dit, Huic petrus intra mensure
lineam revocat. qui post tantam libertatem
vocis auctem principum pressit per

humilitate cordis de non circumcidendis
gentibus pauli consilium audivit
Sic enim semetipsum contra adversarios
ex auctoritate armabat erigere. ut tamen
sibimetipsi non crederet in hiis que
non recte sentiret, ut et libertate forti-
tudinis timentes potestates excederet
et humilitate mansuetudinis obediens
minorum consilio eadem minoribus fratribus
exhiberet, et modo per semetipsum aliis
imo et sibimetipsi cum aliis obvia-
ret, Justis igitur petri quedam ante
oculos nostros auctoritatis et humilitatis
linea tenditur ne mens nostra aut
per timorem ad mensuram non perveniat
aut per timorem limitem excedat,
| Dictum est quod linea tenditur ne per
altius actionis fortitudinem ad altius
cause viam tenderent. Dicatur nunc quem-
admodum in una eademque virtute
discretionis lineam deservimus si hanc
et aliis agere et aliquando postponere
nescimus. Non enim res eadem semper
est virtus. quia per momenta temporum
sepe mutat merita actionum, Unde fit
ut cum quod bene agimus plerumque
melius alterius actione cessemus
et laudabilius ad tempus deserat
quod in suo tempore laudabiliter mens
tenebat. Nam si prioris bonis in-
nuis quibus actis perficimur nec hiis
in tempestis intimus, maiora mala
premimus et minuet laborem necessa-
rio nos institutum angusta seponimus
ne in firmioribus proximis fidei de-
trimenta generemus ne tanto iam quod
agimus intus non sit quanto per occasionem
sui in alienis cordibus fundamenta
structum destruit, quia discretionis
linea bene ante intuentium oculos
paulus tendit qui et gentiles
ad libertatem fidei venientes circumcidi
prohibuit, et tamen listris atque yconii
transiens ipse thymotheum qui gentili
patre editus fuerat circumcidit. Videns
enim quamquam se mandata legis servare
oportet iudeorum vibiem etiam in hiis
qui sibi tunc comites aderant ex-
citaret assertionis sue vim postposuit
et sine dampno fidei se suosque a

Act 16

quia sa dispo tem
facit ...

persecutionis in munitate custodiunt /
fecit quasi cum fidei amore prohibuit
sed ad fidei reversus instinctum quasi
non fideliter fecit / Plerumque enim iter
cum in districte tenetur amittitur / cum
districte intermittitur plus tenetur / Nec
mirum si tam in corporis intelligimus
quod agi et in corporis rebus videmus
Ex studio namque arcus distenditur
ut in suo tempore cum utilitate tendatur
Qui si occasionem relaxationis non accipit
feriendi virtutem ipso usu tensionis
perdit / Sic aliqui in exaltatione virtus
cum per districtionem permittitur reservatur
ut tanto post utiliter valeat feriat /
quanto a percussione interim prudenter
cessat / Subtiliter igitur discretionis
super hanc tamen lineam tenditur quando
omnis utriusque anime exemplis
precedentium prius et utilitatem ad operationem
virtutis attendit et non nisi utilius
temperat / Sed cum parumper ab opere
zeli fortitudo seponitur alta consi
deratione opus est ne fortasse
nequaquam ex nimis boni consilio sed
timore proprio vel cuiuslibet ambitionis
studio a virtutis exercitatione cesset
Quod nimirum cum agitur iam non
dispensationi sed culpe servitur / Unde
XIIII C curandum sollicite est ut cum quis
susceptum negotium cum virtutis cessatione
dispensat / semetipsum prius in radice
cordis inspiciat ne sibi per hoc aliquid
amarus appetat / sibi per hoc solum timi
dus pareat / et eo fiat pravum
quod in opere sequitur quo non ex recta
cogitationis intentione generatur / Unde
Mt 6 bene per semetipsam veritas dicit Lucerna corporis
tui est oculus tuus / Si oculus tuus
simplex fuerit totum corpus tuum luci
dum erit / Si autem oculus tuus ne
quam fuerit / totum corpus tuum tene
brosum erit / Quid enim per oculum ex
primitur nisi opus suum precedens cordis
intentio / que priusquam se in actione ex
erceat hoc iam quod appetit contem
platur / Et quid appellatione corporis de
signatur nisi unaqueque actio que
intentionem suam quasi oculum intuente

sequitur / Lucerna itaque est corporis oculus
quia per bone intentionis radium merita
illustrantur actionis / Et si oculus tuus
fuerit simplex totum corpus tuum luci
dum erit / Quia si recte intendimus
per simplicitatem cogitationis bonum opus
efficitur etiam si minus bonum esse vi
deatur / Et si oculus tuus nequam
fuerit / totum corpus tuum tenebrosum
erit / quia cum perversa intentione
quid vel rectum agitur / et si splendere co
ram hominibus cernitur / apud examen
tamen interni iudicis obscuratur /
Ubi et recte subiungitur Si lumen quod
in te est tenebre sunt / ipse tenebre
quante erunt / Quia si hoc quod bene
nos agere credimus ex mala intentione
fuscamus / quanta ipsa que mala sunt / esse cum
que mala cum agimus non ignoramus
[illegible] cimus / ubi quasi discre
tionis lumen tenemus qua cecitate in
illa offendimus / que sine discretione
perpetramus / Vigilanti igitur cura per cuncta
opera intentio nobis intra pensanda
est ut nil temporale in hiis que agit ap
petat totam se in soliditate eternitatis
figat ne si extra fundamentum actionis
nostre fabrica ponitur cum de hiis stante
solvatur / Unde hic quoque apte subiungitur
Super quo bases illius solidate sunt / XIIII
Bases quippe uniuscuiusque anime sunt V
intentiones sue / Nam sicut fabri
ca columpnis columpne autem basibus
innititur / ita vita nostra in virtutibus
virtutes vero intima intentione sub
sistunt / Et quia scriptum est fundamentum 1 cor 3
aliud nemo potest ponere preter id quod
positum est quod est Christus Ihesus
Tunc bases in fundamento sunt / cum in
tentiones nostre in Christo roborantur / In
cassum vero super se bases edificia
erigunt si non ipse fundamenti solidi
tate consistunt / Quia nimirum qua
libet summa opera manifesta fiunt si in
tentiones cordis extra eternitatis
certitudinem deflectunt / Et vere mite p
mia non requirunt / tanto quod graviora
ruine sue dampna edificant
quanto altiora edificia extra fun

Intentio boni in opere bono est habenda

damentum portant / quia cum eterne
vite premiis non intendunt quo plus
se quasi in virtutibus erigunt eo in
gloriae inanis in foveam profundius cadunt
Non ergo pensandum est bases quid sus
tineant sed ubi sustineant / quia profecto
humana corda districtus perscrutatur
non solum quid faciunt sed quid operi
bus querunt / bene cum districtum
iudicem paulus describeret atque
actionum bona narraret dicens
R° Qui reddet unicuique secundum opera
... eius / hiis quidem qui secundum
pacientiam boni operis gloriam et incor
rupcionem / quia noiata boni operis
paciencia / quasi totam elate actionis
fabricam dixerat / subtiliter illico
ubi bases eiusdem fabrice consis
terent exquisivit dicens / querentibus
vitam eternam. Ac si aperte diceret
Et si quidem paciam boni operis
ostendunt gloriam et incorrupcionem non
recipiunt si intenciones cordis id est
bases fabrice in fundamento non figunt
Quia videlicet deus nec honeste vi
te edificium non in hiis querit quos ex
ter
repositum non ipse sustentat / Quia
igitur intenciones electe virginumque ete
rni perpetui eternitatis innituntur. Recte voce domi
nica de hac re dicitur / Super quo bases
illius solidate sunt / Ac si aperte dicat
nisi super me cum dum iusta quaeque
anima intendit omne quod operatur
facit in me procul dubio non temporaliter
consistit / Quia "tunc vero" robustius
in fundamento solidamur cum verba di
vina in exterioribus preceptis sequimur et in
internis sensibus subtilius intellige
do pensamus Recte subiungitur Vel
xv x quis dimisit lapidem angularem
eius / Lapis quippe angularis est
ad sacri eloquii intellectus duplex
qui tunc dimittus dimittitur quando
neminem districto iudicio ignorancie
sue tenebris illigatur sed quadam libe
ritate perfruitur de preceptis dei suffi
cit / vel ex equendo exteriora agere

vel contemplando interna sentire Ad
quod nunquam noster intellectus assurgeret
si ad suscipiendam mentem nostram ipse
noster conditor non veniret / Qui aliter
angularis lapis dicitur / quia duos
in se populos iunxit / atque aliter quia
coniuncte utriusque vite active videlicet
et contemplative ipse exemplar innuit
A bactiva enim multum longe contempla
tiva destitit sed incarnatus redemptor
noster veniens dum utramque exhibuit
ipse utramque sociavit / Nam cum in urbe
miracula faceret / in monte in oratione
continue pernoctaret exemplum suis
fidelibus prebuit / ut nec contemplacionis
studio proximorum curam negligant /
nec rursum cura proximorum inmodera
cius obligati contemplacionis studia
delinquant / sed sic in utrisque mentem
paciendo coniungant / quatenus nec amorem
dei impediat amor proximi / nec amo
rem proximi quia transcendit ab
iciat amor dei / Quia igitur humano
cordi quid ageret ignoranti / dei atque
hominis mediator apparuit / qui et
agendo transitoria disponeret / et con
templando ondere. Unde cuncta pe
deret / Recte dicitur. Vel quis dimisit
lapidem angularem eius Ac si aperte
deus dicat / nisi ego qui unicum quem
sine tempore genui filium fusurus
hominibus cum tempore ostendi. Incitius
nunc dicerent etiam diversa vivendi
studia non discrepare. Et nondum
quem cum se non emisisse sed dimisisse
asserit / quia profecto humanam naturam
filius suscipiens ad yma de sublimi
bus venit Cuius incarnacionis
misterium quia et electi angeli mira
ti sunt / qui eodem misterio redemp
ti non sunt recte subiungitur / Cum me
laudarent simul astra matutina
Quia enim primo in tempore conditam nec
racionabilem spiritum credit non inmerito
matutina astra angelos vocavit Nam
si ita est / dum terra esset invisibilis
et incomposita / dum tenebre erant
super abyssum venturos die subsequenti

sensu plurimum sapere existendo pervene
runt, nec negligenter audiendum est
quod addit simul. Quia nimirum astra
matutina etiam cum nescirentur re
demptoris potentiam laudant.
Simul electi angeli etiam cum redemptis
in fine mundi hominibus largitatem
gratie superne glorificant. Ipsi quippe ut nos
ad laudem conditoris accenderent
hoc quod superius diximus orta per carnem
luce clamaverunt. Gloria in excelsis luc 2
deo et in terra pax hominibus bone
voluntatis. Simul ergo laudant
quia redemptori nostro voces sue
exultationis accommodant. Simul
laudant quia dum nos conspi
ciunt recipi, suum gaudent numerum re
pleri. Que et fortasse matutina
astra memorantur quia sepe ad exhor
tandos homines missi sunt et dum
venturi mane nuntiant ab humanis
cordibus presentis vite tenebras fugant.
Sed electi angeli divinam potentiam
laudant quia ipsa eos tante claritatis
visio dilatat. nos autem qui redimi
mur, sed tamen corruptionis adhuc
carnis gravamur donum quod percipimus
qua virtute laudamus? Quo enim va
lebit lingua dicere, quod non sufficit mens
nostra sentire? Sequitur. Et iubilarent
omnes filii dei. Iubilatio quippe di
citur cordis leticia oris efficacia
non expleta, sed quibusdam modis gau
dium prodit quod ipse qui gaudet nec te
gere prevalet nec explere. Laudant itaque
angeli qui iam tante claritatis
latitudine in sublimibus vident. Iubi
lant vero homines qui adhuc in inferiori
bus oris sui angustias sustinent.
Que quia certe dominus futura nuntiat non
tam facienda insinuat quam facta
narrat. Sed quid agimus quod cum boni
de redemptoris sui mysterio iubilant
malos invidia inflammat? Dum electi
proficiunt reprobi ad rabiem furoris ex
citantur et bona in se etiam que nolunt
imitari persequuntur. Sed tamen in eis etiam
qui redemit non relinquit. Scriptum
quippe est. Fidelis autem deus qui non

1 cor 10

patietur vos temptari supra id quod potestis
sed faciet cum temptatione proventum
ut possitis sustinere. Novit enim con
ditor noster quod exsurgere persecutoris pro
cellam sinat quam exsurgentem reprimat.
Novit per custodiam nostram restringere quod
contra nos egredi per nostram exercitationem
permittit ut seviens nos dilatet pro
cella non mergat. Unde et subditur. Quis con
clusit ostiis mare quando erumpebat xvi
quasi de vulva procedens. Quid enim
mare nisi presens seculum. quid vulva nisi
conceptum carnalis cogitationis acci
pimus. Hoc enim loco vulve occulta
et malitiosa carnalium cogitatio de
signatur. Que vulva non apprehendam
plene concipit fetum corporis, sed ad
explendam nequitiam causam dolo
ris. De hac vulva cordis iniquorum
alias dicitur. Concepit dolorem et peperit
iniquitatem. Per hanc vulvam prius con
cipiunt cum mala cogitant. Per hanc
vulvam pariunt cum mala que cogi
taverint operantur. Erumpebat ergo mare
quasi de vulva procedens cum minantes
seculi fluctus de carnalis cogitationis
iniquitate concepta in sancte ecclesie inte
ritum sevirent. Sed auctore deo ostiis
hoc mare conclusum est quia contra
tumores persequentium sancti viri quasi
quedam ostia oppositi sunt, ut eorum
miraculis atque reverentia ire persequen
tium frangerentur. Humiliatis quippe dominus
terrenis principibus per eos statim etiam
super mundi culmen erexit. Et sevientes
maris impetus erecta eiusdem ecclesie
potestate cohibuit. Sed hinc sevienti mari
quid dominus fecerit audiamus. Sequitur.
Cum ponerem nubem vestimentum
eius et caligine illud quasi pannis
infantie obvolverem. Mare sevientes
nube induitur quia crudelitas perse
quentium stultitie sue velamine vestitur.
Inposita enim caligine infidelitatis
sue perspicuam veritatis lucem videre
non sufficit, et id quod agit per crudelitatis
impulsum, per cecitatem sue mentis non
agnoscit. Nam si cognovissent ut ait 1 cor 2
apostolus numquam dominum glorie crucifixissent

Hec nubes non solum solet in fideles extra positos premere, sed quosdam etiam viventes carnaliter intra sanctam ecclesiam tenebrare. Unde sancti viri qui aliene etiam negligentie compatiuntur, et se pati estimant quod perpeti alios cernunt, Deo orantes dicunt: Opposuisti nubem ne transeat oratio. Ac si aperte dicant: Menti nostre terrenis voluptatibus assuete curarum fantasmata in isto iudicio obicis, quibus eam ipsa orationis sue intentione confundis, et quia desideriis infimis deditam non ignoras, recte certam abstinenda lucis tue perspicuitate removeris, ut cum in te tendit, ipso ante cogitationum suarum nubilo reflectatur, et quod terrena assidue cogitat que vult, hec etiam tolerat in oratione cum non vult. Quia igitur ipsa persecutorum nequitia superna dispensatione constringitur, ne contra sanctos viros quantum volunt effrenentur, postquam dixit: Cum ponerem nubem vestimentum eius, apte subdidit: Et caligine illud quasi pannis infantie obvolverem. Pannis quippe infantie pedes ac brachia constringuntur, ne huc atque illuc dissoluta libertate iactentur. Quia ergo persecutores sancte ecclesie instabilitate cordis inquieti atque huic seculo dediti non grandeva sed puerilia sentiunt sapiunt, quamquam eadem obscuritate atque caligine non intellecti superni iudicii constringuntur, ne tantum persequi valeant quantum volunt, pannis infantie resistunt obvoluti, quia sicut diximus puerilia quidem sapiunt, sed divina dispensatione constricti quo volunt brachia non extendunt, et si cuncta mala proferre leviter appetunt, nequaquam tamen implent cuncta que appetunt. Sequitur: Circumdedi illud terminis meis. Terminis suis dominus mare circumdat, quia iratis persecutionem iniquorum sua dispensatione modificat, ut in se tam tumida unda furoris plano frangatur littore occulte dispositionis. Sequitur: Et posui vectem et ostia et dixi: Usque huc venies et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Quid ostia nisi predicatores sancti? quid per vectem nisi incarnatus dominus designatur? Quem hic videlicet contra sevientis maris impetum tanto valentiorem apposuit, quanto eam sua obseruatione roboravit. Quia enim ipsa sancte ecclesie ostia vectis huius oppositione solidata sunt, potuerunt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequiverunt, ut eam exterius unda persecutionis illideret, sed nequaquam cordium interna penetraret. Et quia doctores sancti predicatione quidem sequentibus aperti sunt, aucte autem sua resistentibus clausi, non immerito ostia vocantur, id est aperta confitentibus humilium et clausa erroribus superborum. Non immerito ostia vocantur, quia et ingressum fidelibus aperiunt, et incursum sese infidelibus ut non ingrediantur opponunt. Pensemus quale ostium ecclesie extitit Petrus, qui investigante fidem Cornelium recepit, pretio querente miracula Simonem

Act 10 repulit, illi dicens: In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus; secreta regni benigne aperit, huic inquiens:

Act 8 Pecunia tua tecum sit in perditione. Per districte damnationis sententiam celestis aule aditum claudit. Quid cuncti apostoli nisi sancte ecclesie ostia existunt, cum voce redemptoris

Jo 20 sui audiunt: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Ac si illis aperte diceret: Per vos ingrediantur ad me hii quibus vosmetipsi panditis, et repellantur quibus obseratis. Igitur dum mare sevit, dominus vectem et ostia opponit, quia ab amaris et perfidis cordibus, dum persecutionis procella dilatatur in mundo, Deus unigeniti sui gloriam predicatorum eius reverentiam exaltat. Et dum in nos terrestris nequitia divine fortitudinis frangit

3

Pmi ttu

xvii q

impij s fluctus furoris. Bene autem
dicitur: Huc usque venies et non pro
cedes amplius, quia nimirum iudi
cii occulti mensura est, et quando
persecutionis procella prosiliat, et quando con
quiescat, ne aut non exagitata
electos non exerceat, aut nimio dicta
in profundum mergat. Cum non nostre
fidei usque ad persequentes extenditur
turbati maris tumor sedatur. Ibique
fluctus suos mare frangit, quia
ad cognitionem veritatis veniens sine
quod nequiter egit erubescit. Fracta
quippe unda ipse resilit, quia
victa nequitia etiam per cognitionem
sui cordis accusat. Et quia ipsam
vim quam intulerat recipit, quia
de pravitate quam gesserat reatus
sui stimulos sentit. Unde quibusdam
Ro 6 paulus dicit: Quem ergo fructum
habuistis tunc in illis in quibus nunc
erubescitis. Ac si dicat: Quid se in
altum fluctus vestre pravitatis extu
lerunt qui nunc in semetipsis fracti
vn pusos nos in flumentis conspos
inde confundunt. Recte itaque dicitur:
Et hic confringes tumentes fluctus
tuos. Qui vero in hac conclusione
maris secundo de ostiis dicitur: More sacri
eloquii semel res dicta per confirma
tionem replicatur. Si autem hoc in loco
mare accipere non specialiter turbam perse
quentium sed generaliter sectam debemus, secundo
contra hoc mare duo ostia oppo
suit. quia et prius humano generi pre
cepta legis et post modum nove
gratie testamentum dedit. Secundo
obiectis ostiis huius maris impetum
clausit, quia eos quos ad obsequium
sui cultus assumpsit, et prius ab ydol
data lege cohibuit, et post ab intellec
tu carnali gratia revelata correxit.
Secundo mare ostia accepit, quia huma
genus prius deus ab operis iniquitate
prohibuit. Postmodum vero etiam a
cogitationis culpa restrinxit. Videamus
quemadmodum prima tumenti mari deus
ostia imponat. Ecce per legem dicitur:
Non occides, non mechaberis, non furtum
viij facies, non falsum dices testimonium. Videamus

Exo 20

quemadmodum secundis hoc mare duo-
ostiis claudat. Ecce in evangelio dicitur:
Audistis quia dictum est antiquis
Diliges proximum tuum. Ego autem dico
vobis, diligite inimicos vestros, bene
facite his qui oderunt vos. Qui igitur
prius nequitias operis prohibet, postmodum
culpas cordis exhaurit, nimirum
tumenti mari ne circumducta iustitie
littora transeat bis ostia imponit.
Bene autem cum dicitur: Quis conclusit
ostiis mare. Illico et tempus ad
iunxit dicens: Quando erumpebat
quasi de vulva procedens, quia vide
licet humano generi preceptis legis ob
viavit, quod ad lasciviam sue originis
vitium quasi abortu proprio ad per
fectum vite carnalis exhibebat.
De vulva quippe procedere est in lucem
partis glorie carnalis apparere et recte
subiungitur: Cum ponerem nubem vesti
mentum eius. Quia nimirum deus
hominibus non tunc aperte se ostensione
intulit, sed dum eos ab errore per
fidie eripuit, nec tamen illis cla
ritatem sui luminis patefecit, qui
ex tenebris eos abstulit, sed ad
huc nube vestivit, ut et pristina
pravitatis acta relinquerent, et
tamen ventura bona adhuc
certius non viderent. Ubi et apte
subditur: Et caligine illud quasi
pannis infantie obvolverem. Dum
enim rudem populum non apertis prius
predicatione edocuit, sed figurata
locutione preceptis littere astrinxit,
Adhuc infirma sapientes verborum
suorum caligine quasi pannis infan
tie obvolvit, ut mandatis grossi
oribus ligati crescerent, ne male
liberi in suis voluptatibus perirent,
quos adhuc viam iustitie dum non
iam caritas sed adhuc timor astringeret
divina dispensatio quasi pressit
ut nutriret. Infirmus namque sepius
cum preceptorum pannos volvens pro
tulit, ad infirmiore statum ex ipsa
sua ligatione perveniret. Quia enim
timor prius cum a culpa cohibuit

a. luc 6
Non mechaberis
Ego autem dico
vobis quod omnis
qui viderit mulierem
ad concupiscendum
eam mechatus
est eam in corde
suo ...
... quia ...
b est a ...

// tunc

Timor est primum
dilectionis.

competenter postmodum in libertate
spiritus exiret. Hos pannos infantie
Eze 20 quos inchoantibus dedit ipse per pro-
phetam dominus reprehendit dicens: Ego
dedi eis precepta non bona. Mala
enim quasi mala esse desinunt com-
paratione peiorum, et bona quasi bo-
na non sunt comparatione meliorum. Nam
sicut peius delinquenti iudee de
Sodoma atque Samaria dicitur:
Ezech 16 Iustificasti sorores tuas in omnibus
abhominationibus tuis quas operata
es. Ita melioribus testamenti novi
preceptis subsequentibus precepta bona
que rudibus data sunt non bona
esse memorantur. Neque enim mentes
usui vite carnalis inherentes excel-
sa attingere possent, nisi gradatim
ducta predicatione proficerent. Hinc ip-
pe est quod in egipto positis pro-
instorum moderamine latenti eorum
Exo 10 cupiditati condescendit, et vicinorum
suorum vasis aureis argenteisque sub-
latis discedere iubetur. Qui in ad Sy-
Exo 20 na monte ducti, accepta lege
mox audiunt: Non concupisces
rem proximi tui. Hinc est quod eadem
Exo 21 lege oculum pro oculo, dentem pro dente
rapinam exigere, et quia hinc revelata
gratia percussi maxillam alteram iubetur
prebere. Quia enim plus semper ira
in vindicta exigit quam iniuriam
accepit, dum discunt mala non mul-
tiplicius reddere, quandoque discerent ea
et multiplicata sponte tolerare.
Hinc est quod eundem rudem populum
ap 7 agminibus dampna prohibuit, quedam vero
ei in usu pristino servavit. Sed hec
ipsa tamen in melioris vite signum
composuit. Bruta namque animalia
ydolis in egypto mactabat, eique post-
modum in usum animalium mactationem
retinuit, sed ydolorum cultum vetuit,
ut dum de usu suo aliquid amitteret,
consolaretur eius infirmitas per hoc
quod de usu suo aliquid haberet.
Mira autem dispensatione consilii quia
ei deus de consuetudine carnali re-

tinuit hoc in figura spiritus potentie mutavit.
Quid enim sacrificia illorum animalium
nisi unigeniti mortem designant?
nisi Quid sacrificia illorum animalium extinc-
tionem carnalis nostre vite significant?
Hunc ergo in bestialitate populi rudis
condescendit, inde ei per obumbrationis
allegoriam spes maior fortitudo
spiritus inciaret. Recte itaque dicitur: Et cali-
gine illud quasi pannis infantie
obvolverem. Quia unde eius teneritu-
dinis infirma pertulit, inde altam
signum spiritualium nubem fecit. Quem
quia preceptorum limite ab immoderatis
animi evagationibus cinxit, recte subiungit:
Circumdedi illud terminis meis. Et quia
humanus humani generis motus in ipso
mediatore coheserunt, apte sub-
iungit: Et posui vectem et ostia.
Vectem quippe et ostia posuit, quia
redemptore nostro contra culpas de-
linquentium in ipso [illegible] niem e inte predi-
camenta firmavit. Clausa namque
ostia opposito vecte roboratur. Vecte
ergo dominus opposuit, quia contra
lascivos motus humani generis unige-
nitum misit, qui precepta spiritualia que
loquendo docuit, agendo solidavit.
Bene autem subditur: Et dixi: Hucusque
venies et non procedes amplius, et
hic confringes tumentes fluctus tuos.
Hoc quippe mare ostia [illegible] transcen-
derat, quia claustra legis opposite
humani timoris unda saliebat. At
postquam mundus oppositum sibi unige-
nitum repperit, elationis sue impetum
fregit et transire non valuit, quia
eius fortitudine furoris sui tumidum
clausum invenit. Unde recte per prophetam dicitur:
Mare vidit et fugit. Possunt etiam
per ostia apte passiones eius non in-
convenienter intelligi, quibus ex oc-
culto vectem posuit, quia eas ex in-
visibili divinitate roboravit. Contra
quas mundi fluctus venit, sed fracti
dissiluerunt, quia superbi eas vincendo
despiciunt, sed earum vires experiendo

prumescunt. Nam dum passiones v
ingenita humanum genus pravus irrisit
postmodum expavit. quasi contra
opposita ostia more elidendi maris
et tumore elatum venit et fractum
virtute dissiliit. Sed quia idcirco
haec ad beatum Iob dicitur ut de tot virtuti
bus cordis eius gloria prematur ne sibi
fortasse tribuat quod se stare sublimi
ter non ignorat. cum quanta eius edifi
catione sint dicta pendimus. si haec etiam
moraliter disserimus. Dicat itaque.

Quis conclusit ostiis mare. Quid
est mare nisi cor nostrum furore turbi
dum. rixis amarum, elatione superbie
tumidum. fraude malicie obscurum
Quod mare quantum seviat attendit
quisquis in se occultas temptaciones
cogitacionum intelligit. Ecce enim iam
perversa relinquimus. iam desideriis
rectis inherimus. iam prava opera
foris abscidimus Sed tamen latenter
intus ea cum quia huc venimus vite
veteris procella fatigamur. quam nisi
respectu iudicii et etiam pavore tormen
ti in mensa timoris claustra con
stringerent, cuncta in nobis penitus
superedificati operis fundamenta corruis
sent Si enim quod per suggestionem semel i
nsectus per delibacionem foras erumperet
vite nostre fabrica funditus eversa
iacuisset. In iniquitate namque concep
ti et in delicto ~~pugna nobis~~ editi
per insite corrupcionis molestias pug
nam nobis ~~cum~~ huc deferimus
quam cum labore vincimus. Unde
recte de hoc mari dicitur. Quando erum
pebat quasi de vulva procedens

Vulva enim prave cogitacionis adoles
cencia est, de qua per Moysen dominus
dicit. Sensus enim et cogitacio cor
Ge 8 dis humani prava est in malum
ab adolescencia sua. Corrupcionis
namque malum quod unusquisque no
strum ab ortu carnalium desideriorum
sumpsit, in provectu etatis exercet
Et nisi hoc citius divine formidinis
manus reprimat omne condite nature

bonum repente culpa in profundum
vorat, nemo igitur sibi cogitacionum
suarum victoriam tribuat, cum veritas
dicat, Quis conclusit ostiis mare
quando erumpebat quasi de vulva pro
cedens. Quia nisi ab ipso cogita
cionis primordio cordis fluctus gra
cia divina retineret temptacionum pro
cellis mare seviens tam procul dubio
humane mentis obruisset, ut fal
sis fluctibus per ipsa aresceret id est per
viciosis carnis voluptatibus dilectam
deperiret. Solus ergo dominus ostiis ma
re concludit, qui pravis motibus xx E
cordis claustra in spiritu fortitu
dinis obicit. Quia vero ea que cunctis
sequimur prohibemur. quia accepta dilata
cione retundimur. libet eciam ad in
visibilia oculos mentis attollere atque
hec ipsa que sequimur percipimus videre. Sed
quid agimus quia infirmis illa ob
tutibus nec dum patent, Ecce ad
amorem eorum vocamur. sed tamen
a visione restringimur, qui etsi quando
aliquid furtim. parumque aspicimus
sub incerto nimis adhuc visu cali
gamus. Unde apte subiungitur. Cum po
nerem nubem vestimentum eius et
caligine illud quasi pannis infancie
obvolverem, hoc mare tumultuosum
videlicet cor nostrum nube vestitur. quia
ne iustam quietem plene conspiciat
in quietudinis sue confusione tene
bratur. hoc mare caligine quasi pannis
infancie obvolvitur. quia accedens
splendoris sublimibus adhuc teneris
sensibus sue infirmitatis ligatur.
Videamus paulum quadam caligine
quasi infancie pannis obvolutum
dum ait. Videmus nunc per speculum Co 13
et in enigmate tunc autem facie ad fa
ciem, Nunc cognosco ex parte tunc
autem cognoscam sicut et cognitus sum.
Nam si se ad comprehendenda celestia
in fanciam non cerneret etatis sue adhuc
comparacionem nullo modo premisisset dicens.
Cum essem ut parvulus loquebar ut p
arvulus. sapiebam ut parvulus cogi
tabam ut parvulus. Tunc gradiebar

inuenire conscendimus cum forti sensu eam ad quam tendimus uitam uidemus. Mare autem quia in tenebris nostre acies per infirmitatem suam ab interna luce retundit, mens nostra in fantasie paruis ligata tenetur, ubi apte subiungitur: Circumdedi illud terminis meis. Terminis enim suis dominus hoc mare circumdat, quia cor nostrum adhuc corruptionis sue molestia et cura turbulentum sub mensura contemplationis humiliat, ut licet plus appetat ultra tamen quam sibi conceditur non ascendat. Vel certe terminis suis dominus hoc mare circumdat quia cor nostrum temptationibus tumidum occultis donorum distributionibus mitigat, modo agens ne praua suggestio ad delectationem ueniat, modo ne praua delectatio usque ad consensum prorumpat. Cum igitur illicitos motus cordis respicit et in quibusdam eos usque ad consensum uenire prohibet, in quibusdam uero etiam illos a delectatione restringit, in minimum furenti mari terminos imponit ut nequaquam in opere exeat, sed intra sinum mentis temptationum submurmurans se unda collidat. Que quia tunc ualenter restringitur cum ei dilectione dei atque in spiritalibus uirtutibus obuiante subiungitur: Et posui uectem et ostia, et dixi usque huc uenies et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Quid enim moraliter ostia nisi uirtutes, quid per uectem nisi robur caritatis accipimus? Hec itaque ostia siue uirtutes temptationum mare fremens dissipat, nisi ex occulto eas uectis opposita caritatis astringat. Facile autem omne uirtutum bonum temptatione cordis irruente destruitur nisi ab intimis fixa caritate solidetur. Unde et paulus in suis predicationibus dum quedam uirtutum ostia mari temptationis opponeret, illico eisdem ostiis quasi robur uectis ~~ad~~ iungit dicens: Super omnia autem hec caritatem habentes quod est uinculum perfectionis. Perfectionis enim uinculum

caritas dicitur quia omne bonum quod agitur nimirum per illam ne pereat ligatur. A temptatore namque cunctis quibuslibet opus excellit si solutum a uinculo caritatis inuenitur. Si autem mens dei ac proximi dilectione constringitur, cum temptationum motus quibus ei iniusta suggesserit obice se illis ipsa dilectio opponit, et praue suasionis undam uirtutum ostiis ac uecte intimi amoris frangit. Cum ergo dominus per summitate caritatis fortitudine nascentia in corde uitia reprimit, insurgentis maris impetum per obseruantiam claustra compescit. Ira fortasse in occulto exasperat, sed ne quies superna percepta perturbationem mentis officium lingue subtrahitur, ne usque ad uocem exeat quod in sinu cordis tumultuosum sonat. Liuor uirus cogitationibus occultis accendit, sed ne superna mundicia mens amittat concepte immunditie ea que famulari poterant membra castigat, ne usque ad corruptionem corporis exalet fetor cordis. Auaritia stimulat, sed ne celesti regno mens careat, intra claustra se parsimonie contenta propriis ligat, ne in proximo se opere dilatet, et usque ad exteriores actus intus concupiscentie estus exsudet. Superbia inflat, sed ne uere celsitudinis amittat considerando quisque quia puluis est ab altitudine se concepte elationis humiliat. Cumque nimirum nequaquam in suggestione cogitationis tolerat in exercitationem operis erumpat. Unde ergo dicitur: Posui uectem et ostia et dixi huc usque uenies et non procedes amplius et hic confringes tumentes fluctus tuos. Quia dum electus quisque et temptatur uitiis et tamen facile male suggesta reicit, quasi mare clausum tenet. Quod si intus tumultuosis cogitationum fluctibus mente feruit, statuta tamen bene uiuendi litora non excedit. Quod male quid in timore se erigit, sed dum fixe deliberationi cordis illiditur, fractum redit. Beatus igitur iob ne sibi tribuat quod contra procellas cordis fortiter stat, uoce diuina audiat: Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de uulua procedens et cetera. Ac si aperte ei

uicis

fortitudine

col 3



Caritas est uinculum perfectionis

dicet. Iniquissimi ex·ista extius in bonis operibus pensas, si non me intus qui ille temptationis undas compescens consideras. Ut enim fluctus foris in opere possis, mee virtutis est. qui fluctus frango temptationis in corde.

Liber xxix.

Dominus noster Ihesus Christus in eo quod virtus dei et sapientia est, de patre ante tempora natus est. vel potius quia nec cepit nasci, nec desiit. dicamus verius semper natum. non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero ut eternus designari valeat et perfectus, et semper dicamus et natus, quatinus et natus ad perfectionem pertineat et semper ad eternitatem, ut quocumque modo illa essentia sine tempore temporali valeat designari sermone, quamvis hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione devenimus, quia quod factum est non potest dici perfectum. et tamen in firmitatis nostre verbis dominus condescendens ait: Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. In illa itaque nativitate divina absque inicio genite cognosci non potuit. proinde in humanitate venit ut videretur. videri voluit ut imitaretur. Que tamen nativitas despecta ipsa est sapientibus mundi. contempserunt namque infirma humanitatis eius. deo hoc indigna iudicantes. Cum tanto magis homo debitor fuit, quanto pro illo deus etiam indigna suscepit. Quia enim sicut ait apostolus: Non cognovit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes. Ac si diceret: Cum deum qui est sapientia nequaquam per sapientiam suam mundus inveniret, placuit deo ut deum hominem factum per humanitatis stulta cognosceret, quatinus eius sapientia ad nostra stulta descenderet, et lucem superne prudentie luto sue carnis illuminata nostra cecitas videret. Natus igitur ex patre sine tempore, ex matre dignatus est nasci in tempore. ut per hoc quod ortum suum qui nec inicio sumitur nec fine angustatur aperiret. bene venit ad beatum iob dicens: Numquid post ortum tuum precepisti diluculo et ostendisti aurore locum suum? Subaudis ut ego. Ortus divinitatis eius ante et post non habet, cum deum semper esse pro eternitate dicimus, omne quod labitur circuitu suo, intra semetipsum temporum discursus claudit. Ortus vero humanitatis eius, quia et cepit et desiit et ante et post huius tempore accepit. Sed quia dum ipse umbras temporalitatis nostre suscepit, lumen nobis sue eternitatis infudit. Recte per humanum ortum quod creator sibi in tempore condidit locum suum sine tempore aurora cognovit. Quia enim diluculum vel aurora a tenebris in lucem vertitur, non immerito diluculi vel aurore nomine omnis electorum ecclesia designatur. Ipsa namque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur velut aurore more in diem post tenebras splendore superne claritatis aperitur. Unde et bene in canticis canticorum ei dicitur: Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Sancta enim ecclesia celestis vite premia appetens aurora vocata est. quia dum peccatorum tenebras deserit, iusticie luce fulgescit. Habemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate diluculi vel aurore pensemus. Aurora namque vel diluculum noctem quidem preterisse nunciat. nec tamen diei claritatem integram ostendat. Sed dum illam pellit, hanc suscipit, lucem tenebris permixtam tenet. Quid ita quod in hac vita omnes qui veritatem sequimur nisi aurora vel diluculum sumus. Quia et quedam iam que lucis sunt agimus, et tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquiis non caremus. Per prophetam quippe deo dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Rursumque scriptum est: In multis offendimus omnes. Paulus quoque ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis. Ubi ergo lex peccati cum lege mentis contendit profecto adhuc aurora est. quia lux

inter utrumque fuit quod concludet humane mentis oculus ortu

que iam emicuit, nec dum perfecte tenebras funditus pressit, adhuc aurora est, quia dum lex carnis legem mentis, et lex mentis legem carnis percutit, intra se positum lux et umbra confligit. Unde rursum Paulus cum diceret: Nox precessit, nequaquam subdidit: dies venit, sed: dies autem appropinquavit. Qui enim post discessionem noctis non iam venisse sed appropinquasse diem insinuat, esse se procul dubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demonstrat. Tunc autem plene sancta electorum ecclesia dies erit, cum ei admixta peccati umbra iam non erit. Tunc plene dies erit, cum interni luminis perfecto calore claruerit. Tunc plene dies erit, cum nulla malorum suorum temptamenta memoria tolerans, omnes ante tenebrarum etiam reliquias abscondit. Unde et bene hec aurora quasi adhuc in transitu demonstratur cum dicitur: Et ostendisti aurore locum suum. Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus aurore, nisi perfecta claritas visionis interne, ad quam cum perducta fuerit, iam de transacte noctis tenebris nil habebit. Nunc autem adhuc temptationum molestias sustinens, quia per intentionem cordis ad aliud festinat, ecclesia ad locum suum tendit aurora. Quem locum si mente non cerneret, in huius vite nocte remaneret, sed cum cottidie contendit perfici et in lucem cottidie augeri, locum suum iam conspicit[^] quia sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat; ad locum suum aurora pertingere satagebat cum David diceret: Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei. Locum suum veritatis aurora innotuerat cum per Salomonem diceret: Quid habet amplius sapiens ab stulto, et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita. Quem profecto locum etiam precedentibus in carnationem suam patribus post ortum suum Dominus ostendit, quia nisi per prophetie spiritum incarnationem superne

patrie regem cognoscerent, bona eiusdem patrie quam essent desiderabilia non viderent. Locum suum vitas aurore patefecit, cum presens suis coram discipulis petiit dicens: Pater, quos dedisti michi, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum. Locum suum aurore innotuit cum diceret: Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquile. Ad hunc locum quem cognoverat pervenire aurora festinabat, cum Paulus desiderium se habere diceret dissolvi et cum Christo esse. Et rursum: Michi vivere Christus est, et mori lucrum. Et rursum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod edificationem ex Deo habemus domum non manufactam eternam in celis. Bene autem post ortum suum locum proprium aurore ostendisse se perhibet, quia future retributionis beatitudinem priusquam per corpus ipse innotesceret in paucorum intellectu continuit. Cum vero humane nativitatis infirma suscepit, venture claritatis noticiam in multitudinis innumere amore dilatavit. Sed dum divini operis misterium secreta [illegible] peragit, ut tamen iam comitentis occultus arbiter alios respiciens redimat, alios deserens perdat, restat cognominis quo per incarnationem suam electos illuminet, audiamus nunc quomodo reprobos damnet. Sequitur: Numquid tenuisti concuciens extrema terre, et excussisti impios ex ea. Extrema terre Dominus tenuit, quia in fine seculorum ad destitutionem iam et alienis regibus subditam synagogam venit, atque ex illa impios excussit, quia specialia fidei predicamenta tenentes eam carnalis sacrificii gloria repulit. Vel certe extrema terre tenuit, quia ex Iudea paucos et humiles elegit; extrema terre tenuit, quia legis doctores despectis piscatores sumpsit. Dum quod extrema eius tenet, ex ea impios excutit, quia dum infirmos fideles roborat

Marginalia: Ro. 13 · Ps. 41 · Eccl. 6 · Io. 17 · Mt. 24 · Phil. 1 · 2 Cor. 5 · Io. 2 · ab rectos · apoc. 8

[^] et plene sibi claritatis solem querit. Locum suum aurora cognoverat. — sapiens — Eccl. 6.

fortes in illa infideles dampnat. Hec
vero etiam concutiens addidit.
Quia per adventum suum in magna
fortitudine etiam reproborum corda
commovit. Concussi quippe fuerant
qui dicebant: Nichil proficimus. ecce
Io 12 mundus totus post eum abiit. Hec
autem concutit hunc illucque ducta
fatigat. Concussi non iudea fuerant
que de xpo per alios dicebat. Quia
Io bonus est. et per alios resistebat di
cens: Non sed seducit turbas. per ali
os dicebat: Nisi hic esset a deo
non poterat facere quicquam. Atque ad
Io 18 extremum per alios clamabat: Si non
esset hic malefactor non tibi tradidis
semus eum. Concussi quidem sed non
prostrati sunt reprobi. cum non miracula
obstupescentes cederent. modo semetipsos
obprobria despicientes irriderent. An
concussi non fuerant qui dicebant: Quo
usque tollis animam nostram. si tu es
Io 10 [illegible] xpus in dicas nobis palam.
Vel certe extrema terre tenuit et
concussit. quia cum in firma cordis
humilitate pio tremit timore nequaquam
districto iudicio derelinquit. Inde enim
multitudo credentium iudeorum robu
stius stetit. unde in se humiliata trepi
davit. Nam quia eum deus quem
concutit tenet insinuat per prophetam
ys 66 dicens: Super quem requiescet spiritus
meus. nisi super humilem et quietum
et trementem sermones meos. Quia
enim quem concutit tenet salomone
Mathei 2 attestante qui ait: Beatus vir qui
semper est pavidus. qui autem
ps 28 mentis est dure corruet in malum.
Igitur quia extrema iudee deus in
apostolis tenuit. atque ex illa scribas et
phariseos ac pontifices in pietatis
sue merito reprobavit exigente. Quid
adhuc de eorum dampnatione subdit
audiamus. Sequitur. Restituetur ut
lutum signaculum et stabit sicut vesti
mentum. Quid aliud deus plebem
israheliticam nisi lutum reperit quam
ob servitutis gentilibus deditam in egypto

serviente lateribus invenit. Quam dum
tot miraculis ostensis ad terram re
promissionis duxit. dum per doctrinam
cognitionis sue scientia implevit. dum tot
archana secretorum ei per prophetiam con
tulit. quid eam aliud quam servandi
misterii signaculum fecit. Ipsa quippe
dum clausum in prophetia continuit
quidquid de se veritas in fine revelavit.
Sed dum post tot divina secreta post
tot precepta miracula in redemptoris
sui adventu plus terram quam veritatem
dilexit persecutores dicens: Si dimit
timus eum sic omnes credent in eum.
et venient romani et tollent locum
nostrum et gentem. Quasi ad eos quos Io 11
in egypto reliquerat lateres rediit. et
que facta iam dei signaculum fuerat
adhoc servitium quod deserverat in flexi
biliterque se post signaculum in oculis
veritatis exhibuit. cum per impietatis
maliciam accepit ubi misteria perdidit
et solam terram sapere que in servitutem
elegit. Ubi apte subiungitur. Et sta
bit sicut vestimentum. Inpolita atque
grossiora vestimenta etiam cum induta
fuerint. quia in diversis membris habitu
applicata non inherent stare referuntur.
Iudea igitur contra veritatis notitia etiam
cum servire videtur sicut vestimentum
stetit. quia per exteriora mandata
servire se deo ostendit sed adherere
ei per caritatis intelligentiam noluit
dum solam in preceptis dei litteram
tenuit. et nequaquam se per spiritum sensibus
intimis inseruit. quasi ei qui se in
duerat non adhesit. Ubi et apte
subditur. Auferetur ab impiis lux sua.
Quia dum credere veritati renuit
cognitionem legis in perpetuum amittit
et dum de accepta lege superbivit
minimo de scientie sue gloria cecavit.
Scriptum quippe est. Obscurentur
oculi eorum ne videant. Rursumque ys 6
scriptum est: Excecaverit cor populi huius
et aures eius aggrava. Et rursum
scriptum est: In iudicium ego in hunc mun Io 9
dum veni ut qui non vident videant
et qui vident ceci fiant. Et quia

semetipsos de legis operibus contra conditorem legis extulerunt aperte subditur: Et brachium excelsum conteretur.
Excelsum quippe brachium conteritur,
quod praedicata fidei gratia superbe le-
Ro 3 gis operatio reprobatur, cum dicitur: Ex
operibus legis non iustificabitur omnis
v. L. caro. Cuncta tamen haec intellegi
et aliter possunt. Terram quippe sacra
vocare scriptura consuevit etiam ecclesiam. Extrema
igitur Dominus tenet terrae et concutit,
quia ecclesiae suae ultima per adventum
antichristi persecutione immanissima
turbari permittit, nec tamen per-
mittendo deserit. Habet tamen aliud
quod tenet et non concutit, aliud
tenet et concutit, quia modo eam
tranquilla pace fidei possidet, modo
commoveri impetu persecutionis sinit.
Bene autem cum diceret: Numquid tenuisti
concutiens extrema terrae, illico
adiunxit: Et excussisti impios ex
ea. Attestante enim Paulo, plerique
Tit 1 in ea sunt qui confitentur se nosse
Deum, factis autem negant. Impios
ergo Dominus ex ea excutit, quia hi
quos nunc in tanta vicinia possidet,
tunc in voragine aperte infidelitatis
cadent, atque in altum paleae [illegible]
[illegible] cum temptationis illius aura
commovet. Et quamvis se nunc sub
specie fidei intra sinum areae tegant,
tunc nimirum extra granorum cumulum
districti examinis ventilabro re-
silient. Unde et apte subiungitur: Resti-
tuetur ut lutum signaculum. Ac si
aperte diceret: Hi qui nunc videntur
in ecclesia sibi signaculum, tunc ante oculos
omnium restituentur ut lutum, id est, nequaquam
quia iudicia hominum de professione
religionis fallunt, sed quia terrena
sapiunt demonstrant. Solet enim
scriptura sacra pro fide appellare
signaculum, pro iniquitate lutum. Nam
Luc 17 filius minor qui consumpta substantia ad
patrem redit, in manu anulum
accepit. Gentilis enim populus

qui in mortalitate perditus ad eam paeni-
tendo rediit, pro fidei signaculum in manu
[illegible] a sponso suo ecclesiae dicitur: Pone me
ut signaculum super cor tuum. Idcirco
namque signaculum rebus ponitur, ne quid
diripientium praesumptione temeretur.
Sponsus ergo in corde signaculum
ponit, quia fidei eius mysteria custo-
diae nostrae cogitationis imprimit, ut ille
infidelis spiritus minime adversa-
rius cum signata fide corda con-
sideravit, temptando ea irrumpere non
praesumat. Pro luto vero quia terrena con-
tagia demonstrantur, attestatur psalmi-
sta qui ait: Eduxisti me de lacu mi-
seriae et de luto faecis. Quia ergo multi
in terrenis contagiis inventi perducti
modo ad eandem caelestis fidei [illegible]
signaculum, et tamen ab iniquis operibus
non recedunt, sed nunc fidei velamine
conteguntur, sed quia cum tempus
invenerit quid sint vacat audiatur.
Recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculum.
Quos enim nunc fideles credimus,
ipsos tunc fidei hostes invenimus,
et quamvis appareant non temptati
signaculum, erunt procul dubio temptati
lutum. Ubi et recte dicitur: Restituetur.
Quia quales eorum conscientia esse ante
fidem potuit, tales eos quoque post modum
vita convincit. De quibus subiungitur:
Et stabit sicut vestimentum. Tot nunc
quasi vestibus sancta ecclesia induitur,
quot fidelium venerationem decoratur. Unde
ys 48 et ei conversis gentibus adunatis dicitur per
prophetam: Vivo ego dicit Dominus, quia
omnibus his sicut ornamento vesti-
eris. Multis tamen quasi fidelibus
nunc competentibus induitur, sed pulsante
persecutionis impetu tunc eis exuta
nudabitur. De quibus nunc dicitur:
Et stabit sicut vestimentum. Stare vero
ponitur hoc loco persistere in peccato,
unde scriptum est: Et in via peccatorum non
stetit. Vel certe reprobis quamque sicut
vestimentum stare dicitur, ut non posse
stare videatur. Quia sicut in dura
vestis in visionis sue specie per corpus
tenditur, exuta autem fracta complicatur.

ita unusquisque qui tunc a statu ecclesie
statu recesserit tensus ac decorus
quasi dum in dulcedine fuit, sed exutus
postmodum confractus atque abiectus
iacebat. Si vero stare intelligimus
perdurare, Sicut vestimentum stat quod
ex rebus, quia instat ut qua di-
ligit breviter durat. Unde et per prophetam
dicitur: Omnia sicut vestimentum vete-
rascent, et sicut opertorium mutabis
ea et mutabuntur. Hec utique que alle-
gorizantur nube tecta intulit, nunc apertis
sermonibus innotescit subdens: Auferetur
ab impiis lux sua. Neque enim eos nunc
dei lumen illustrat qui iniquitatis
sue malicia fidei nomine paliant.
Nam dum iuxta fidei perfectionem
vive negligit et tamen eandem
fidem proferentes veniam honore
vite prioris ex nomine religionis
querunt, hoc quoque eis ex fide lucet
quod eos fides coram hominibus refovet.
vi Sunt vero non nulli qui eterna
ai que audiunt veraciter credunt, et tamen
eidem quam tenent fidei male
vivendo contradicunt. Hinc sine quo
in tenebris lucem suam, quia du-
perversa agunt, et tamen de deo ita
sentiunt, ne tenebrescant funditus
ex quadam parte fulgore luminis
illustrantur. Qui dum plus terrena
quam celestia, plus que vident quam
que audiunt diligunt, pulsante perse-
cutionis articulo quod recte credere
videbantur amittunt. Ex illo maxime
tempore multiplicius agitur quo surgente
ipso iniquorum capite in sancta ecclesia
persecutione ultima liberis suis vi-
ribus eius fortitudo grassatur. Ibi
tunc cor uniuscuiusque ostenditur. ibi quod
quid in occultis latebat aperitur, et qui
nunc ore sunt pii, et corde sunt im-
pii publica malitia corruunt, et luce
fidei quam proferentes tenuerant perdunt.
Sed in hoc notandum est ut unusquisque
nunc ad cordis sui secretum redeat
et actionis sue dampna pertimescat
ne exigentibus meritis per districta

iusticia iudiciorum dei in talium homi-
num numerum currat. Nemo ante sibi
in cautela blandiatur, et idcirco se alie-
nam ex tamen credat, quia ad illius
tempestatis procellam pervenire non
existimat. Quamvis illius temptationis
tempora non videmus, et tamen talibus
temptationis procella instant. Cayn ye x
tempus antichristi non vidit, et tamen
membrum antichristi precipuum fuit. Judas mt 26
seviciam persecutionis illius ignoravit
et tamen iuri crudelitatis eius avari-
cia suadente succubuit. Symon di-
visus longe ab antichristi temporibus ex-
titit, et tamen se eius superbie iniqui-
culorum potentiam perverse appetendo
coniunxit. Sic iniquorum corpus suo
capiti, sic membris membra iunguntur,
cum et cognitione se nesciunt et tamen
pravitatis sibi actione copulantur. Neque enim
Pergaminus Balaam libros aut verba
cognoverat, et tamen eius nequiciam
sequens voce superne increpationis au-
diebat: Habes hic tenentes doctrinam Apok 2
Balaam, qui docebat Balach mittere
scandalum coram filiis Israel, edere et
fornicare. Thyatire etiam quoque ab
Iezabel notitia et tempora et loca dividebant,
sed quia par mite reatus astrinxe-
rat in eo ei Iezabel dicitur atque operibus
perversis in superne angelo attestante qui
ait: Habeo adversum te, quia permittis
mulierem Iezabel que se dicit pro-
pheten docere, et seducere servos meos
fornicari et manducare de ydolathitis.
Ecce quia reprobi potuerunt. qui Iezabel
iniquam reproba actione secuti sunt, Ieza-
bel in veritate memorantur. quia videlicet
pravum corpus coniuncti mores unum
faciunt, etiam si hoc loca vel tempora
scindunt. Unde fit ut in pravis suis i-
mitatoribus, et iniquus quisque maneat
qui iam perit et in suis operatoribus
ipse iniquorum auctor iam appareat
qui nec dum venit. Hinc Johannes 1 Joh 2
ait: Nunc antichristi multi facti sunt,
quia iniqui omnes qui iam membra
eius sunt, que scilicet perverse edita
caput suum male vivendo prevenerunt

2 Thess 2 Hinc paulus ait: Ut reveletur in suo
tempore. nam misterium iam operatur iniqui
tatis. Ac si diceret: Tunc antichristus
manifestus videtur, nam in cordibus
iniquorum secreta sua iam nunc oc
cultus operatur. Ut enim de apertioribus
criminibus taceam. Ecce alius in corde
fratri invidet suo tacitus, et si oc
casionem reperiat, eum supplantare con
tendit. Cuius alterius membrum est
nisi eius de quo scriptum est: Invidia
Sap. 2 dyaboli mors intravit in orbem terrarum.
Alius magni meriti se esse estimat
per tumorem cordis cunctis se preferens,
omnes semetipso inferiores credit.
Cuius alterius membrum est, nisi eius
Job 41 de quo scriptum est: Omne sublime
videt, et ipse est rex super omnes
filios superbie. Alius mundi huius
potenciam querit, non ut aliis prosit,
sed quo ipse alteri subditus non sit. Cuius
alterius membrum est nisi eius de quo
scriptum est, qui dixit: Sedebo in
Ysa 14 monte testamenti in lateribus aquilonis,
ascendam super altitudinem nubium
et similis ero altissimo. Solus quippe
altissimus ita dominatur super omnia
ut alteri sub esse non possit. Quem
dyabolus perverse imitari voluit, cum
suum dominium querens ei sub esse recusavit.
Imitatur ergo dyabolum quisquis idcirco
potestatem suam appetit, quia ei qui
sibi est superna ordinacione prepositus
sub esse fastidit. Sunt preterea plurima
que in ipsa quosdam pace ecclesie consti
vii. R. tutos infideles esse denunciant. Ut
de quo namque non nullos ita personam
potentis accipere ut requisiti ab eo
pro favore eius non dubitent in causa
proximi verum negare. Et quis est veritas
Jo 14 nisi ille qui dixit: Ego sum via ve
ritas et vita. Neque enim Johannes
baptista de confessione Christi sed de veri
tate requisitus occubuit. Sed quia
Christus est veritas ad mortem usque id
circo pro Christo quia videlicet pro veritate per
venit. Ponamus ergo ante oculos
quod aliquis pro contumeliis personam pote
ntis accepit, et ne ubi saltem iniuria
patiatur pro veritate negavit. Quid ergo

iste faciet in dolore penarum qui Christum
erubuit inter flagella verborum. Ecce et
post hec ante oculos hominum adhuc
christianus est, et tamen si eum dominus
districte disposuit iudicare iam non
est. Video ante alios quibus pro loco
magisterii exhortandi sunt officia
arguendi quoque commissa, quia vident a
liquid illicitum admitti, et tamen dum
quorundam potentum offendere graciam
metuunt, arguere non presumunt. Cuiusmodi
est iste quid aliud facit nisi quia
vidit lupum venientem et fugit. Fu
git quia tacuit, tacuit quia desperata
eterna gloria temporalem gloriam plus amavit.
Ecce ante potentis faciem intra sile
ncii sui latebras abscondit, et sicut
persecutori publice sic occulto locum
dedit timori. Bene de talibus dicitur:
Jo 12 Dilexerunt gloriam hominum magis quam
dei. Quisquis ergo talis est si persecutor
districte iudicatur et persecucio publica
desit, et tamen tacendo Christum negavit.
Non ergo desunt vel in pace ecclesie
antichristi temptamenta. Nemo itaque illa
persecucionis extreme tempora quasi sola per
horrescat. Apud iniquos namque coti
die res antichristi agitur, quia eorum cordi
bus misterium suum iam nunc occultus
operatur. Et si multi nunc potentes
in terra eciam constituti simulant
se esse quod non sunt, in adventu tamen
iudicis produntur quid sunt. De quibus
Eccl 8 bene Salomon ait: Vidi impios se
pultos qui etiam dum adhuc viverent
in loco sancto erant et laudabantur
quasi iustorum haberent opera. Igitur
precipue de iniquis dictum est: Resti
tuetur ut lutum signaculum et stabit
sicut vestimentum. et auferetur ab impiis
lux sua, quod utique iniusta est antichristi
persecucione faciendum. Mox de eiusdem
antichristi perdicione nos consolans ait:
Et brachium excelsum confringetur.
Quid namque aliud excelsum brachium
accipitur nisi superba antichristi celsitudo, que
super reprobas mentes hominum fastu glorie
secularis erigitur ita ut homo peccator

// estimari

et tamen homo despiciens deum se
super homines menciatur. Unde et paulus
2 Tess apostolus dicit. Ita ut in templo dei se
deat ondens se tamquam sit deus. Cuius
ut timorem plenius ostenderet premisit.
Qui aduersatur et extollitur super omne
quod dicitur deus aut quod colitur. Deus
autem dici aliquis et homo potest.
Exo Iuxta quod ad moysen dicitur. Ecce consti-
tui te deum pharaonis. Deus uero
A purus homo coli non potest. Quia
uero se antixpistus et super sanctos quosque
homines et super ipsius potentiam diuinitatis
extollit per exactum sibi nomen glorie
et hoc quod deus dicitur et hoc quod
deus colitur transire conatur. Non
dum uero est in quantum superbie fone-
am cecidit, qui in mensura ruine que
lapsus est non permansit. Diabolus
quippe uel homo ab statu sue proprie
condicionis elata mente corruerunt
Ut uel ille diceret. Ascendam super alti
Ys tudinem nubium similis ero altissimo.
Ge Vel iste audiens crederet. Aperientur
oculi uestri et eritis sicut dii. Ideo
ergo uterque cecidit. quia esse deo
Gen 3 similis non per iusticiam sed per potenciam
concupiuit. Sed homo per gratiam liberatur
qui dei similitudinem perverse appe-
tendo cecidit in reatu cunis sui
longe deo imparem se esse cognos-
cens clamat. Domine quis similis
tibi. Dyabolus uero in lapsibus sui
cunis iuste dimissus in mensura
ruine sue minime permansit. Sed quanto
diu ab omnipotentis gratia deserit
tanto magis reatum cunis cumulabit.
Nam qui ideo cecidit quia perverso
ordine deo similis esse uoluit eo
usque perductus est ut in antixpistum
ueniens uideri deo similis dedignetur.
Atque enim quem sustinere non potuit
superbus equalem dampnatus in fiore
preter. Nam cum de illo hoc quod iam
premisimus dicitur. Extollens se super
omne quod dicitur deus aut quod colitur
Apte iungitur quia appetendo se di-
uinam similitudinem quasi in deum
erige se uoluit sed in superbie culpa

crescendo iam se supra omne quod deus
et dicitur et colitur extollit. Quia quam
hec eius superbia districti iudicis erit
aduentu ferienda. Sicut scriptum est 2 Tess 2
Quem dominus ihesus spiritu oris sui inter-
ficiet et destruet illustratione ad-
uentus sui. recte dicitur. Et brachium
excelsum confringetur. Cuncta tamen viij
hec que hic discussa sunt. ad hunc in- P
telligi et aliter possunt. Verba enim dei
quasi pigmenta quedam nostri sunt
adiutorii. et sicut pigmentum quanto
plus teritur tanto in poculo eius
uirtus augetur ita diuina eloquia
quo magis exponendo conterimus
eo audientes amplius quasi biben-
tes inuant. Quia igitur misericors de-
us peccata hominum tolerat et tamen iam
uicinum finem respicit plerumque men-
tes peccancium terruit. recte uiri tante
pietatis in similias ait. Numquid te
iussisti concuciens extrema terre
et excussisti impios ex ea. Per terram quippe
homo in summa sapiens designatur
cui peccanti dictum est Terra es et in terram
ibis. Sed quia pius conditor fac- Gen 3
turam suam non deserit mala hominum
et per suam placidus tolerat et peccato-
rum quoque confessionem relaxat Cum
duriores atque insensibiles mentes
respicit non eas minis modo uer-
beribus. modo reuelacionibus terret
ut que pessima securitate dormierunt
salubri timore molestate. quatenus uel
sero redeant et hoc ipsum saltem quod
diu expectati sunt erubescant. Sed
enim deus iam quia extrema uite
nostre plus iudicat et ideo electos
suos in fine sollicitius purgat. Scrip- 1 Reg 2
tum quippe est. Dominus iudicabit fi-
nes terre. Tanto ergo impensius ul-
timis nostris inuigilat quanto tempus
pende in ira uite sequitur pensat
Quia misericorditer facit pietate sua
in medium deducta. quia etiam seros
conuersos peccatores recipit. beati iob
iusticia erudit dicens. Numquid
teuuisti concuciens extrema terre et
excussisti impios ex ea. Subau-
dis ut ego qui in fine ultimis.

Petri sed et per ea sponte in

sepe peccatores terrendo contero, convertendo tero, atque ab eorum cordibus improbas cogitationum motus evello. Et recte beato Iob dicitur, quidam iusto sive [illegible] convertit peccatores insinuat. Ac si aperte dicat, Misericordie mee potentiam respice, et tue iusticie elationem reprime. Que extrema hominis quia eciam cum convertitur per carnis mortem illa antique culpe vindicta committitur, protinus insinuat cum dicit, Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum. Hominem quippe dominus quem ad suam ymaginem condidit, quasi quoddam potencie sue signaculum fecit. Quod tamen ut lutum restituetur, quia licet etiam supplicium perpetue visionis fugiat, in ultione tamen preterite superbie carnis morte dampnatur. Ex luto quippe homo conditus et mentis accepta ratione similitudine divine ymaginis decoratus elatione cordis intumescens, quod de infimis formatus esset oblitus est. Unde mira iusticia conditoris actum est, ut quia per sensum intumuit quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliter noluit, et qui per tumorem similitudinem dei perdidit, moriendo vero ad limi similitudinem [illegible] redit. Recte ergo Restituetur ut lutum signaculum. Et quia de corpore cum spiritus vocatur, quodam quasi involucro sue carnis exuitur. Apte de eodem luto subiungitur. Et stabit sicut vestimentum. Luto namque modo sic vestimento stare est, usque ad resurrectionis tempus inane exutumque permanere. Et quia habet penam superbie, nec illi transeunt qui et eandem superbiam humiliter vincunt, que sit superbientium specialis pena subiungit dicens, Auferetur ab impiis lux sua et brachium excelsum confringetur. Mors enim carnis que electos suos luci restituit, lucem suam reprobis tollit. Lux namque superbientie est gloria vite presentis, que ei lux tunc subtrahitur cum per carnis interitum ad eternam pervenerint

tenebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium confringetur, quia celsitudo cordis ultra rerum ordinem violenter arrepta omnipotentes se divine iusticie mole dissipatur, ut quam se pro se in brevi erexerit, pondus iudicii in eternum fracta cognoscat. Nullus autem nimirum quid post mortem sequitur cogitaret, nisi ante mortem conditor ad penam usque mortis nostre veniret. Nemo enim misericordit infima peteret, neque nos post suam ymaginem perditos iuste ad summa revocaret. Unde recte subiungit. Numquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti. Ac si dicat, ut ego qui non solum mare id est seculum, per assumptam humanam carnem atque animam morte positum usque ad ultima inferi quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare divini more eloquii seculum debet intelligi, nil prohibet profunda inferni maris claustra sentiri. Quod profundum maris dominus penetravit, cum in inferni novissima electorum suorum animas ereptus intravit. Unde per prophetam dicitur, Posuisti profundum maris viam ut transiret liberati. Hoc namque profundum maris ante redemptoris adventum non via sed carcer fuit, quia in se etiam bonorum animas quamvis non in locis penalibus clausit. Quod tamen profundum dominus viam posuit, qui illuc veniens electos suos a claustris inferni ad celestia transire concessit. Unde et apte illic dicitur, Ut transeunt liberati. Qui vero profundum maris dixerat, hoc aliis verbis replicans abyssi novissimum vocat. Quia sicut abyssus aquarum nulla nostra visione comprehenditur, ita occulta inferni nullo a nobis cognitionis sensu penetratur. Quamvis hic subtrahitur timing [illegible] quod illos iuxta meritum retributio maneat suppliciorum non videmus. Vigilanti ubi cura est pensandum quod in novissimis

abyssi deambulasse se perhibet. Dea-
bulare quippe non constricti, sed
liberi est. Quem enim vincula astrin-
gunt, eius incessus compedes impediunt.
Quia igitur dominus nulla peccati vincula
pertulit, in inferno deambulavit,
liber a ligatis venit. Unde scriptum est:
Factus sum sicut homo sine adiutorio,
inter mortuos liber. In novissimis
igitur abyssi dominum deambulare est in
loco damnationis nil sue retentionis
invenire, Petro attestante qui ait:
Act. 2. Solutis doloribus inferni, iuxta quod
impossibile erat teneri illum ab eo.
Vel certe quia deambulando nos
cum de loco ad locum ducimur, hic il-
lic partes invenimur. Ambulasse do-
minus in inferno dicitur, ut electis inclusis in locis
singulis per divinitatis potentiam praesens
fuisse inveniretur. Unde et spiritus sapientiae
3c. 1 mobilis describitur, ut per hoc quod nus-
quam deest, ubique nobis occurrere desig-
netur. Quam descensionem suam dominus
quanto mirabilem respicit, tanto eam
redemptis hominibus crebrius infundit,
eamque adhuc replicans subditur:
S. Numquid apertae sunt tibi portae mortis?
Portae mortis potestates adversae, quas descendens
dominus aperuit, quia eas fortitudine
moriendo superavit. Quae appellatione
quoque alia tenebrosa ostia vocantur,
quia dum per occultationes suae insidias
non videntur, deceptis mentibus ostia
mortis aperiunt. Quae tenebrosa ostia
dominus videt, quia tenebrosorum spirituum
fraudulentam malitiam et respicit et
premit, quos nisi ipse nobis nescien-
tibus videndo prohiberet, et nil de eorum
insidiis mens nostra cognosceret, et eorum
insidiis capta deperiret. Quae tene-
brosa ostia nos etiam videmus,
qui superne lucis radiis illustramur.
Unde et per prophetam dicitur: Dominus mihi ad-
iutor, et ego videbo inimicos
meos. Hostes igitur nostros videt ipse,
cos qui suo lumine nobis visibiles
facit. Vel certe tenebrosa ostia vidit
dominus, dum claustra inferni pe-
netrans crudeles spiritus pertulit, et mor-
tis praepositos moriendo damnavit.

Quod idcirco hic non adhuc descensio-
nis, sed etiam despectio dicitur, quia hoc quod
facturus erat in opere, nimirum iam
fecit in praedestinatione. Quia vero
post mortem resurrectionemque eius crevit
ecclesia, atque in cunctis est gentibus



dilatata, apte subiungitur: Numquid
considerasti latitudinem terrae? Dum
enim dominus mortis angustias pertulit,
fidem suam in gentibus dilatavit,
atque ad unum corda credentium
statim etiam extendit. Unde per prophetam
dicitur: Dilata locum tentorii tui,
et pelles tabernaculorum tuorum extende,
ne parcas; longos fac funiculos
tuos, et clavos tuos consolida. Ad dex-
tram enim et laevam penetrabis, et semen
tuum gentes hereditabit. Quae latitu-
do terrae profecto non fieret, nisi ipse
prius et vitam quam nominis resurgen-
do monstraret. In morte quippe
sua nostre oculos mentis aperuit,
et quae esset vita quae sequitur ostendit.
Unde et hunc in evangelio ordinem te-
nens discipulis dicit: Sic oporte-
bat Christum pati et resurgere a mortu-
is tertia die, et praedicari in nomine eius
paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes
gentes. Pauci enim ex plebe israhelitica
ipso praedicante crediderunt. Innumeri
vero gentium populi viam vitae
illo moriente secuti sunt. Superbos nam-
que dum adhuc passibilis viveret per-
tulit, a passibili vero vita mortuos
stravit. Quod bene Samson in semet-
ipso dudum figuraliter expressit, qui
paucos quidem dum viveret interemit,
destructo autem templo hostes innumeros
cum moreretur occidit. Quia nimirum
dominus ab elatione superbie paucos cum
viveret, plures vero cum templum
sui corporis solveret extinxit, atque
electos ex gentibus quos vivendo
sustinuit, simul omnes moriendo
prostravit. Recte itaque prius in sua
penetrasse se docuit, considerandam
mox terre latitudinem subiunxit. Ac
si flagellato homini dicat: Pende
quid pertuli, et pensa quod enim
nec gravius doleas, dum nescis quae

Ge. 6. h / 28 c
Ys 54
morte do- / despicet et / vita qua / non nominis
Luc 24
Iudic 16

Operis precium . i. utile .

te prima manent in retribucione. Inter
ter hec itaque verba creatoris opere
precium puto si a bono communi ac pu
blico paululum oculos flectimus et quid
in singulis nobis latenter agat in
v tuemur. Dicit enim. Numquid ingressus
es profundum maris. Mare quippe
est mens humana cuius profunda
deus ingreditur, quando per con
punccionem suam ad lamenta prime
ab imis cogitacionibus perturbat
nam poris uite nequiciis ad me
moriam reducit et fluctuantem
in confusione sua animum conterit.
Profundum maris deus penetrat
qui eciam desperata corda penitus
Si enim mare intrat quando cor
seculare humiliat, profundum maris
ingreditur qui inuisitare nocentes eciam
perditos sceleribus non dedignatur. Unde
et recte penitudo subiungitur. Et in no
uissimis abyssi deambulasti. Quid
est enim abyssus nisi mens humana
que dum semetipsam comprehendere
non valet, se se in omne quod est
velut obscura abyssus latet. Unde
bene per prophetam dicitur. Dedit abyssus
Abac 3 vocem suam ab altitudine fanta
sie sue. Quia dum semetipsam mens
humana non penetrat ex comparacione
sui diuine nature potenciam quam
comprehendere non sufficit humilius
laudat. In nouissimis igitur abyssi
deambulare est, eciam nequissimorum
hominum corda conuertere, et desperatas
mentes visitacionis sue vestigiis tan
gendo mirabiliter reformare. Cum
enim post immensa scelera unusquisque
compungitur, quid aliud quam in nouis
simis deus deambulans abyssi vi
detur. Quasi in abysso namque deus
deambulat, cum obscurum cor
penetrans fluctus inuisibiles vicio
calcat. Plerumque enim pravitatem alia pla
gimus, et aliis pravitatibus urgemur
ut modo superbia, modo ira, modo
luxuria, modo auaricia temptante
fatigemur. Sed cum cuncta hec in corde
nostro dominus occulte visitacionis sue ti
more reprimit, quid aliud quam in

abysso gressus ponit. Quos gressus mente
conspicimus, cum contra insurgencia
vicia quomodo timoris eius obviet
dona pensamus. Hos namque gressus
propheta conspexerat cum dicebat. Visi
sunt gressus tui deus in gressus dei
mei regis mei qui est in sancto ipsius.
Cum enim inordinatos motus animi
diuinorum iudiciorum in se respicit memo
ria conspirat, quasi deambulantis
in se gressus domini videt. Dicatur ergo beato Iob
Numquid ingressus es profundum maris
et in nouissimis abyssi deambulasti,
subaudis ut ego. Cum mira una
in peccatorum cordibus modo iram, modo
luxuriam, modo auariciam, modo surge
tem superbiam calco. Ac si ei aperte di
cetur. Si latencia cordis vicia me
solum reprimere conspicis, tu extolli
de tua propria iustificacione cessabis.
Et quia cum diuinitus visitamur
eciam de occultis et illicitis motibus
mentis ad confessionem ducimur recte
subiungitur. Numquid aperte sunt tibi
porte mortis. Porte enim mortis
sunt cogitaciones praue, quas deo
pandimus quando eas in prima fletu
confitemur, quas eciam non confessas
intuetur, sed confessas ingreditur. Tunc
quippe viam sibi in portis mortis
aperit, cum solutis prauis cogitacionibus
ad nos post confessionem venit. Que
porte mortis ideirco vocate sunt quia
profecto vim ad interitum propinquas
semper cogitaciones aperit. Quod
adhuc replicatur cum dicitur. Et ostia
tenebrosa vidisti. Tenebrosa namque
ostia sunt latencia mentis mala
que et haberi intrinsecus possunt et
tamen ab altero videri non possunt.
Que tamen dominus cernit, quando ea
occulto respectu gracie destruit. Scriptum
Prouerbiorum 20 quippe est. Rex qui sedet in solio
iudicii dissipat omne malum intuitu
suo. Et quia omne vicium angustat,
omnis vero virtus animum dilatat, post
destructa vicia recte subiungitur. Numquid
considerasti latitudinem terre. Nisi omnis
virtus animum dilataret, nequaquam

2 cor 6

paulus corinthiis dicit. Dilatamini
et vos et nolite iugum ducere cum
infidelibus. Volebat vos in tuendum
esse quod dicit. Considerasti. Latitudo namque
bonorum interior est, et nequaquam com-
prehenditur nisi ante consideretur. Ita
plerumque eos exterius inopia humili-
at, pene cruciatus angustat. Sed
tamen intus hec semper interior forti-
tudo usque ad capienda celestia dila-
tat. Angustati apostoli exterius fuerant
cum flagella sustinebant, sed in magna
stabant interius latitudine liberi, qui
apud se hec eadem flagella in gau-
dium verterunt. Scriptum namque est: Ibant
Act 7 gaudentes a conspectu concilii, quoniam
digni habiti sunt pro nomine ihesu contu-
melias pati. Hanc latitudinem
inter angustias paulus invenerat
Phil 1 qui dicebat: Scire autem vos volo
fratres, quia que circa me sunt magis
ad profectum venerunt evangelii, ita ut
vincula mea manifesta fierent in
omni pretorio. Hanc latitudinem david
inter angustias obtinebat dicens:
In tribulatione dilatasti me. Terra
itaque terra, id est sanctorum conscientia
dilatatur cum mundi huius adversitati-
bus exterius premitur. Nam cum a prosperis
vite securitate repellitur, intus ad se
impingitur, ut ad capienda superna
tendatur. Cumque eam angustia exterius
non premittitur, quasi in sinum suum
recoacta dilatatur. Nos autem que
boni viri adversa tolerent cernimus,
sed intus quantum gaudeant non videmus.
Mentes eorum in opibus considerando
cognoscimus, sed tamen quanta terre
amplitudo sit eiusdem amplitudinis
ignoramus. Audiat ergo humana
sapientia et se insipiente dicat.
Numquid considerasti latitudinem terre,
ac si dicat, ut ego, qui flagellis
tactorum occultam iustorum leticiam
solus plene considero, quia solus
interius condidi formo. Vel certe ideo beatus
iob virorum terre latitudinem considerasse
inquiritur, ut exemplo aliene lati-
tudinis humilietur. Ac si ei aperte di-
catur: Eos quos in multa mala prius

vite nequeunt angustare considera et
destrictum cordis tui inter libera glori-
cessa. Sequitur. Iudica michi si nosti
omnia, in qua via habitet lux, et te-
nebrarum que locus sit, ut ducas
unumquodque ad terminos suos et intelligas
semitas domus eius. Beatus iob hinc
questione distringitur ut devia lucis
et loco tenebrarum requirat et unumquod-
que ad terminos suos ducat, ac semitas
domus eius intelligat. Quid enim
lucis nomine nisi iusticia accipitur,
et quid per tenebras nisi iniquitas
designatur? Unde quibusdam conversis
apostolorum vehemencia dicitur: Eratis ali- Ephe 7
quando tenebre, nunc autem lux in do-
mino. Et de quibusdam in peccato morien-
tibus memoratur: Qui dormiunt
nocte dormiunt. Beato itaque iob dicitur:
Iudica michi si nosti omnia in qua xl 3
via habitet lux et tenebrarum locus
quis sit. Ac si dicatur ei: Si plenam te
scientiam habere suspicaris, dic vel in cuius
corde ea que nunc deest innocencia
veniat, vel in cuius corde ea que nunc
est malicia perseveret. In qua via ha-
bitet lux, id est cuius mentem veni-
ens iusticia impleat, et tenebrarum
locus quis sit, id est in quo iniquitas
certa perduret. Ut ducas unumquodque
ad terminos suos, id est ut diiudices
si vel is qui iniquus ante in iniquita-
te vitam finiat, vel is qui iustus ante
extremitatem vite sue cum iusticie
perfectione vitam concludat. Et intel-
ligas semitas domus eius, id est
considerans atque discutias, cum vel vo-
catio preveniens etiam mansionem
prestet in regno, vel que usque ad ter-
minum sine electo precina constringes in
eternum dampnet supplicium. Domus
quippe pro mansione ponitur, semita pro
electione. Semita igitur ad domum du-
cit, quia electo ad mansionem pertransit.
Sed quis hominum ista distinguere dicat
quis saltem ista imperitus audiat?
Multos enim videmus cottidie qui
iusticie luce resplendent, et tamen
ad finem suum obscuritate nequicie

De oculis
sanctis in
domo dei

tenebrarum. Et multos siquidem peccatorum
tenebris obvolutos et tamen in fine
vite sue scimus repente reddi luci
iusticie liberos. Multos etiam novimus
semel inventam viam iusticie illi-
bate usque ad obitum tenuisse, et
plerosque conspeximus usque ad exitum
cepta semel bona sine cessacione
cumulasse. Quis vero inter ista oc-
cultorum iudiciorum dei nubila mentis
sue radium mittat, ut aliquid con-
sideracione discuciat, vel quis perduret
in malo, vel quis perseveret in bono,
vel quis ab imis summe conatur ad sum-
ma, vel quis a summis revertatur
ad infima? Latent hec sensus hominis,
nec quidquam de eis quislibet sine cogitat,
quia divinorum iudiciorum abyssus hu-
mane mentis oculis nullatenus
penetratur. Videmus namque quod illa
deo adversa gentilitas iusticie luce
perfusa est, et iudea dudum dilecta
perfidie est nocte cecata. Scimus
Luc 23 etiam quod latro de patibulo transiit
ad regnum. Iudas de apostolatus gloria
Mt 28 est lapsus in tartarum. Rursum quoque
qui aliquando fortes que ceperunt non
mutant, et latronem alium novimus
pervenisse ad supplicium, et apostolos scimus
percepisse propositum quod desiderant regni.
Quis ergo discuciat in qua via
habitet lux et tenebrarum quis locus sit,
ut ducat unumquodque ad terminos suos
et intelligat semitas domus eius.
Video Paulum ex illa persecucionis se-
Act 9 vicia ad graciam apostolatus vocatum
et tamen sic inter iudicia occulta formi-
dabat, ut etiam reprobari se postquam
vocatus est timebat. Ait enim: Casti-
1 Cor 9 go corpus meum et in servitutem sub-
icio, ne forte aliis predicans ipse re-
probus efficiar. Et rursum: Ego me
Phil 3 non arbitror comprehendisse, unum autem
que retro oblitus, ea que sunt
priora me extendens ad destinatum
sequor ad palmam superne vocacionis
dei in christo ihesu, sequor autem si com-
prehendam in quo et comprehensus sum.
Et certe iam de illo voce divina

dictum fuerat: Vas eleccionis est michi,
et tamen adhuc castigans corpus suum
metuit ne reprobetur. Ve miseris nobis 7
qui de eleccione [illegible] nostra nulla
adhuc dei vocem cognovimus,
etiam modo quasi de securitate tor-
pemus. Debet profecto debere in spe esse
securitas, non solum, sed etiam timor
in conversacione, ut et illa certantes
foveat, et iste torpentes pungat. Un-
de per prophetam dicitur: Qui timet deum
ffecit in domino. Ac si aperte diceret: De
spe in cassum presumit, qui timere dei
in suis operibus renuit. Sed cur beatus
Iob de tam valida questione requiritur
que omnino ab hominibus ignoratur,
ut iustorum ignorancia quod tamen com-
prehendat, nisi ut aliorum sine cogitacione
non vales ad suum recurrit? Quia sic
aliorum sic etiam suum nesciat, et nesciens
timeat, timens humiliet, humiliatus vero
de operibus suis extolli non debeat,
et numquam elatus in gracia ante persistat.
Dicat ergo: Indica michi si habes in-
telligenciam, in qua via habitet lux
et tenebrarum quis locus sit, ut du-
cas unumquodque ad terminos suos.
Ac si dicat: Sicut qui de malis
convertuntur ad bona, vel qui de bo-
nis ad mala redeunt nescis, ita
etiam videre quid tuis meritis
exigentibus agatur intelligis. Et sic
alienum nullatenus comprehendis,
ita etiam tuum siquidem perspicere non
vales. Iam enim quantum ipse perfeceris
scis, sed quid adhuc ego de te in oc-
cultis senciam nescis. Iam iusticie
tue acta considerans, sed quod districte
apud me pensentur ignoras. Ve et
laudabili vite hominum si remota pie-
tate iudicetur, quia districte discus-
vel obruitur sa inde ante oculos iudicis unde
se placere suspicatur [illegible]. Hinc recte
deo per prophetam dicitur: Ne intres in iudicium
cum servo tuo, quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis vivens. Unde
bene per Salomonem dicitur: Sunt iusti
atque sapientes et opera eorum in manu dei.

Eccl. 9

et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum reservantur incerta. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Quis hominum intelligere potest viam suam? Et rursum: Bona malave quis faciens constitit attestante congnoscit, sed ideo dicit quia sua ab hominibus nesciuntur, quia etiam si recta se opera quisque agere intelligat, sub districto tamen examine quo cendat ignorat. Igitur postquam illum de ista finis sui consideratione pertimuit, ad examinandum eius exordium redit, ac ne conqueratur cur fine sui nesciat, commemoret etiam quia nec quo initio accessit intelligat. Nam sequitur: Sciebas tunc quod nasciturus esses, aut numerum dierum tuorum noveras? At si illi apte dicitur: Quid mirum si terminum tuum non intelligis, qui nec initium comprehendis, et qui ignoras quo huc initio veneris, quid mirum si nescias quo fine subtraharis? Si ergo memineris te per initium exortus ad principia pondere, meminisse quoque erit etiam te ex principiis ad occulta revocare. Cur de mitte tue dispensatione aliquid queris qui in manu artificis temetipsum nescies tenens? Extolli itaque tanto magis non debes in eo quod agis, quanto in terra summum eternitatis clausus, nec quo hunc ordine veneris, nec quando vel quomodo hunc educaris agnoscis. Hec tamen intelligi et aliter possunt: Sciebas tunc quod nasciturus esses, et numerum dierum tuorum noveras? Subaudis ut ego, qui me nasciturum novi. Quia ante humanitatis ortum in divinitate semper substantialiter vixi. Homines quippe tunc esse incipiunt, cum in matrum suarum ventre nascuntur. Nam ipsa quoque concepto nativitatis dicitur iuxta hoc quod scriptum est: Quod in ea natum est de spiritu sancto est. Et ideo ceteri se nascituros nesciunt, quia nec priusquam crearentur existunt. Deus vero qui sine initio semper existit, prescivit hoc de se quod in utero virginis principium sumpsit. Et quia prescivit disposuit, quia disposuit nichil profecto in humana forma sine sua voluntate toleravit. Conveniat ergo vir de flagellis suis homo qui ortum suum prescire potuit. Si ipse etiam qui ortum suum presciendo disposuit se in homines ad flagella prebuit. Sequitur: Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, que preparavi in tempus hostis in diem belli et pugne? Quid aliud nive vel grandine, nisi frigida ac dura sunt intelligenda corda pravorum? Sicut enim fervore caritatis, sic solet in sacro eloquio frigore malicia designari. Scriptum namque est: Sicut frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam facit maliciam suam. Et rursum: Quoniam abundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum. In frigore enim nivis vel in duricia grandinis, quid accipi potius potest quam mentes pravorum, que et torpore frigescunt et per duriciam maliciam pariunt? Quorum tamen vitam dominus tolerat, quia eos ad instructionem suorum probationem servat. Unde recte subiungitur: Que preparavi in tempus hostis in diem pugne et belli. Ut enim adversarius noster diabolus temptare nos mittitur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utitur. Pravos quippe serviens nos cruciat, sed nesciens purgat. Pravis itaque nivis ipsi flagellum sunt electorum, talis vita dum paulatim ab eterna morte liberantur. Unde agitur ut electorum vite proficiant etiam perdita vita reproborum, et militant sive dum illorum perditioni militant. Mira dispensatione fit, quatinus electis dei non pereat etiam omne quod perit. Intelligi hoc quoque aliter potest, ut quia libris precedentibus videtur ancon ... versu expositione non discrepat. Nam quia indicavit vel bonos ad malum, vel malos ad bonum posse converti, illico secutus adiunxit: Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quos preparavi in tempus hostis

Marginal notes: Ec 20; xx; 3.; Ie 6; Mt 24; Bonum pugnat per malos; xiiii; Io 1

in diem pugne et belli. In nive vel
grandine frigora, vel duricia ut dic-
tum est accipimus corda pravorum. Sed
quia omnipotens deus sanctos suos de talibus
eligit, et quam multos electos adhuc in-
ter pravorum vitam repositos habeat
novit, apte in nive vel grandine
thesauros habere se perhibet. Thesauri quip-
pe apo tis theseos, id est a posicione
nominantur. et plerosque in vita frigi-
da diu latentes respicit, quos ad
medium cum iubet perducit, et iusticie
nitore candidos per superna gracia
ostendit. Scriptum quippe est: Lavabis
me et super nivem dealbabor. Quos
ad diem belli pugneque preparatos diu
in terra sue perversitatis sinit tegi. Sed cum
repente eos eduxit, resistencia ad-
versariorum pectora illorum verbis ac
redargucionibus quasi quibusdam gran-
dinibus percutit. Unde alias scriptum est:
Pre fulgore in conspectu eius nubes
transierunt, grando et carbones ignis.
Pre fulgore enim nubes transierunt
quia predicatores sancti universa mundi
spacia, miraculorum claritate percurrunt,
qui etiam grando et carbones ignis
vocati sunt. Quia et per correpcionem
feriunt et per flammas caritatis accen-
dunt. Ipsa quoque sibi sanctorum increpatio
in grandinibus convenienter exprimitur.
Grando enim veniens percutit, liqua-
ta rigat. Sancti autem viri corda
audiencium et terrentes feriunt et blan-
dientes infundunt. Nam quemadmodum
feriunt, propheta attestatur dicens: Vir-
tutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem
tuam narrabunt. Et quemadmodum
blandientes rigant, secutus adiunxit:
Memoriam habundancie suavitatis tue
eructabunt, et iusticia tua exulta-
bunt. In nive ergo vel grandine
sunt thesauri, quia plerique in ignitatis
corpore frigidi, assumpta gracia assump-
ti in sancta etiam iusticie luce fulgescunt,
et perversam adversariorum sanctam doctrine
sue ictibus tundunt. Unde apte est sub-
ditum: Que preparavi in tempus hostis
in diem pugne et belli. Nix quippe
vel grando fiat saulus per frigiditatem
insensibilitatem. Sed nix et grando

contra adversariorum pectora factus est, vel
candore iusticie vel districti eloquii
correpcione. Qualem sunt thesauri
in nive et grandine sunt, quando illum
inter pravorum vitam positum, iam
tunc dominus electum sibi latentem videt,
qui ad quanta adversariorum suorum ferien-
da pectora, habent tamquam sua gran-
dine sumpsit, per quam tot sibi re-
sistencia corda prostravit. Nemo ita-
que de operibus suis extollat, nemo
despiciat eos quos adhuc frigidos
videt, quia thesauros dei in nive
vel grandine non videt. Quis enim
crederet quod per apostolatus graciam lapida-
Act tum Stephanum ille precederet, qui in
morte eius omnium lapidancium vestimenta
servaret. Si ergo adiuncta dona vel commen-
dicia recensimus, nullos omnino de-
sperantes, nec illis nos in corde nostro
preferimus, quibus pretempore prelati sumus,
quia et si videmus quanti proces-
simus, nescimus quanti deum cum
cepimus precedamur. Bene ergo ad beatum
Iob dicitur: Numquid ingressus es the-
sauros nivis, aut thesauros grandinis
aspexisti, que preparavi in tempus hostis
in diem pugne et belli, ac si aperte
diceretur: Noli te de operibus tuis pre-
ferre, quia debes quos in tuis ad-
huc perspicis frigidos, quantos opera-
tores iusticie et defensores veritatis fi-
dei sum facturus ignoras. Sed quia
per adventum mediatoris agitur, recte
subiungitur: Per quam viam spargitur lux.
Ipse quippe via est qui ait: Ego sum
Jo. via veritas et vita. Per hanc ergo
ix viam lux spargitur, quia per eius pre-
senciam cuncta gentilitatis illustratur.
Spargitur autem convenienter dixit, quia
per apostolorum voces non angustata atque
coartata, sed late fulgens lux predica-
cionis emicuit. Quia vero accepta
luce conversionis tardescit in transitori-
is amore, ut vel transacta mala
anxie lugeant vel ventura bona
flagrantissime requirant, competenter
adiungitur: Dividitur estus super terram. xvi
Ipsa enim luce estus super terram

dividitur. Quia per apertam predicationem in-
tima ad requirendum deum cordis an-
xietas in initium excitatione dilatatur.
cor. Ut iste in sermone sapientie. ille in sermone
scientie fulgeat, hic in curationum gratia,
12 ille in virtutum operatione convalescat, et
dona sancti spiritus dum dispariliter
singuli accipiunt, vicissim sibimet uni-
versi unanimiter attendunt. Sed per dis-
parsam lucem potest convenienter intel-
ligi quod per estum persecutio designetur.
Quia enim lux predicatoris inclaruit
mox apud eorum cordibus ardor persecu-
tionis exarsit. Nam quod per estum perse-
cutio exprimitur dominus sermo testatur de
iactatis super petram seminibus dicens
Sole orto estuaverunt omnes, et quia
Luc non habebant radicem aruerunt. Et
8 paulo post cum exposuit, estum
persecutionem vocavit. Sparsa igitur luce
estus super terram divisus est, quia clarescente
turba fidelium accensa est crudeli-
tas persecutorum. Divisus namque estus erat
qui nunc ierosolimis, nunc damasci, nunc
in aliis longe positis regionibus
seviebat. Scriptum quippe est Facta est
Act in illa die persecutio magna in ecclesia
8 que erat ierosolimis, et omnes dispersi
per regiones iudee et samarie. Rur-
sus scriptum est Saulus adhuc spi-
Act rans minarum et cedis in discipulos
9 domini accessit ad principem sacerdotum
et petiit ab eo epistolas in damascum
ad synagogas ut si quos invenisset
huius vie viros ac mulieres vinctos
perduceret in ierusalem. Quia ergo nunc
hic nunc illic persecutio exarserat,
hi qui lucem veritatis agnoverant,
quasi sub ardore divisi estus anhe-
labant. Sed quia beatum iob de occultis
iudiciis requisitum superioribus dictis
audivimus, oportet ut hoc de sparsa
luce vel diviso estu deo est subti-
lius perscrutemur. Ad hoc enim alta
interrogatione distinguitur ut saltem quia
b. nesciat doceat, ei quippe dicitur Per quam
viam spargitur lux. dividitur estus super
terram. Quid enim lucis nomine nisi intelligentia
designatur. de qua scriptum est Populus

qui sedebat in tenebris vidit lucem
magnam. Omne autem quod spargitur
non continuo sed sub quadam inter-
missione iactatur, et idcirco spargi
lux dicitur, quia et si iam quedam
ut sunt perspicimus, quedam tamen
ita ut videnda sunt non videmus.
Cor namque petri lux sparsa tenuerat, Act 10
qui tanto fidei tanto miraculorum
fulgore claruerat, et tamen conversis
gentibus dum circumcisionis pondus
imponeret, quid rectum diceret nesciebat.
Lux in hac vita spargitur quia ad nos
rei intelligentias continua non habetur.
Dum enim aliud sicut est comprehendimus
et aliud ignoramus quasi sparsa luce
ex parte cernimus, et in obscuritate re-
manemus ex parte. Tunc vero lux non
sparsa iam non erit cum mens nostra
ad deum funditus rapta fulgescit.
Et quia hec eadem lux quibus modis
humano cordi infundatur ignoratur,
recte in percontatione dicitur Per quam viam
spargitur lux. Ac si aperte diceret. Dic quo
ordine iustitiam meam occultis finibus
cordis infundo, cum et per accessum
non videor, et tamen visibilia opera-
tionum invisibiliter immitto, cum unam
eandemque mentem modo hac modo
illa virtute irradio, et tamen perspersam
lucem adhuc ex parte aliqua eam in
temptationis tenebris remanere permit-
to. Requiratur homo nesciens per quam
viam spargitur lux. Ac si patenter dicatur
Audiam dum corda emollio, dum
rigida inflecto, dum aspera mitigo,
dum frigida accendo, dum debilia
roboro, dum vaga stabilio, dum
nutantia confirmo, intuere si vales
in corporalibus venas quibus ea men-
tibus illustro. Hec quippe dona nos
scimus cum nostra qualiter in nobis ef-
ficiantur ignoramus. Hanc viam lucis
esse nobis invisibilem ipsa veritas
ostendit dicens Spiritus ubi vult spirat Io 3
et vocem eius audis sed non scis unde
veniat aut quo vadat. Sed quia cum
lux spargitur mox ab occulto adversario
contra fulgentem mentem temptamenta

XVI c. inardescunt. Recte subiungitur: Dividit aestus super terram. Hostis namque callidus quos luce iustitie integre conspicit, eorum mentes illicitis desideriis inflammare contendit, ut plerumque plus se urgeri temptationibus sentiant, quam tunc cum lucis interne radios non videbant. Unde et israhelite postquam vocati sunt contra Moysen et Aaron de excrescenti labore conquerunt dicentes: Videat dominus et iudicet quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis eius, et prebuistis ei gladium ut interficeret nos. Volentibus quippe ex Egypto discedere Pharao paleas subtraxerat, et tamen eiusdem mensure opera requirebat. Quasi ergo contra legem mentis subintrantem post cognitam temptationem cogitationum stimulos acriores porrigit, dum sibi labores crescere conspicit in eo quod adversario displicet, quasi fetere se coram Pharaone dolet. Post lucem ergo aestus sequitur, quia post illuminationem divini muneris temptationis certamen augetur. Recte vero etiam divisus aestus dicitur, quia nimirum non singulis omnibus sed quibusdam vitiis ac iuxta positis vitiis fatigat. Prius enim conspersionem uniuscuiusque antiquus hostis perspicit, et tunc temptationis laqueos apponit. Alius namque letis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo occultus adversarius facile capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia enim letitie voluptas iuxta est, letis moribus luxuriam proponit; et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus poculum discordie porrigit; quia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentat; et quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad que voluerit blandis favoribus pertrahit. Singulis igitur hominibus vitiis convenientibus insidiatur. Neque enim facile captivaret, si aut luxuriosis premia, aut avaris scorta proponeret; si aut voraces de abstinentie gloria, aut abstinentes de gule imbecillitate pulsaret; si mites per studium certaminis, aut iracundos capere per timoris formidinem quereret. Quia ergo in temptationis ardore callide singulis insidians vicinos moribus laqueos abscondit, recte dicitur: Dividitur aestus super terram. Sed cum premittit per quam viam spargitur lux, statimque subiungit: Dividitur aestus super terram, quia nimirum per eandem viam per quam lux spargitur, etiam divisus aestus indicatur. Alta quippe atque incomprehensibilis spiritus gratia, cum luce sua mentes nostras irradiat, etiam temptationes ad usum dispensando modificat, ut simul multe non veniant, ut ipse tantummodo que ferri possunt illustratam iam deo animam tangant, ut cum tactus sui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant. Paulo attestante qui ait: Fidelis autem deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam exitum ut possitis sustinere. Hinc ergo aestum aliter dividit callidus supplantator, aliter misericors conditor. Ille dividit ut pellendum acrius inflammat, iste ut enim tolerabilem reddat. Et quia cum temptatione fatigamur, non solum interno dei spiritu instruimur, sed etiam exterioribus predicatorum vocibus adiuvamur. Recte post divisum aestum subditur: Quis dedit vehementissimo imbri cursum? XVII Si vero ut superius diximus aestus nomine illa in regionibus Iudee persecutio designatur, quia ipsa persecutionis asperitas predicatores sanctos superno munere advinctos a predicationis sue instantia nullo terrore compescuit, apte subiunxit: Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Ac si diceret: nisi ego. Divisione eius aestum cursum vehementissimo imbri dedisse, est inter ipsas persecutionis angustias predicationis impetum roborasse, ut tanto

Ex° 5 — vociferati — 1 Cor 10

Temptantur homines in hiis ad que sunt magis inclinati

magis virtus predicancium crescebat quanto
magis persequencium crudelitas obviaret
quatenus arencia corda audiencium pluvie
guttis infunderent et sicientes pectora fide
uberius irrigarent. Ut quamvis contra
eos sevicie estus incandesceret per eos
tamen vox gracie non taceret. Hunc
persecucionis estum Paulus tolerabat
et irrigabat cum diceret: Laboro
Thy 2 usque ad vincula quasi male operans
sed verbum dei non est alligatum.
De hoc imbre alias dicitur: Mandabo
nubibus ne pluant super eam imbrem.
De hoc cursu imbris qui in electorum
cordibus agitur psalmista testatur dicens:
Velociter currit sermo eius. Plerumque
vero ymber est et cursum non habet
quia predicacio ad aures venit, sed
cessante interna gracia ad corda au-
diencium non pertransit. De vi predica-
cionis verbis prophete electis dicitur: Etenim
sagitte tue pertransierunt. Sagitte quippe
dei pertranseunt quando verba pre-
dicacionis eius ab auribus corda
descendunt. Quod quia solo divino
munere agitur, ymbri cursum dominus se
dedisse testatur. Sed nondum video
cur eundem ymbrem non vehementem
sed vehementissimum vocat. Ymber
vehemens est vis magna, ymber // vis
vero vehementissimus // immense predica-
cionis. Vehemens namque ymber
erat cum predicatores sancti credi
eterna suadebant. Ymber autem vehe-
mentissimus cum per spem admo-
nebat rerum deseri cuncta visibilia,
per invisibilia contempni et propter
inaudita gaudia presentes penas cruciatus
tolerari. Sed cum fide cognita
fervienti estu persecucionis tot electi
possessa reliquerunt, carnales affectus
obliti sunt et pre gaudio spiritus in cru-
ciatibus membra posuerunt. Quid aliud
dominus fecit nisi etiam vehementissimo
ymbri cursum prebuit, qui usque ad
exsequenda summa precepta per verba cor-
poris invisibilia cordis irrigavit ubi et
apte subegit. Et viam sonantis to-
nitrui. Quid enim per tonitruum nisi

predicacio superni terroris accipitur, quo terrore
dum percipitur humana corda concuciuntur.
Aliquando vero in tonitruo ipse incarnatus
dominus signatur, quia ex antiquorum
patrum conveniente prophecia noticia
nostram quasi ex nubium concursione // inter vos
prolatus est, qui [illegible] visibiliter apparens
ea que super nos terribiliter insonuit. // erant
Unde et ipsi sancti apostoli, dum eius gra-
ciam, boanerges id est filii toni-
trui sunt vocati. Alii autem, sicut dictum est,
tonitruus ipsa predicacio accipitur, per quam
supernorum iudiciorum terror auditur. Sed
quia quilibet predicator verba dare
auribus potest, corda vero aperire
non potest, et nisi per internam graciam plus
omnipotens deus predicancium vocibus ad corda
audiencium invisibiliter auditum prestet,
in cassum predicacio aure audientibus
percipitur, que pervenire ad intima sur-
do corde prohibetur. De se dominus viam
sonantis tonitrui dare asserit,
cum predicatoris verba terribilia terrore
corda compungit. Hanc viam Paulus
predicator egregius dum superna
misteria terribiliter insonaret, se agere
hanc non posse conspiciens, discipu-
los ammonebat dicens: Orantes sil- Col 4
et pro nobis ut aperiat vobis ostium verbi
ad loquendum misterium Christi. Quem ergo
loquebatur misteria, sed in corde audi-
encium eisdem misteriis aditum aperiri
ostium petebat. Habebat quidem iam
tonitruum, sed dare et desuper viam
querebat. Hanc viam nequaquam se Iohannes
dare posse cognoverat qui dicebat:
Non necesse habetis ut aliquis doce- 1 Jo 2
at vos, sed sicut unctio eius docet
vos de omnibus. Hanc viam rursum
Paulus quis daret intimabat dicens:
Neque qui plantat est aliquid, neque 1 Cor 3
qui rigat, sed qui incrementum dat
deus. Accepta igitur via quid iste
ymber ac tonitruus agat audiamus.
Sequitur: Ut plueret super terram absque ho- xviii E
mine in deserto ubi nullus morta-
lium commoratur. Super terram absque
homine in deserto pluere est verbum
dei gentilitati predicare, que dum
nullum cultum divinitatis tenuit

ullam in se speciem boni operis ostendit. Unde licet desertum sit. In qua quia legislator non fuit et qui irrationabilia dirigeret non fuit, quasi homo nullus fuit, quia velut solis bestiis occupata vanis amortalibus extitit. De hac deserti terra alias dicitur: Posuit in deserto viam. De hac predicatione gentilitati concessa psalmista testatur dicens: Posuit flumina in deserto. Quondam vero est quod postquam estus super terram dimissus est, cursum vehementissimum imber accepit ut in deserto plueret, quia postquam in iudea asperitas persecutionis inhorruit ut non solum fidem minime reciperet sed eam etiam gladiis impugnaret, ad israel missus quisque predicator ad evocandas gentes deflexit. Unde sancti apostoli hebreis persequentibus quos deserunt dicunt:

Act 13 Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite, ecce convertimur ad gentes. Dimisso igitur estu deserta et absque homine terra compluitur, quia dispersa in iudee regionibus persecutione fidelium relicta iudea et quasi infusione roris aliena predicationis guttis gentilitas irroratur. Que gentilitas qualis adhuc a predicatoribus sit inventa ostendit cum subditur: Ut impleret inviam et desolatam. Quid vero compluta reddidit demonstrat cum illico adiungitur: Et produceret herbas virentes. Invia namque dudum gentilitas fuit, ad quam via dei verbo non patuit. Redemptore quippe nostro veniente sic accepit vocationem gratie, ut non in ea prius fuerit via prophetie. Desolata etiam recte vocata est, vel ratione videlicet consilii vel fructu boni operis destituta. Dedit ergo dominus vehementissimo imbri cursum et viam sonantis tonitrui, ut in deserto plueret, et impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes, id est exteriori predicationi interiorem aspirationem contulit, ut corda gentilium arentia virescerent, clausa patescerent, invia complerentur, infecunda germinaret. In scriptura enim sacra aliquando herba viror glorie temporalis accipitur, aliquando refectio dyaboli, aliquando sustentatio predicatorum, aliquando bona operatio, aliquando eterne vite scientia atque doctrina. Viror namque glorie temporalis accipitur sicut propheta ait: Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat. Mane namque sicut herba florere atque transire est in prosperitate huius seculi temporalis glorie velociter decus arescere. Herba refectio dyaboli accipitur sicut de illo adhuc dicitur: Huic montes herbas ferunt. Ac si diceret: Superbi ac tumidi dum se illicitis cogitationibus atque actionibus efferunt, suis illum iniquitatibus pascunt. Herba sustentationem predicatorum designat cum dicitur: Producit in montibus fenum et herbam servituti hominum. In montibus quippe fenum et servituti hominum herba producitur, cum sublimes huius seculi ad cognitionem (fidei) vocati sanctis predicatoribus in huius vite itinere transitoria alimenta largiuntur. Herba bona operatio ponitur sicut scriptum est: Germinet terra herbam virentem. Et licet in

Ge. 1 conditione mundi ita hystorice factum teneamus, tamen ecclesiam significasse non inconvenienter accipimus, que iure germinavit herbam virentem, in quo ad verbum dei fecunda mente opera protulit. Herbam aliquando scientiam atque doctrinam eterne viriditatis accipimus, sicut per Ieremiam dicitur:

Ie. 14 Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi dracones, defecerunt oculi eorum quia non erat herba. Quo dicto superba ac nequissima est iudeorum persecutio prophetata. xix b. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. Qui steterunt in rupibus, quia non in deo, sed in summis potestatibus huius mundi confisi sunt dicentes: Regem non habemus nisi cesarem. Traxerunt ventos, quia spiritu elationis inflati superba malicia tumuerunt. Defecerunt oculi eorum quia scilicet spes eorum

Io 19

abeo quod intendebant corruit, que
temporalia diligens eterna perscrutari ne-
glexit, et terrena ideo quia deo preposuit
amisit. Dixerunt enim: Si dimittimus
eum sic, omnes credent in eum, et ve-
nient Romani et tollent nostrum locum
et gentem. Timuerunt ne locum
non occiso domino perderent, et tamen
occiso perdiderunt. Sed cur ista nisi his
evenerint subdit: Quia non erat
herba, id est quia eorum cordibus de-
fuit ex virtutis studio, et nullo eos refe-
cit pabulo viriditatis interne doctrine.
Hoc igitur loco quid aliud virentes
herbas nisi sancte doctrine scienciam
vel congruas operationes accipimus.
Deserta igitur terra compluitur
ut ab ea virentes herbe producantur, quia
dum sancte predicationis imbrem gen-
tilitas percepit, et vite opera et doc-
trine verba germinavit. Ista viriditas
voce prophetica deserte terre pollicetur, cum
dicitur: In cubilibus in quibus prius
dracones habitabant orietur viror
calami et iunci. Quid enim per calamum
nisi scriptores, quid per iuncum ~~nisi~~ qui
iuxta aque semper humorem nascitur
nisi pusilli ac teneri auditores sacri
eloquii designantur. In draconum ergo
cubilibus viror calami et iunci
oritur, quia in eis plebis quos antiquus
hostis malicia possidebat, et doctorum
sciencia et auditorum obediencia continebantur.
Hec tamen que generaliter de gentilita-
te dicta sunt, nisi solerter aspicimus
intra sinum sancte ecclesie agi singulis
videmus. Sunt enim plerique ad verba
dei valde insensibiles, fidei quidem
nomine censentur, verba vite auribus
audiunt, sed ea transire usque ad intima
cordis minime permittunt. Hii quid
aliud quam deserta terra sunt. Que scilicet
terra hominem non habet, quia eorum
mens sensu rationis caret et multo
morbum in hac vita commoratur, quia
et si quando in eorum consilium inno-
vabilium sensuum cogitationes veniunt
non persistunt. Prava enim desideria
in eorum cordibus sedem inveniunt,
recta vero si quando venerit, ac si

impellantur decurrunt. Sed cum misericors
deus imbri suo cursum temperantis
et tonitrui vim dare dignatur, compuncti
per intimam gratiam verbis vite aures
cordis aperiunt, et impletur terra invia,
quia dum prebet auditum verbo, cu-
mulatur misterio, et producet her-
bas virentes, quia per gratiam compunc-
tionis infusa predicationis verba non
solum libenter recipit sed etiam ubertim reddit
ut qui audire non poterant, iam loqui
concupiscant, et que non audiendo
etiam intrinsecus invenerunt, iam lo-
quendo que facta sunt viriditate
sua quoslibet esurientes pascunt. Un-
de per prophetam dicitur: Emittes spiritum tuum
et creabuntur, et renovabis faciem terre.
Sic enim sit facies terre virtute
renovationis immutatur, dum sicca
dudum mens gratia veniente com-
pluitur, et post ariditatem pristinam
quasi productis herbis sciencie viri-
ditate vestitur. Que conditoris nostri
gracia adhuc nobis altius commen-
datur cum subditur: Quis est pluvie xx
pater, vel quis genuit stillas roris.
Ac si dicat: Nisi ego, qui siccitatem
humani cordis guttis mee gratie
aspergo. De hac enim pluvia alias dicitur:
Pluviam voluntariam segregabis deus
hereditati tue. Voluntariam quippe plu-
viam deus hereditati sue segregat,
quia non enim nobis pro nostris meritis
sed pro sue nomine bonitatis prestat,
et ideo hoc loco pater pluvie dicitur,
quia superna nobis predicatio non pro nostro
merito sed de eius gratia generatur.
Stille enim roris ipsi sancti predicato-
res sunt, quia arida pectoris nostri
inter mala vite presentis, quasi inter
tenebras sicce noctis arencia gratia
superne largitate infundunt. De his
stillis comminatur iudee dicitur: Propterea Ier. 3
prohibite sunt stille pluviarum et sero-
tinus imber non fuit. Ipse quippe
stille roris sunt, que stille pluviarum.
Qui enim dispensatione aliqua predi-
catione temperant, quasi rore tenero aspergunt.

Quadam vero ea que de superius senciunt
virtute qua prevalet loquuntur. quia ubertim
inimicatem plurimam fundunt
Rorem aspergebat paulus cum corin
thijs diceret. Non enim iudicavi me
1 Cor. 2 scire aliquid inter vos nisi Christum Ihesum
et hunc crucifixum. Et rursum. Plu
2 Cor. 6 viam mandabat dicens. Os nostrum
patet ad vos o corinthij cor nostrum
dilatatum est. Hinc est quod moyses qui
et valida fortibus et tenera infir
mis dicturum se noverat cum dicebat
Deut. 32 Expectetur sicut pluvia eloquium meum
et descendant sicut ros verba mea
Sed ecce audivimus quo munere gen
tilitas vocatur. Audiamus quam iuste
districtione iudea repellitur. Audivi
mus quomodo desperata extollitur. audi
amus quomodo [illegible] que ipsi videntur
in terra prociat. Sic enim sic colligit
electos. ut non etiam iudicet reprobos
Neque sic quibusdam culpas relaxat
ut non et in quibusdam feriat. Scri
ptum quippe est. Misericordia enim
Zach. 7 et ira ab illo. Unde hic quoque postquam
tot dona gratie intulit etiam ire sue
iudicia non abscondit. Nam sequitur
De cuius utero egressa est glacies
et gelu de celo quis genuit. Quid
enim aliud in gelu vel in glacie nisi
frigida. et perfidie torpore constricta
corda accipimus iudeorum. qui quondam
per acceptionem legis per custodiam man
datorum per ministeria sacrificiorum per ministeria
prophetie. sic in terra sunt gratie quasi intra
uterum creatoris habebantur. Sed quia
veniente domino constricti frigore
Mt. 3 perfidie fervorem fidei et caritatis
amiserunt. a secreto gratie sunt pro
iecti. quasi glacies de utero conditoris
egressi sunt. et gelu de celo quis
genuit. Quid hic aliud celum nisi
sublimis debet intelligi vita sanctorum
Deut. 33 Cum celo dicitur. Attende celum et
loquar. non enim insensibili sed
rationabili creature loquebatur. De hoc
Ysa. 66 celo ait dominus Celum michi sedes
est. Quia sede aliquis scriptum est. Anima
iusti sedes est sapientie. quia quod sapientia
est deus. si sedes dei celum est. et anima
iusti sedes est sapientie. celum est
utique anima iusti. Celum fuit abra
ham. celum ysaac. celum iacob. Sed
quia persecutores domini pontifices iudeo
rum perfidie torpore frigidi. de illorum
patrum progenie processerunt. quasi de
celo gelu exijt. quia de sublimi
prole sanctorum processit frigida plebs
infidelium. Cum enim de Abraham natus
est Cayphas. quid aliud nisi gelu
de celo processit. Quod tamen gelu
id circo iudea se genuisse dicit. quia
iudeos quos natura ipse bonos condidit
iusto iudicio pro eorum malicia frig
dos a se exire permisit. Dominus enim auc
tor est nature. non culpe. Genuit ergo
creando naturaliter. quos iniquos permi
sit vivere tollerando patienter. Et quia
illa quondam tenera fidei penetrabilia
corda iudeorum in perfidie postmodum
obstinatione durata sunt recte subiun
gitur. In similitudinem lapidis aque xx
durantur. Aquas enim populos accipi iam
sepius docuisse me memini. lapides
vero per ipsa duricia. Aliquando gentiles
populos designant. Ipsi quippe lapides
coluerunt. et deinde per prophetam dictum
est. Similes illis fiant qui faciunt
ea. et omnes qui confidunt in eis
Unde Iohannes iudeos aspiciens se de
stemate generatoris extollere. et gentiles
previdens ad abrahe prolem fidei con
gregatione transire ait. Ne velitis di
cere intra vos patrem habemus abra
ham. Dico enim vobis quia potens est
deus de lapidibus istis suscitare
filios abrahe. lapides namque duros
perfidie gentiles vocavit. Quia ergo
primum iudea deo credidit. gentilitas
omnis in perfidie sue obstinatione re
manente. postmodum vero ad fidem
gentilium corda mollita sunt. et
iudeorum infidelitas obdurata. Bene
dictum est. In similitudinem lapidis aque
durantur. Ac si diceret. Illa mollia et pe
netrabilia corda iudeorum in insensi
bilitatem veniunt gentium. Cum enim

iniciorum deus gentes traxit. iudeos
in deum repulit. Actumque est ut sicut
diu ad percipiendam fidem genti-
litas fuerit obdurata, ita postmodum
ad fidem gentilitate suscepta iudee
populus per fidie torpore durescerete
Unde paulus apostolus eisdem gentibus dicit
Sicut aliquando vos non credidistis deo,
nunc autem misericordiam consecuti estis propter
illorum incredulitatem, ita et isti
non crediderunt in vestra misericordia ut et
ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim
deus omnia in incredulitate ut omnium
misereatur. Quam sententiam summam
sumit de vocatione iudeorum et repul-
sione gentilium. Postmodum vero
de vocatione gentium et repulsione
iudeorum subtiliter pensans, secreta occul-
ta dei iudicia comprehendere non posse
considerans exclamando subiungit
O altitudo sapientie et scientie dei quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Unde hic
quoque cum de iudeorum perfidia dominus
diceret In similitudine lapidis aque
durantur. Ut de repulsione eorum occul-
ta esse sua iudicia demonstraret, ap-
te subdidit. Et superficies abyssi con-
stringitur. Quia superiecto quodam
ignorantie nostre velamine. incompre-
hensibilitas divini iudicii humane
mentis oculis nullatenus penetratur.
Scriptum quippe est Iudicia tua a-
byssus multa. Nemo ergo perscru-
tari audeat cur cum alius repellitur
alius eligatur, vel cur cum alius
eligitur alius repellatur, quia superficies
abyssi constringitur. Et attestante pau-
lo. Inscrutabilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Post hoc
ut dictum est. De cuius utero egressa
est glacies, et gelu de celo quis ge-
nuit. Etiam sathanam in gelu et glacie
nil obstat intelligi. Ipse quippe
quasi de dei utero glacies processit,
quia ardore secretorum eius. malicie
torpore frigidus magis iniquitatis
exiuit. Ipse gelu de celo est genitus
quia constrictus corda reproborum

astrinxit, unde est adyma premissus, qui
bene in celestibus conditus in culpe
frigore mentes sequacium quasi gelu
dum cecidit astrinxit. Cum ad terram
veniens quid in hominibus egit ex-
pletur cum subditur In similitudine
lapidis aque durantur. Per aquas
namque populi, per lapidem vero eiusdem
sathane duricia designatur. Illo igitur
ad yma veniente in similitudine
lapidis aque durate sunt, quia
eius malicia imitati homines mol-
lia viscera caritatis amiserunt. Cuius
fraudulenta consilia quia a sedunt
hominibus deprehendi non possunt, recte
subiungitur Et superficies abyssi constrin-
gitur. Aliud quippe eius intus est
latet, atque aliud extrinsecus ostendit,
transfigurat enim se velut angelum
lucis et callida deceptionis arte
plerumque proponit laudabilia ut ad
illicita pertrahat. Abyssi ergo superfici-
es constringitur, quia dum quasi
bona persuasionis eius species versuta
solida desuper glacies ostenditur, in pro-
fundo latens eius malicia non videtur.
Cuncta tamen hec et aliter intelligere xxvij
possumus si moraliter exquiramus
Mentes namque hominum omnipotens deus
dum in suo timore format, quasi
concepit easque ad aptas virtutes
dum proficiunt gignit. Sed si de ac-
ceptis virtutibus extollunt, se rigunt
Et sepe quosdam nonnumquam malorum
suorum consideratio compungit, devo-
tionis pavore fervescere, et pravis
exordia usque ad virtutum summa per-
venire. Sed dum de eisdem virtuti-
bus quas acceperunt extolluntur in
amore glorie laqueo astricti ad an-
tiquum torporem redeunt. Recte
ergo cum tales perdat dominus dicit
De cuius utero egressa est glacies
Quasi enim de dei utero glacies e-
greditur, quando hii, qui iam intus
incaluerant ex virtutum dono frige-
scunt et inde exteriorem gloriam
torpentes appetunt. Unde ad intima

diligenda ardentius flagrare debuit
dumque iste signis ille scientia iste prophetia
iste magnis opibus pollet, atque prefert
dona placere hominibus appetit omne
quod prius intimum caluerat exteriore
laudem diligens in torporem uertit
Quasi ergo glacies de utero egreditur
dum post donorum beneficia a uisceribus
pietatis superne separatur. An non sunt
glacies qui in uirtutibus quas acceperunt
laudes ab hominibus querunt. Et tamen
ueniente iudice dona sua ad eius
memoriam reuocantes dicunt. Domine
Mt 7 | domine nonne in nomine tuo prophetauimus
et in nomine tuo demonia eiecimus
et in tuo nomine uirtutes multas fecimus
Sed quomodo hanc glaciem dominus pro-
iciat ostendit dicens Nescio uos
unde sitis. Discedite a me omnes operarii
iniquitatis. Hanc glaciem mox uteri
dominus proicit, quia in terra sum-
ме eius tolerat. Sed tunc apte eiectum
tales a secretis celestibus per extremum
et publicum iudicium repellit. Huius itaque
uerbis quid apte agitur, nisi ut beatus
iob de summis suis uirtutibus humiliter
nemo hoc quod bene inueniendo caluerat | superbiendo frigescat, et dimittatur a
utero repulsus exeat, si intra sinum
cordis se tumidus extollat, et quia
iusto iudicio superbas mentes a deuil
pam egredi ex accepta uirtute permit-
tit, recte adhuc subiungitur. Et gelu de
celo quis genuit. Plerumque enim sacri
eloquii scientiam prestat, sed dum eadem
scientia is qui accipit extollitur, ira
districti iudicis in ipso sacro eloquio
cecatur, ut exteriores fauores percipiam
secretes eius iam interna non uideant,
et qui intus manens calere poterant
ex eundo frigescant, diuitiis que in
ymna corruat, quia de cognitione
dei plus tractabilis in summis liqui-
dus stabat. An sacrum eloquium
celum non est, quod diem nobis
intelligentie aperiens sole nos iusti-
tie illustrat, quod dum nos uite presentis
nox continet stellis nobis inaduxo
fulget. Sed quia oportet hereses esse
I cor 11 | ut probati manifesti fiant cum ab in-
tellectu sano mens superba repellitur
ultione districti iudicii gelu de celo

gignatur, ut cum ipsa scriptura sacra in
electorum cordibus caleat, eos qui se
superbe scire appetunt a se frigidos
emittat. Ibi quippe errant ubi cor-
rigere errata debuerant, et dum a supe-
na intelligentia resplendentes e
loquium et ob durati ipsi et seductum
ceteros corruunt adyma uenientes
ut gelu, et alios astringunt. Sed eius
ipsum tamen dominus hoc gelu gig-
nere perhibet, non quo prauorum mentes
ipse ad culpam formet, sed quo a culpa
non liberat. Sicut scriptum est Ego ob
Exo | durabo cor pharaonis, quod quia
misericorditer emollire noluit perfecto
districte se obdurare iudicauit. Ea
uero cum inchoata diuini timoris uerba
amittitur, procurationes laudes per
tinens ymago retinet, recte subiungitur.
In similitudine lapidis aque durantur
et superficies abyssi constringitur. Aque O
enim per glaciem in superficie durescunt
sed fluide in intimis remanent. Et
quos per aquas nisi fluxa accipimus
corda reproborum que cum ex proposito
uirtutem deserunt, fortes se in bonis
operibus per ypocrisim ondunt, dumque
in intimis suis ad uicia desfluunt, et
foris se fortium ac fortium imitato-
res fingunt. Aque in similitudine
lapidis durantur, et superficies abyssi
constringitur, quia superducta sanctitatis
specie fluxa ac instabilis eorum
conscientia hominibus tegitur. Ita enim
sibimetipsis in tus secus turpes sunt
ante alienos tamen oculos quadam
uiuendi uenustate uestiuntur. Sed ne
quis uerba hec dei in bona in-
telligi partem uelit, debemus sic que-
rentibus assensum non minime
indicemus quo perscrutanda fuerint ne
glexisse. Superiori enim uersu dicitur
Quis est pluuie pater, uel quis ge
nuit stillas roris. Statimque additur
de cuius uero egressa est glacies, et
gelu de celo quis genuit. Si ergo xxiii p
dictis precedentibus sequens sententia
non dispari sensu coniungitur, profecto in
bona parte nobis eius intelligentia
sine obstaculo difficultatis aperitur

Terra enim cum compluitur iactata in
eam semina fecundius ligat. Et rursum
si illam pluuia inmoderatius irri-
gat, in culmi pinguedinem frumenti
uirtutem uertit. Cum uero iactatum
semen post pluuiam gelu premit, quo
foras citius apparere repellitur, eo in
fecunditatis radicem, et quo uetatur
progredi, cogitur multiplicari. Quia
cum ab inmaturo ortu restringitur,
ex conceptionis sue tarditate laxatum
ad fructum uberius impletur. Quid
est ergo quod dominus prius quidem premis-
se pluuie insinuat, postmodum uero
sic egredi utero glaciem narrat, sed
gelu de celo gignere pronunciat, nisi
quod miro modo mentem pectoris terram
ad suscipienda uerbi semina, et prius
per occulte gratie pluuiam infundit, et
postmodum ne in conceptis uirtutibus
inmoderatius profluat, disciplina
interne dispensationis premit, ut quam
percepte gratie pluuia irrigat, etiam
discipline rigor astringat, ne si aut
antequam debet aut plus quam necesse est +
exuberat, exalat. Unde et electorum
suorum dominus uel ante tempus deside-
ria reprimit, uel rursum in tempore ultra
mensuram profectus premit, ne si antequam
debent aut plus quam debent pro-
ficiunt, per profectus sui magnitudinem
in elationis defectum cadant. Nam
cum cor post peccata compungitur,
terra que aruerat in infusione pluuie
rigatur, et cum relictis iniquitatibus
bona exsequi opera proponit, quasi post
infusionem semina accipit. Et plerumque
cum desideria sancta concipiunt, in
sinus exerceri iam uirtutibus inardescunt,
ut non solum culpa operationis non in-
quinet, sed nec cogitationis pulset.
Adhuc quidem in corpore positi sunt,
sed nil iam peti de communione uite
presentis uolunt. Imitari per intentionem
etiam mentis stabilitatem appetunt,
sed interuenientibus temptationibus reuer-
berantur, ut uidelicet infirmitatis sue
meminerint, et elati de uirtutibus quas
acceperunt non sint. Quod dum mira
discipline repressione agitur, quid aliud

quam semper infusa terra gelu de celo generatur. Unde ad
quam de dei utero glacies procedit, qui-
dem tenus dei secreto dispensatio
egreditur, et uoluntates nostre etiam in bonis
desideriis frenatur. Videamus Paulus
infusa uidelicet terra quanta discipline
glacie premitur: Cum autem uelle adiacet
michi, perficere autem bonum non inuenio.
Qui enim uelle se habere asserit, iam per
infusionem gratie que intus latebant semina
ostendit, sed dum perficere bonum non
inuenit, profecto indicat quanta illum
dispensationis superne glacies premat.
An ista glacies eorum corda non pres-
serat quibus dicebat: Ut non quecumque
uultis illa faciatis. Ac si aperte dicat:
Occulta cordis uestri semina iam prodire
in frugem querunt, sed superni modera-
minis gelu premuntur, ut tanto post
fecundius exeant, quanto diuini
iudicii premencia pondera patienter
portant. Et quia plerumque humana cor-
da quam erumpere ad uirtutes quas
appetunt non ualent, eo ipso quo ab
intentionis sue perfectione resiliunt,
temptationum stimulis fatigantur. Sed
tamen easdem temptationes cogi-
tationum comprimunt, seque per exercitationis
usum in quodam uincendi rigore com-
ponunt, bene subditur: In similitudinem
lapidis aque durantur. Quia et si flu-
xe cogitationes intus latescunt, nequa-
quam tamen usque ad consensum praui
operis trahuntur. Sed mens ubi solita
bene uiuendi consuetudine quasi sub
quadam duritia exterius abscondit
quod quod intus est temptationis pulsa-
tione molestat. Ubi bene subiungitur: Et
superficies abyssi constringitur. Quia praua
cogitatio et si usque ad suggestionem
uenit, usque ad consensum non prosilit, quia
fluctuantes motus animi suspendit
rigor sancte deliberationis premit. Potest XXVIII
etiam in gelu uel in glacie presentis uite c.
aduersitas designari, que dum sub
asperitate sua sanctos comprimit ualentiores
reddit. Dum enim omnipotens deus mo-
lestiis nos exerceri permittit, atque ad
melioris uite statum interueniente
tristitia perducit, miro consilio super frugem
futuram gelu et glaciem gignit, ut elec-

conceptus dicitur proferant fruges in herba dicitur
plerumque enim ab inchoantibus bonum opus
deo suscipiendum oportet omnino dicitur a quo
perficiendus [illegible]. Et plerumque dicitur
deo plus quam necesse est [illegible]

quisque inhiat vitam tamquam in hyeme adversa ventorum et frigorum toleret et velut in estiva serenitate pretermodum fructus quos hic concepit demonstret. Unde et sponsi voce unctis anime post hyemis mundi turbines adulta et virtutis amena promittuntur dicitur. Surge

Can 2 propera amica mea formosa mea et veni. Iam enim yemps transiit ymber abiit et recessit. Et quia si sola nobis assint prospera solvimur. adversitate vero melius per adversa solidamur. Recte subiungitur. In similitudinem lapidis aque durantur. Mentes enim que per prospera mollius fluerent constricte adversitatibus durescunt. Et ad similitudinem lapidis aqua perducitur quando infirmus quisque per acceptam desuper tolerantiam passionem sui redemptoris imitatur. In similitudinem quippe lapidis aqua duruerat iste

Col 1 pri[us] impaciens ille persecutor postmodum Paulus cum dicebat. Impleo ea que desunt passionum Christi in carne mea. et qua ea desunt adversis solertius in terra deo custodiunt. Recte addit. Et superficies abyssi constringitur. Solet enim leticia archana mentis aperire atque aperiendo amittere. Adversa vero cum nos exterius deprimunt in intus cautiores reddunt. Post gelu itaque vel glaciem superficies abyssi constringitur quia mens nostra ad conservanda profunda dona que acceperat post adversitatibus munitur. Abyssi enim sui superficiem ysaias constrinxerat cum dicebat. Secretum meum michi. Secretum meum michi. Abyssi sui

Ys 24 superficiem Paulus constrinxerat qui tot periculis ac adversitatibus insudans

ij cor 12 sub pretextu cuiusdam de semetipso loquitur dicens. Audivit archana verba que non licent loqui homini. Et rursum.

ij cor 12 Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me. aut audit aliquid ex me. Qui igitur foris adversa tolerans ne fortasse in laudibus deflueret archana sua aperire metuebat.

xxv Quid aliud quam secretorum suorum abyssum per constrictam superficiem presserat. Sequitur. Numquid coniungere valebis

micantes stellas pliades aut gyrum arcturi poteris dissipare. Pliades stelle apo tu plistu id est a pluralitate vocate sunt. ita autem vicine et divise sunt condite ut et simul sint et tamen coniungi nequaquam possint, quatinus vicinitate quadam coniuncte sint sed tactu disiuncte. Arcturus vero ita nocturna tempora dissipat id est illustrat ut in celi axe positus per diversa se vertat nec tamen occidat. neque enim extra se currens volvitur sed in loco situs mundi in cunctis partibus nequaquam casurus inclinatur. Quid ergo est quod homo extra situs atque intra positus celesti administratione distinguitur. quia pliades coniungere non valet quas vicinas sibimetipsis conditas et pene coniunctas videt. Quia arcturi gyrum dissipare non potest quem tamen circa ipsa sua vertigine pene dissipatum potest. In ut istis vissis auctoris potentiam pensans infirmitatis sue meminerit. et cum quem adhuc in maiestate videre non poterat, quam sit inestimabilis ipsa mysteriorum celestium gubernatione perpendat. sua Sed cur ista loquimur qui stimulo racionis urgemur, nisi ut hec verba mysticis sensibus condita cogitamus. Quid enim micantes pliades que et septem sunt. quid aliud quam sanctos omnes denunciant qui in hac presentis vite tenebras septiformis gratie nobis lumine illustrant. quia ab ipsa mundi origine usque ad eius terminum diversis temporibus ad predicandum missi iuxta aliquid sibi coniuncti sunt et iuxta aliquid non coniuncti. Stelle enim pliades sicut supra dictum est vicinitate sibi sunt tactu disiuncte. simul quidem site sunt. et tamen lucis sue vicinum radios fundunt. Ita sancti omnes aliis atque aliis ad predicandum temporibus apparentes et disiuncti sunt per visionem sue ymaginis. et coniuncti per interiorem meritis. simul micant qui unum predicant. sed non semetipsos tangunt. Quia in diversis temporibus. Abel. ysaias et iohannes apparuit. divisi quidem fuit tempore sed non predicatione

Nam abel redemptoris nostri passionem
significans agnum in sacrificio obtulit.
3 De cuius passione ysaias ait. Sicut
agnus coram tondente se obmu-
tescet, et non aperiet os suum. De quo iohannes
quoque ait. Ecce agnus dei qui tollit
Jo. 1 peccata mundi. Ecce diversis quidem temporibus
3 missi, et tamen concordiis redemptoris
quoque nostri innocenciam sencientes.
Eundem agnum Johannes ostendendo, ysaias
predicendo, Abel offerendo locutus est.
Et quem iohannes in ostensione, ysaias
in locutione, hunc abel significando in
A manibus tenuit. Quia igitur quomodo
X pliades stelle de humanitate redemp-
toris sibi coniungat diximus. Nunc
quomodo in ostendendo unitate trinitatis
concorditer luceant demonstremus.
Diversis quidem temporibus hinc inde
David ysaias et paulus apparuit, sed
tamen nullus eorum alteri diversa
sensit, quia etsi semetipsos non no-
verant facie, unum tamen didicerunt
ex divina cognitione. David quippe
ut auctorem omnium deum trinitatem
ostenderet dixit. Benedicat nos deus,
deus noster, benedicat nos deus. At
ne ter deum nominans tres deos
dixisse putaretur, illico unitatem eiusdem
trinitatis insinuans addidit. Et me-
tuant eum omnes fines terre. Qui
enim non eos, sed eum subdidit, unum
tria que dixerat intimavit. Ysaias
quoque cum laudem de unitate trinitatis
aperiret, seraphyn voces exprimentes ait.
6. Sanctus sanctus sanctus. At ne tertio
sanctus nominans unitatem divine sub-
stancie videretur admixit. Dominus deus
sabbaoth. Qui ergo non dominum, sed
dominus deus addidit, unum ex-
istere quem ter sanctum vocaverat indicavit.
Paulus quoque ut operationem sancte trinitatis
ostenderet ait. Ex ipso et per ipsum, et in ipso
[illegible] sunt omnia. Atque ut unitatem eius-
dem trinitatis intimaret protinus ad-
didit. Ipsi gloria in secula seculorum Amen.
Qui igitur non ipsis, sed ipsi addidit
unum naliter tria secundum personas inno-
tuit, sed superius ter idipsum indicavit.
Quasi ergo et uno in loco pliades
site sunt, quia de deo concorditer

senciunt, et tamen semetipsas non tan-
gunt. Quia sicut dictum est per hunc
mundi temporum diversa peruenerunt. Quod
bene ac breviter Ezechiel propheta de-
scribit, qui cum diversi generis animalia
videre se diceret adiunxit. Junctere-
erant penne eorum alterius ad alterum. Ez. 1
Penne quippe animalium alterius ad
alterum iuncte sunt, quia et si dissimilia
sunt que agunt, uno tamen eodemque
sensu sibi sanctorum voces virtutesque
sociantur. Et quamvis alius rationabiliter
cuncta agendo sit homo. Alius in
passionibus sit fortis, adversa mundi
non timendo sit leo. Alius per absti-
nentiam semetipsum vivam hostiam
offerendo sit vitulus. Alius se in alta
rapiendo contemplationis volatu sit
aquila. Pennis se tamen dum volant
tangunt, quia et confessione vocum
et virtutum sibi unanimitate iunguntur.
Cui quia plius divine virtutis est, et
distinctis temporibus missos in fidei pre-
dicatione coniungere, et dissimilibus
virtutibus preditos fulgore in tenebris
unire recte dicitur. Nunquid coniungere
valebis micantes stellas pliades. Ac
si dicat. Ut ego qui unus omnia
impleo, atque in unitatis spiritu electorum
mentes implendo coniungo. Jnar-
turo autem qui per gyrum sui noc- xxvi
turna spacia non occasum illustrat, B
neque quasi particulatim cuncta vita sanctorum
sed tota simul ecclesia designatur. Que
fatigationes quidem nec timen
ad effectum proprii status in clima temporis
laborum tolerat, sed ad occasum cum
temporibus non festinat. Neque enim poli
arcturus cum nocturno tempore ducitur, sed
dum ipse in volvitur nox finitur. Quia
nimirum dum sancta ecclesia in unius tribula-
tionibus quatitur presentis vite umbra
terminatur, eaque stante nox preterit, quia
illa in sua incolumitate perdurante
mortalitatis huius vita percurrit.
Est in arcturo quod consideratius pos-
simus intueri. In septem quippe
stellis volvitur et modo quidem tres
ad summa elevat, atque ad yma qua-
tuor inclinat, modo quatuor superius
erigit, et tres inferius premit. Eccl

quosque etiam tunc modo infidelibus tri-
nitatis notitiam, modo autem fidelibus
suis virtutes quatuor, idest pruden-
tiam fortitudinem temperantiam iustitiam
predicat, quasi rotatum predicationis sta-
tus sui speciem quodam modo immutat.
Nam cum quibusdam de operibus suis
gloriantibus confidentiam proprii laboris
enervat, et fidem tuetur exaltat,
quid aliud facit nisi tres stellas
arcturus elevat quatuor inclinat.
Sed dum quosdam bona operari
non habentes de sola fide presumere pro-
hibet, sed operari cunctis que precepta
sunt iubet, quid aliud arcturus
facit, nisi quattuor stellas erigit
tres deponit. Videamus quomodo
tres elevet quatuor deponat. Ecce
paulum contra fidem de opere super-
Ro 3 bientibus dicit: Si abraham ex
operibus iustificatus est habet gloriam
sed non apud deum. Quid enim scrip-
Ge 17 tura dicit? Credidit abraham deo
et reputatum est illi ad iustitiam.
Videamus quomodo quatuor elevet
Iaco 2 tres deponat. Ecce per iacobum de fide
contra opera superbientibus dicit: Sic
corpus sine spiritu emortuum est. Ar-
cturus itaque volvitur quia sancta
ecclesia iuxta auditorum suorum mentes
in diverso statu predicationis arte versatur.
Arcturus volvitur quia hec in noctis
huius tribulatione rotatur, sed hunc ar-
cturi gyrum quoque deus dissipat quia
labores ecclesie ad requiem permu-
tat, tunc et pliades plene iungit
cum gyrum arcturi destruit. Quia
tunc nimirum sancti omnes etiam visionis
sibi specie copulantur, quando in fine
mundi sancta etiam ab his quos nunc
sustinet laboribus solvitur. Dicatur ergo
Numquid coniungere valebis micantes
stellas pliades, aut gyrum arcturi
poteris dissipare. Subaudis ut ego
qui tunc sanctorum vitam eorum per
speciem unio, cum gyrum universal-
is ecclesie corporalis solvo. Et quia homi-
nibus hoc divine est virtutis congruat
Sed ut cognoscat homo quid perfectus
memoret assidue quid solus deus

Ita et fides sine operibus mortua est

Liber

Plyades quippe ab oriente arcturus
vero ex parte aquilonis surgit
Quaqua aut sic ...

possit. Hemus adhuc quod de stellis ply-
adibus atque arcturo aliud sentiamus
~~[illegible]~~ gyrum suum ar-
cturus vertit pliades ostendit, et cum
lux iam diei vicina efficitur stellarum
eius ordo distendit. Potest igitur
per arcturum qui a plaga frigoris nasci-
tur lex, pliades vero qui ab oriente sur-
gunt testamenti novi gratia designari.
Quasi enim ab aquilone lex venerat
que tanta subditos rigiditatis asperi-
tate terebat. Nam dum peccantes
alios precipit lapidibus obrui, alios
gladii morte multari, plaga torpes-
cet velut a sole caritatis aliena precep-
torum suorum semina plus premebat
ex frigore quam ex calore nutriebat.
Cuius oppressionis pondus petrus hor-
Act ruerat cum dicebat: Quid temptatis
deum imponere iugum super cervicem
17 discipulorum, quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus. Nec mirum
quod partum septem stellas testamen-
tum novum exprimunt, quia et in ve-
neratione legis dies septimus extitit
et per ebdomadam integrum constituta
sacrifici vota tendebat. Pliades
vero que ipse quoque sicut superius
diximus septem sunt testamenti novi
gratiam tanto apertius indicant, quanto
cuncti liquido cernimus, quod per illud
fideles suos sanctus spiritus septiformis
muneris luce illustrat. Quia quia
igitur se arcturus vertit pliades
ostendit, quia per omne quod testa-
mentum vetus loquitur testamenti
novi opera nuntiantur. Et textu lit-
tere tegit misterium spiritualis, et quasi in-
clinat se arcturus et demittit, quia
dum ad spiritalem intellectum flectitur
significata per illud lux gratie septifor-
mis aperitur, et propinquante diei luce
stellarum eius ordo distenditur, quia
postquam presenciam nobis vitas
innotuit ab obsequiis carnalibus
sue precepta laxavit. Redemptor autem xxviii
in carne veniens pliades inplevit v
quia operationes septiformis spiritus
simul in se et cunctas et manifestas
habuit. De quo per ysaiam dicitur

yb ll

virga de radice Jesse et flos de radice
eius ascendet, et requiescet super
eum spiritus domini, spiritus sapientie et
intellectus, spiritus consilii et fortitudinis,
spiritus scientie et pietatis, et replebit
eum spiritus timoris domini. De quo Zacha-
rias ait: Super lapidem unum septem
3 oculi sunt. Atque iterum: Et in candela-
7. bro aureo lucerne septem. Nullus nam
hominum operationes sancti spiritus simul
omnes habuit, nisi solus mediator dei
et hominum, cuius est idem spiritus qui de
patre ante secula procedit. Bene ergo dicitur:
Super lapidem unum septem oculi sunt.
Hunc enim lapidem habere septem oculos
est, simul omnem virtutem spiritus
septiformis gratie in operatione retinere.
cor Alius namque prophetiam, alius scientiam,
alius virtutes, alius genera linguarum,
12 alius interpretationem sermonum, iuxta distri-
butionem spiritus sancti accepit. Adhabe-
re vero cuncta eiusdem spiritus
munera nemo pertingit. At vero
conditor noster in infirmitate nostra susceptus,
per divinitatis sue potentiam simul se
habere omnes spiritus sancti virtutes edocuit,
et procul dubio pliades iunxit.
Dum vero pliades iungit, arcturi
gyrum dissipat. Quia dum semet
ipsum factum hominem habere cunctas sancti
spiritus operationes innotuit, intestino
veteris legis laborem solvit, ut fidelis
quisque iam cum libertate spiritus illud
intelligat, cui prius in formidine inter
tot distincta serviebat. Audiat itaque
beatus Iob: Numquid coniungere valebis
micantes stellas pliades? Ac si aperte
diceretur: habere quidem singula quedam
virtutum potes, sed numquid simul ex-
erere omnes operationes sancti spiritus sufficis?
Me ergo iungente pliades in cunctis
virtutibus contemplare, et tu de propriis
elatione compescere. Audiat quod dicitur:
Aut gyrum arcturi poteris dissipare?
Ac si ei aperte diceretur: Et si opera que
recta sunt sentis, numquid virtute
tua etiam in alienis cordibus laborem
grossioris intelligentie destruis? Me
itaque considera qui carnalium stulticiam
corrigo, dum me per omnis stulticiam

manifesto, ut tanto magis hec que
potes virtutum tuarum fortia humilies,
quanto per vestigia mee infirmitatis
apprehendis. Quia vero in ipso divine
incarnationis misterio aliis lux veritatis
ostenditur, aliorum vero per scandalum
corda tenebrantur, recte subiungitur: Num-
quid producis luciferum in tempore suo, et
vesperum super filios terre consurgere facis?
Pater quippe in suo tempore luciferum x
produxit, quia sicut scriptum est: Cum
venit plenitudo temporis, misit deus
filium suum natum ex muliere, factum Gal. 4
sub lege, ut eos qui sub lege erant
redimeret. Qui natus ex virgine
venit lucifer inter tenebras nostre
noctis apparuit, quia fugata obs-
curitate peccati, eternum nobis mane nun-
ciavit. Luciferum se innotuit, quia
diluculo ex morte surrexit et fulgo-
re sui luminis mortalitatis nostre tetram
caliginem pressit. Qui bene per Iohannem Apoc.
dicitur stella splendida et matutina. ult°
Vivus quippe apparendo post mortem
matutina nobis stella factus est,
quia dum in semetipso exemplum
nobis resurrectionis prebuit, que lux sequeretur
innotuit. Vesperum vero super terre fili-
os consurgere dominus facit, quia in
infidelibus iudeorum cordibus domi-
nari antichristum eorum merito exigente
permittit. Qui idcirco adhuc huic
vesperi iuste subditur, quia ipsi sponte
sua filii terre esse voluerunt. Terrena
quippe et non celestia requirentes,
apprehendenda luciferi nostri claritate
ceci sunt, et dum preesse sibi vesperum
expetunt, subsequentis damnationis
etiam nocte merguntur. Hinc in evangelio Io. 5
dominus dicit: Ego veni in nomine patris
mei, et non accepistis me; alius
veniet in nomine suo, illum accipietis.
Hinc Paulus ait: Eo quod caritatem 2 Thess. 2.
veritatis non receperunt ut salvi
fierent, ideo mittit illis deus opera-
tionem erroris, ut credant mendacio,
et ut iudicentur omnes qui non crediderunt
veritati, sed consenserunt iniquitati. Ne- xxviii
quaquam ergo super eos vesper consurgeret
si celi filii esse voluissent. Sed dum

visibilia appetunt amisso cordis lu-
mine sub noctis duce tenebrescunt.
Quod tamen si moraliter discutiatur
quomodo cottidie agatur invenimus.
Quia nimirum et electis lucifer oritur
et vesper reprobis deo permittente
dicatur. Unus enim atque idem
dei sermo est in ore predicantis, quem
dum isti gaudendo, illi non intelligendo
audiunt, claritate sibi luciferi et vesperi
tenebras inveniunt. Dum isti humiliter
vocem sancte predicationis accipiunt
quasi ad stelle lucem oculos cordis
aperiunt. Dum vero illi benedicenti
invident, et non salutis curam
sed elationis gloriam querunt pro aspectu
iniquitatis sue vespere in sopitum
mortis oculos claudunt. Per-
cultum ergo iudicium is qui electis
est lucifer reprobo auditori fit vesper,
quia exhortatione sua sancta quia
boni ad vitam redeunt, pravi de
terris in culpa moriuntur. Unde bene
2 Cor. 2. Paulum dicit: Christi bonus odor su-
mus deo in hiis qui salvi fiunt
et in hiis qui pereunt, aliis quidem
odor mortis in mortem, aliis
autem odor vite in vitam. Verbum
itaque suum auditoribus et lucifer
simul et vesperum inducit, per quod et
alios ab iniquitate suscitari et
contra alios sopiri in iniquitate con-
spexit. Quod quia occultis dei iu-
diciis agitur, que in hac vita com-
prehendi ab hominibus non possunt, recte
2 Cor. 2. illic subdidit: Et ad hec quis ydo-
neus. Ac si diceret: ydonei quidem
sumus. Ad hec consideranda gratia
sunt, sed ydonei non sumus ad hec
investiganda cur ita fiant. Unde
hic quoque dominus cum aliis producit
luciferum, aliis vero consurgere ves-
perum dixerat, Requirat homo
occulta dei iudicia audeat
illico subiungit: Numquid nosti
ordinem celi, et ponis rationem eius
in terra. Ordinem celi nosse est super-
narum dispositionum occultas pre-
destinationes videre. Rationem vero

eius in terra ponere est, ante humana
corda talium secretorum causas aperire.
Rationem vero celi in terra ponere est super-
norum iusticia iudiciorum, vel conside-
rando discutere, vel loquendo mani-
festare, quod nimirum facere positus in hac
vita nullus potest, ut enim a paruus
ad minora veniamus. Quis intelli-
gat que sit ratio secretorum pro eo quod
sepe vir iustus alicuius non solum
non vindicatus, sed etiam punitus
recedat, et iniquus eius adversarius
non solum non punitus sed etiam victor
abscedat. Quis intelligat cur vivit
alius insidians mortibus proximorum
et moritur alius qui profuturus esset
vite multorum. Alius aliene proprietatis
assequitur qui non nisi ledere studet.
Alius tamen leges defendere conspicitur
et tamen ipse oppressus iacet. Alius
vacare appetit et in multis negotiis
implicatur. Alius negotiis implicari
desiderat et coactus vacat. Alius
male inchoans usque ad vite sue
terminum ad peiora pertrahitur. Alius
bene incipiens per longitudinis tempus pro-
ficit ad augmenta meritorum. At econtra
alius male vivens diu reservatur ut
corrigat. Alius vero bene quidem
vivere videtur sed in hac vita eo usque
perdurat quo ad perversa perveniat. Alius
in errore infidelitatis natus in errore
deficit. Alius in katholice fidei re-
ctitudine genitus in katholice rectitudine
fidei consummat. Contra vero alius ka-
tholice matris ventre editus in fi-
nite termino erroris voragine vo-
ratur. Alius vitam suam in katholica
pietate consummat, qui ortus in per-
fidia cum lacte matris hauserit
virus erroris. Alius celsitudinem boni
vincendi appetere et volet et valet, alius
nec volet nec valet. Alius volet
et non valet, alius valet et non volet.
Quis ergo ista iudiciorum secreta ce-
lestium discutiat. Quis intelligat
districtam lancem in ea tantis occulte.
Ad cognoscendos quippe istos secreto-
rum iudiciorum sinus nullus ascendit.
Dicat ergo homini ut se nescire co-

De occultis secretis iudiciis dei [illegible] [illegible]

gnoscat / nesciente vero se cognoscat
ut timeat / timeat ut humiliet / hu
miliet ne presumat in se / sed ut condito
ris sui auxilium requirat / Et qui in
se fidens mortuus est · auctoris
sui adiutorium appetens vivat / Audi
at itaque vir iustus iam quidem se
sciens / sed adhuc que supra se sunt
nesciens / Numquid nosti ordinem celi
et pones racionem eius in terra / Id est
Numquid occultos ordines vel decreta
celestium comprehendis · aut aperire
humanis auribus sufficis / Beatus igitur
Job de incognitorum et incomprehensibilium in
vestigacione requiritur / Ac si ei aperte
diceretur Cuncta que pateris tanto to
lerare pacientius debes / quanto secre
torum celestium ignarus causas horum
pateris nescis Se liber xxx · ¶

Beatus Job talia nimirum ne faceret
domino interrogante requiritur
que illa utique facere non potest homo
ut dum se ista non posse facere depre
hendit / ad eum refugiat qui solus
talia quia facere possit intelligat atque
ante oculos iudicis sui magis po
tens appareat / si sua verius infirma
cognoscat / Quod ergo mire adeo
fieri non ignoratur · deceo divina voce || ei
Job requiritur dicens ei Numquid eleva
bis in nebula vocem et impetus aqua
operiet te / Vocem quippe suam in nebula
dominus levat / quando predicatorum suorum
linguas ad caliginosa corda infidelium
exhortacionis format / cum vero aquarum
impetus operit dum bona agencia me
brorum eius turba resistencium populorum pre
mit / Hinc est enim quod scriptum est / Sta
Jer. 26 in atrio domus domini ad Jeremiam dicens Sta
in atrio domus dei / et loquens
ad omnes civitates Juda de quibus
veniunt / Ut adorent in domo domini
universos sermones quos ego manda
davi tibi · Et paulo post Et audie
runt sacerdotes et prophete et omnis
populus Jeremiam loquentem / Apprehende
runt eum sacerdotes et prophete et omnis
populus dicens / Morte moriatur quare
prophetavit in nomine domini / Ecce in nebu
la dominus vocem levavit quia obscu
ras mentes suspicacium directo propheta
Corripuit

+ Verba hec in domo domini, cuius
complesset Jeremias loquens.

Ecce aquarum impetus eum premens
operuit · quia ab insurgentibus populis
et causa sue correpcionis instigantibus
ipse in Jeremia cuncta pertulit · qui
correpcionis verba mandavit / Presens
tempus quoque dominus vocem in nebu
la levavit / quando presentem se eciam
assumpto corpore exhibens multa
suis persecutoribus sed figuris enig
matum velata predicavit / In ne || q2 virtute sua
bula vocem levavit / non sentitur
in fidelibus quasi per caliginem
sonuit / Unde et bene in libro Regum
scriptum est Nebula implevit do 3 reg. 8
mum domini et non poterant sacerdotes
ministrare propter nebulam / Exigentibus
enim meritis dum superbi indecorum
pontifices divina misteria per para
bolas audiunt / sacerdotes in domo
domini quasi propter nebulam ministrare
nequiverunt / qui et in testamento
veteri dum sensus misticos littere
velamine coopertos intra obscuritatis
allegoriarum caligines investigare
despiciunt / debitum fidei sue mis
terium propter nebulam perdiderunt ·
Quibus et tunc in nebula doctrine
sue vocem dominus protulit / cum de se
eciam apta narravit / Quid est Jo 10
enim apertius dicere quam Ego et pater
unum sumus / Quid est apertius Jo. 8
dicere · Antequam abraham fieret ego sum
Sed quia auditorum mentes infideli
tatis caligo replevit / quasi emissa
solis radium nebula interiacens
abscondebat / Ad hanc namque eleva
cionis vocis eum persimus aquarum
impetus operuit · quia contra eum
nox sevientis populorum surrexit / S
criptum quippe est Propterea ergo que
rebant eum iudei occidere quia
non solum solvebat sabbatum / sed
et patrem suum dicebat deum / equalem
se faciens deo / De hoc aquarum
impetu propheta clamat / Circumde
derunt me sicut aqua tota die
circumdederunt me simul / Et rursum
Salvum me fac deus quoniam intrave
runt aque usque ad animam meam
Quas profecto aquas in semetipso

cum mortem, in suis autem membris
et post ascensionem pertulit. Hinc est
enim quod et desuperioribus clamat:
Act 9 Saule Saule quid me persequeris? Cum
iam celum conscendisset. Et tamen
ad hunc cum Saulus impetu acrius
in fidelium persequens et timidior ce
teris unda tingebat. Ipse quippe
est qui pro bonis ita loquitur, ipse
qui in bonorum passione laceratur.
Ut ergo mirifica dominus caritatis
unitate monstraret se esse qui in
dignis auditoribus pectorum suorum
n B ora prodiret, ait: Numquid eleva
bis in nebula vocem tuam? Ut
vero ostenderet esse qui in sanctis
omnia ad ipsa patet, subdidit:
Et impetus aquarum operiet te?
Subaudis ut me, quem iniqui
omnes neque predicatores sanctos loquen
tem intelligunt, neque persecutores
patientem vident. Narrat ergo
deus quod ab hominibus patitur, ut
dolor afflicti hominis mitigetur.
Ac si illi aperte dicat: Meum subtiliter
pensa, et tua equanimiter tempera.
Multo enim est minus te vilia quam
me humana tolerare. Ad hunc tamen
verba hec subtilius perscrutari pos
sumus, si in te dona celestia intra
sollicite corda pensamus. In quantum
fideles sumus, iam que audimus
ia. q̄ credimus supra credimus amamus, sed dum
quibusdam super vacuis curis pre
mimur obducta confusione cali
gamus. Et dum nobis etiam talibus
mira dominus quedam de se sentienda
insinuat, quasi in nebula vocem
levat. Dum caliginosis nostris men
tibus semetipsum loquitur, velut in
nō nebula is qui non cernitur auditur. Summa
sunt namque que de illo cognoscimus,
sed tamen adhuc eum in secreta in
spiratione qua insinuatur non videmus.
Cum igitur nostris cordibus prebet quasi
dem locutionem, sed occultat speciem,
velut in nebula formavit vocem.
Sed ecce iam verba dei intrinsecus

semetipsum audivimus, iam quoque amori
eius qua continuatione quo studio in
herere debeamus cognoscimus, et tamen
ab intente considerationis culmine ad con
sueta nostra ex ipsa mortalitatis huius
mutabilitate relabimur et in invectionem
pravorum male sedula importunitate tempta
mur. Cum ergo certis nostris mentibus
subtilia de semetipso insinuat, in ne
bula vocem levat. Cum vero temp
tatione victorum ipse de deo intel
lectus opprimitur, quasi aquarum impetu
m voce sua deus operitur. Tot enim super illum
aquas mittimus quot post inspirationem
eius gratie cogitationes illicitas in
corde versamus. Nec tamen nos
vel oppressus deserit, nam illico ad
mentem redit, temptationum nebulas
decutit, ymbrem compunctionis infundit
et subtilis intelligentie solem re
ducit, atque sic ostendit quantum nos
diligit qui nos nec cum respuitur
relinquit. Ut saltem sic erudita
humana conscientia apud se temp
tationes erubescat admittere, quam
redemptor suus et vagantem non
cessat amare. Hoc in nobis persemet
ipsum tolerat, hoc ab infidelibus cotti
die per suos predicatores portat. Eius
enim donum suborta in nobis temp
tatione repellitur, et tamen abscon
dendo intrinsecus nunc nequaquam
nostra infirmitate revocatur. Eius pu
blice verba respuuntur, et tamen ab er
ogande gratie largitate nulla infide
lium iniquitate compescitur. Nam cum
pravi homines predicamenta despiciunt,
adiungit etiam miracula que veniunt.
Unde post editam vocem, post inunda
tionem aquarum impetum apte subiungitur:
Numquid mittes fulgura et ibunt m C
et revertentia dicent tibi: Ecce assu
mus? Fulgura quippe ex nubibus ex
eunt, sicut mira opera ex sanctis predica
toribus ostenduntur. Qui enim ut sepe diximus
nubes vocari solent, quia et chorus
cant miraculis et verbis pluunt. Et
quia humana corda per ipsos predicatores

mota non fuerit, istis miraculorum
fulgoribus conturbatur. propheta attesta-
te didicimus qui ait: Fulgura multi-
plicabis et conturbabis eos. Ac si di-
ceret: Dum verba predicationis tue
non audiunt, predicatorum miracula
conturbantur. Unde et alias dictum est:
bac In lumine iacula tua ibunt, in splendo-
re fulguris armorum tuorum. Iacula
3 dei in lumine ire est, verba eius aperta
veritate resonare. Sed quia sepe homines
verba vite etiam intellecta despi-
ciunt, adiunguntur etiam miracula.
Unde illic subdidit: In splendore ful-
guris armorum tuorum. Fulgur quippe
armorum est claritas miraculorum.
Armis namque nos tuemur, iaculis
adversa sternimus. Arma ergo
cum iaculis sunt miracula cum predi-
camentis. Sancti enim predicatores
verbis suis quasi quibusdam iaculis
adversarios feriunt. Armis vero id
est miraculis semetipsos tuentur. Ut
et quantum sint audiendi, ostendunt
per impetum iaculorum, et quantum sint
reverendi, clarescit per arma miraculorum.
Dicitur igitur ad beatum Iob: Numquid mittes
fulgura et ibunt, et revertentia dicent
tibi: Adsumus. Sub audis ut mihi.
Vadunt enim fulgura, cum predicatores
sancti miraculis choruscant, et superna
reverencia auditorum corda transfigunt.
Revertencia vero dicunt: Adsumus,
cum non sibi sed dei viribus tribuunt
quidquid se fortiter egisse cognoscunt.
Unde enim deo dicitur: Adsumus; quod
vero in hoc verbo obsequium declaratur.
Revertentes itaque predicatores sancti
dicunt: Adsumus, quia laudem tribuere
gratie a quo se accepisse sentiunt vic-
toriam pugne, ne sibi tribuant
quod operantur, et terre quidem fulgura
operando possint, sed reniti superbiendo
non possint. Videamus igitur fulgur
vadens. Claudo cuidam ait Pe-
trus: Argentum et aurum non est mi-
hi, quod autem habeo hoc tibi do.
In nomine ihesu christi nazareni surge
et ambula. Et apprehensa manu eius
dextra allevavit eum et protinus

Act 3

Gde Gl. & c 9

consolidate sunt bases eius et plante
et exiliens stetit et ambulabat. Sed
cum de hoc facto iudeorum fuisset
turba commota, videamus nunc fulgur
egrediens quid ait: Viri israhelite quid
miramini in hoc, aut nos quid in-
tuemini, quasi nostra virtute aut pietate
fecerimus hunc ambulare. Deus
abraham et deus ysaac et deus
Iacob patrum nostrorum glorificavit filium
suum ihesum. Et paulo post: Cuius nos
testes sumus, et in fide nominis eius
hunc quem vidistis et nostis confir-
mavit nomen eius, et fides que
per eum est dedit integram sani-
tatem istam in conspectu omnium vestrum.
Iuit ergo fulgur cum petrus mira-
culum fecit, rediit cum non sibi tribuit
sed auctori quod ipse fecit. Vadunt ful-
gura cum predicatores sancti mira-
opera ostendunt, sed revertendo dicunt
ecce adsumus, cum ideo quod faciunt
ad potenciam auctoris referunt.
Quod tamen intelligi et aliter potest.
Fulgura etenim sicut superius dictum
est viri mittuntur et eunt, cum a secreto
contemplacionis ad publicum operacio-
nis exeunt. Mittuntur et vadunt cum
ctis ab scondito speculacionis in ime
active vite se latitudine diffun-
dunt. Sed revertencia dicunt deo:
adsumus, quia post opera exteriora
que peragunt semper ad sinum contem-
placionis recurrunt, ut illic ardoris
sui flammam reficiant, et quasi ex
tactu superne claritatis ignescant.
Citius enim in ipsa licet bona exte-
riora opera frigescerent, nisi intencione
solita ad contemplacionis ignem in-
cessanter redirent. Unde bene per salomonem
dicitur: Ad locum unde exeunt flumina Ecc 1
revertuntur ut iterum fluant. Ipsi
quippe illic flumina qui hic fulgura
sunt vocati. Quia enim corda au-
diencium rigant flumina, quia vero
accendunt fulgura vocantur. De quibus
alias scriptum est: Elevaverunt flumina
domine, elevaverunt flumina voces suas.
Et rursum: Illuxerunt fulgura eius
orbi terre. Ad locum ergo deo exeunt

flumina reuertuntur. quia sancti viri et si a conspectu creatoris sui aliquo claritatem conspicere conantur, foras propter nos ad actiue vite ministerium veniunt. in secretum tamen ad summi contemplacionis studium recurrunt. et si in predicacione sua exterius mentibus auribus per corporalia verba se fundunt, mente tamen tacita ad considerandum ipsum fontem luminis reuertuntur. de quibus bene dicitur, Vt iterum fluant. Nisi enim ad contemplandum solicita semper mente recurrerent, minimum in tua creatoris et exteriora predicacionis eorum verba siccarent. Sed dum inde desuper derivantur, quasi decursa foras flumina intus semper oriuntur. quibus illic aquam dum sumunt, unde ad nos predicando defluunt. Dicit igitur recte Nunquid mittis fulgura et ibunt. et reuertencia dicent tibi ecce assumus. Sub audis ut ego qui predicatores meos cum voluero post contemplacionis gratiam ad actiue vite ministerium compono. quos tamen semper ab omnibus exterioribus ad summum culmen contemplacionis reuoco. ut modo missi in speculacionis studium apud me familiarius viuant. Reuertencia itaque dicent assumus. quia quamuis per exteriora acta prava quid contemplacionem deesse videantur, per ardorem tamen desiderii quem in mente sua continue accendunt ob sequentem deo suam presenciam ostendunt. assumus namque dicere est presentes se amando monstrare. Sequitur. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam. Quem hoc loco aliud galli nomine designatur nisi modo alio repetitum predicatores sancti qui inter tenebras vite presentis student venturam lucem predicando quasi cantando nunciare. Dicunt enim, Nox precessit dies autem appropinquabit. Qui vocibus suis sopitum torporem excuciunt clamantes Hora est iam nos de sompno surgere. Et rursum Euigilate iusti et nolite peccare. De hoc gallo alias scriptum est, Tria sunt que bene

gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Gallus succinctus lumbos. Et aries nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur de quo scriptum est, Vicit leo de tribu iuda. qui fortissimus bestiarum dicitur. quia in hoc illud quod infirmum est dei, forcius est hominibus. Qui ad nullius pavebit occursum. Dicit enim Venit enim princeps huius mundi et in me non habet quicquam. Gallus succinctus lumbos id est predicatores sancti inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes, qui succincti lumbos sunt, quia in membris suis luxurie fluxa restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Vnde et eisdem a domino dicitur, Sint lumbi vestri precincti. Et aries nec est rex qui resistit ei. Quem aliud hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum, de quibus scriptum est. Afferte domino filios arietum. Qui per exempla sua gradientem post se quasi subsequentem omnem gregem trahunt, quibus spiritualiter recte vincentibus nullus rex sufficit omnino resistere. quia quibus persecutor obviet in tencionem suam eorum non valet impedire. sciunt enim ad eum quem desiderant et anxie viuendo recurrere et moriendo peruenire. Ponitur primus leo. secundus gallus, tercius aries. Apparuit enim Christus deinde predicatores sancti apostoli et tunc deinde spirituales patres ecclesiis prepositi, videlicet duces gregum. quasi ductores sequencium post se. Sed hec adhuc melius affirmamus. si eiusdem loci etiam reliqua exponendo subiciamus. Nam quia per hoc et antichristus apparebit, hoc illic quartum subdidit dicens, Et qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset ori suo imposuisset manum. Ipse quippe in sublime elevabitur cum deum se esse menciet. Sed elevatus

ad opera redeant modo reuertantur

Iob 38

rex

Io 14

Luc 12

aut

Ro 13

1 cor 17

Pro 30

in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elacione sua per adventum veri iudicis deficiet. Et si intellexisset ori imposuisset manum, id est si supplicium sibi cum superbire exorsus est providisset, bene aliquando conditus in tanta iactancie superbie non fuisset elatus. Deinde nequaquam moverat quod superius dictum est: Quartum quod incedit feliciter. Ea quippe incedere bene dixit, et quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter bene, neque in hac vita omne quod bene feliciter. Nam leo gallus et aries bene incedunt, sed non hic feliciter quia persecucionum bella paciuntur. Quartum vero feliciter et non bene incedit, quia in fallacia sua antixpistus graditur, sed iuxta breve tempus vite presentis ipsa illa fallacia prosperatur. Sicut de eo sub antiochi specie per danielem dictum
8. est: Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, et prosternetur veritas in terra, et faciet et prosperabitur. Quod salomon ait: Incedit feliciter, hoc daniel dicit: prosperabitur. Iuxta
30 hoc itaque testimonium quod per salomonem dicitur: Gallus succinctus lumbos, apte eciam hoc loco gallos predicatores sanctos accipimus. Adest ergo refertus cunctis deus dicit: Quis posuit in visceribus hominis sapienciam, vel quis dedit gallo intelligenciam. Ac si diceret: Iniector hominis humana sapientis superne sapiencie graciam quis infudit. Vel ipsis sacris predicatoribus quis nisi ego intelligenciam dedi, ut sciant quando vel quibus debeant venturum mane nunciare. Id circo enim quid vel quid agunt senciunt, quia hoc interiori me revelante cognoscunt. Notandum vero est quod sapiencia divinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia minimorum quantum ad elocucionem spectat non in solis vocibus sed eciam in sensibus datur, ut iuxta quod locutus lingwa vivat conscia et luxeris tanto clarius resplendeat in superficie quanto verius inardescit in corde.

Magni autem laboris est hoc quod addit: Vel quis dedit gallo intelligenciam. Subtiliori adhuc exposicione discuciendum. Intelligencia quippe doctorum tanto esse subtilior debet, quanto se ad penetranda invisibilia exercet, quanto nil materiale discutit, tanto et per vocem loquens corporis, omne quod est corporis transit, que profecto nullatenus summis cognovet, nisi eam cantanti gallo id est predicanti doctori ipse summorum conditor inspiraret. Intelligenciam quoque gallus accipit, ut prius nocturni temporis horas discuciat et tunc demum vocem excitacionis emittat. Quia videlicet sanctus quisque predicator prius in auditoribus suis qualitatem vite considerat, et tunc demum ad erudiendum congrua voce predicacionis format. Quasi enim horas noctis discutere est accionum tenebras apta increpacionis voce corripere. Gallo itaque intelligencia desuper tribuitur, quia doctori veritatis discrecionis virtus ut noverit quibus quid quando vel quo inferat divinitus ministratur. Non enim una eademque cunctis exhortacio convenit, quia nec cunctos morum qualitas astringit. Sepe autem aliis officiunt que aliis prosunt. Nam et plerumque herbe que hec animalia reficiunt, alia occidunt, et levis sibillus equos mitigat catulos instigat, et medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit, et panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audiencium debet formari sermo doctorum, ut ad sua singulis congruat, et tamen a communi edificacionis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intente mentes auditorum nisi quedam in cythara tensiones stare cordarum, quas tangendo artifex ut non sibimetipsis dissimile canticum faciant dissimiliter pulsat, et idcirco corde consonam ~~copulacionem~~ reddunt
||modulacionem||

Peccatorum vita
Quasi horas noctis discutere est

par

et

Electi quod locuntur ex hac ostendunt opere
et retinent in corde et conscientia

quia uno quidem plectro, sed non
uno impulsu feriunt. Unde et doc
tor quisque ut in una cunctos virtute
caritatis edificet, ex doctrina non
una eademque exhortatione tangere
corda audientium debet. Aliter namque
viri aliter femine ammonende sunt, aliter
iuvenes, aliter senes, aliter inopes
aliter locupletes, aliter leti, aliter tristes
aliter subditi, aliter prelati, aliter servi
aliter domini, aliter huius mundi sapi
entes, aliter hebetes, aliter impudentes
aliter verecundi, aliter protervi, aliter pu
sillanimes, aliter impacientes, aliter
pacientes, aliter benivoli, aliter in
vidi, aliter simplices, aliter impuri
aliter incolumes, aliter egri, aliter qui
flagella metuunt et propterea innocenter
vivunt, aliter qui sic in iniquitate
duruerunt ut nec per flagella corri
gantur. Aliter nimis taciti, aliter mul
tiloquio vacantes, aliter timidi, aliter
audaces, aliter pigri et aliter precipites
Aliter mansueti, aliter iracundi, aliter per
tinaces, aliter inconstantes, aliter qui
sua iam misericorditer tribuunt, aliter
qui aliena rapere contendunt. Aliter qui
nec aliena rapiunt nec sua largi
untur, aliter qui et ea que habent
sua tribuunt et aliena rapere non de
sistunt, aliter discordes, aliter pacati
aliter seminantes iurgia, aliter paci
fici, admonendi sunt qui sacre le
gis verba non recte intelligunt,
aliter qui intelligunt [...] predicare
digne valent prae humilitate formi
dant, aliter quos a predicatione imperfectio
vel etas prohibet et tamen precipita
tio impellit, aliter qui in hoc quod
temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui
quidem que mundi sunt concupiscunt
sed tamen adversitatis labore fatigantur
aliter coniugiis obligati, aliter a con
iugiis nexibus liberi, aliter ad
mixtionem carnis experti, aliter
ignorantes, aliter qui peccata deplorant
operum, aliter qui cogitationum, aliter qui
commissa plangunt nec tamen deserunt

aliter qui deserunt nec tamen plangunt
aliter qui illicita que faciunt etiam laudant
aliter qui accusant prava nec tamen
devitant, aliter qui repentina con
cupiscentia superantur, atque aliter qui ex
consilio in culpa ligantur, aliter qui licet
minima crebro tamen illicita faciunt, atque
aliter qui se a parvis custodiunt, sed
aliquando in gravibus demerguntur. Aliter qui
bona nec inchoant, aliter qui inchoa
ta minime consumant, aliter qui mala
occulte agunt et bona publice, a
liter qui bona que faciunt abscondunt
Et tamen quibusdam factis publice
mala de se opinari permittunt. Eorum
dem de singulis quis sit admoni
tionis ordo subtiliter insinuare de
bemus, sed formidata locutionis prolixi
tate prepedimur. Auctore autem deo
in alio opere explere appetit animus
si tamen laboriose huius vite aliquantulum
restiterit tempus. Hoc nimirum aliud
quod de galli huius intelligentia con
siderare debemus, quia profundio
ribus horis noctis valentiores ac
protractiores edere cantus solet. Cum
vero matutinum iam tempus ap
propinquat, leniores et minores suo
voces format. In quibus galli huius
intelligentia quid nobis insinuat considerata
predicatorum discretio demonstrat.
Cum enim iniquis adhuc mentibus
predicant, altis et magnis vocibus
eterni iudicii terrores intimant, quia
videlicet in profunde noctis tenebris
clamant. Cum vero iam auditorum
suorum cordibus veritatis lucem adesse co
gnoscunt, clamores sui magnitudinem
clementiam dulcedinis vertunt, et non
tam illa que sunt de penis terribilia,
quam ea que sunt blanda de premiis pro
ferunt. Qui etiam minutis tunc
vocibus cantant, quia propinquante
mane subtilia quoque de mysteriis
predicant, ut sequaces sui eo mi
nutiora quoque de celestibus audiant
quo luci veritatis appropinquant. Et quos
dormientes loquens galli clamor ex

lr

alit

zec qd' intellig
sz no humilr lo
cut ⁊ alit

3

citaverat, vigilantes suavior delectat. Quamvis correcto cuilibet de
regno cogitare subtiliter distria
libeat, qui prius de iudicio adversa
formidabat [~~...~~]t. Quod bene per Moysen
exprimitur, cum ad procedendum exercitum
tube clangere concisius iubentur.
Scriptum namque est: Fac tibi duas
Nume. 10 tubas argenteas ductiles, et paulo post: Cum concisus clangor
increpuerit, movebuntur castra. Per
duas enim tubas exercitus ducitur,
quia per duo precepta caritatis ad procinctum fidei populus vocatur. Et
ideo argentee fieri precipiuntur, ut
predicatorum verba lucis nitore pateant et auditorum mentes nulla
sui obscuritate confundant. Ideo autem
ductiles, quia necesse est ut hi qui
venturam vitam predicant, tribulationum
presentium tunsionibus crescant. Bene autem
dicitur: Cum concisus clangor increpuerit, movebuntur castra. Ea nimirum
predicationis sermo cum subtilius ac
minutius agitur, auditorum corda contemplationis certamina ardentius excitantur.
U. G. Est et adhuc in gallo aliud solerter intuendum, quia cum iam edere
cantus parat, prius alas excutit
et semetipsum feriens vigilatiorem
reddit. Quod patenter cernimus, si
sanctorum predicatorum vitam vigilanter
videmus. Ipsi quippe cum verba predicationis movent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere alios excitent voce,
sed ante se per sublimia opera sua excuciunt et tunc ad bene agendum
alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia
quidquid in se inutiliter torpet sollicita
inquisitione deprehendunt, districta autem
animadversione corrigunt. Prius sua punire
fletibus curant et tunc que aliorum
sunt punienda denuntiant. Prius ergo
alis insonant quam cantus emittant,
quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt operibus
clamant et cum perfecte in semetipsis
vigilant, tunc dormientes alios advigilias vocant. Sed unde hec tanta
doctori intelligentia, ut et sibi perfecte
vigilet et dormientes ad vigilias
sub quibusdam clamoris provectibus
vocet, et ut peccatorum tenebras prius
caute distinguat et districte post modum
lucem predicationis ostendat, ut singulis iuxta modum et tempora
congruat et simul omnibus que
illos sequantur ostendat? Unde ad tanta
et tam sublimia tenditur, nisi extra
sectus ab eo a quo est conditus doceatur? Quia igitur laus tante intelligentie non predicatoris virtus
est, sed auctoris, recte proinde auctorem dicit: Vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: Nisi
ego, qui doctorum mentes quas
mire ex nichilo condidi, ad intelligenda que occulta sunt mirabilibus instruxi. Unde bene in eisdem
predicatoribus non solum inspiratorem
se intelligentie, sed etiam auctorem se
locutionis ostendat adiungit: Quis
enarrabit celorum rationem? Quorum
tamen verba, quia cum sese nobis
presentem ostendit subtrahit, paulusque subdit: Et concentum celi quis dormire faciet? Iungat enim vita infirmitati nostre dominus non aperta specie
maiestatis sue, sed predicatorum suorum
voce locutus est, ut corda adhuc
carnalia carnis lingua pulsaret,
et tanto facilius insueta perciperent,
quanto ea per commixtum consuete vocis
audiret. At postquam per mortem in pulverem caro resolvitur et per carnem pulvis animatur, tunc dedeo audire
verba non querimus, quia verum ipsum
qui implet omnia presentem dei verbum
videmus. Quod tanto nobis altius sonat, quanto et mentes nostras
in tante illustrationis penetrat.
Sublatis namque ortis et occidentibus
verbis, quasi quidam sonus eterne
predicationis fit ipsa ymago interne
visionis. Unde recte nunc ad beatum Iob
dominus dicit: Quis enarrabit celorum rationem, et concentum celi quis
dormire faciet? Quid enim celorum

ratio accipitur nisi vis superna secretorum?
Quid per celi concentum nisi concors
predicamentum sermo signatur? Conditor
igitur noster cum celorum rationem narrare
cepit, dormire celi concentum facit,
quia cum iam nobis per speciem ostenditur,
minimum predicamentum verba subsistunt.
31 Hinc enim per Jeremiam dominus dicit: Non
docebit ultra vir proximum suum
et vir fratrem suum dicens: Cognosce
dominum. Omnes enim cognoscent me
a minimo usque ad maximum, dicit
dominus. Hinc Paulus ait: Sive pro
1 cor 13 phetie evacuabuntur, sive lingue
cessabunt, sive scientia destruetur. Vel
certe celorum ratio est ipsa vivifica
trix unitas, que spiritus format an
gelorum. Deus enim sicut est causa
cunctorum, sicut vita viventium, ita
etiam ratio rationabilium creaturarum.
Tunc ergo rationem celorum dominus
narrat, cum semetipsum nobis quo
electis spiritibus presit insinuat. Tunc
celorum rationem narrat, cum detersa
mentis nostre caligine clara se visi
one manifestat. Unde et in euangelio dicit:
Jo 16 Venit hora cum iam non in proverbiis
loquar vobis, sed palam de patre
annuntiabo vobis. Palam quippe
de patre annuntiare se asserit, quia
tunc patefactam maiestatis sue
speciem, et quo ipse gignenti non impar
oriatur, et quo utrorumque spiritus utrique
coeternus procedat ostendit. Aperte
namque tunc videbimus ~~quomodo~~
quomodo hoc quod oriendo est ei
quo oritur subsequens non est; quo
modo is qui processione producitur, a precedenti
bus non preitur. Aperte tunc videbimus
quomodo et unum dividuum tria sunt,
et indivisibiliter tria unum. Lingua
ergo tunc narrantis dei est visa
claritas sublimitatis, et concentus
celi tunc dormiet, quia apparente
in iudicio retributore omnium, exhor
tationum iam verba cessabunt. Unde
et apte ipsum eiusdem temporis ad
iungitur, cum illico profertur: Quando
viii I fundabatur pulvis in terra et glebe
compingebantur? More enim suo
que adhuc futura sunt, quasi iam
preterita divinus sermo describit, hoc
in se videlicet pensans quod per eum
dicitur: Qui facit que futura sunt.
Pulvis itaque tunc in terra fun
datur, quia in solida membra redi
gitur, et glebe compinguntur, quia minutorum
firma corpora ex pulvere collecta consur
gunt. Sed postquam hec verba divina quo
desiderio intelligenda sunt diximus,
Nunc etiam quid de prelatis insinuet
intendamus. Quis enarrabit celorum
rationem, et concentum celi quis dormi
re faciet? Celorum rationem dominus nar
rat, dum ad inveniendam superna
secreta electorum suorum mentes illuminat.
Concentum vero celi dormire facit,
dum concordes hymnos angelorum
atque illa celestia virtutum gaudia
reproborum cordibus iusto iudicio ab
scondit. Qui enim concentus celi quibusdam
interius vigilet, in ipsa tamen
reproborum ignorantia exterius dor
mit. Enarratur ergo secreti celestis
ratio, et tamen concentus celi dor
mire permittitur, quia et aliis per in
spirationem superne retributionis sancta
scientia panditur, et aliis que sit interne
laudis suavitas occultatur. Narratur
celorum ratio, quia electorum mentibus
que sit supernorum retributio inde pateat
capitur, ut nimirum sine refectione
proficiant, et transcendentes visibilia se
se ad invisibilia extendant. Omne
enim visibile quod in hac vita repro
bos figit, hoc electos ad alia impellit,
quia dum bona que facta sunt respi
ciunt, et eum qui fecit sic exardescunt,
tanto quod eum prestantius amant, quanto
illum hoc quod ipse bonum condidit
preire consideraverit. Loquitur hoc eis quip
pe in exterius silentes species invisibilis
lingua conditoris, quam tanto ple
nius intus audiunt, quanto ab exte
riorum desideriorum strepitu perfectius
conticescunt. Hiis itaque celi concentus non
dormit, quia eorum mens que sit
laudis superne suavitas appositi
amoris aure cognoscit. Intus enim
quod appetunt audiunt et de celestium

bonorum primis ipso desiderio dimicantes insistunt. Unde et praesentem vitam non solum adsistente sed etiam ferventem tolerant, quia eis onerosum est omne quod cernitur, dum ab eo quod intus audiunt differuntur. Omne quod sibi praesto est grave aestimant, quia illud non est ad quod anhelant. Indesinenter autem eorum mens ipsis temptationum laboribus fessa, in illud caeleste gaudium desiderio suspenditur, dum tamen cordis intro erumpere concentus festivitate sibi cottidie superiorum civium praestolatur. Iste concentus supernae laudis in aure illius erumpebat, qui dicebat: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei in voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Cum igitur intus vocem exultationis et confessionis ac sonum civitatis epulantis audierit, quid illum aliud nisi concentus caeli excitabat? Qui tamen concentus reprobis dormit, quia eorum cordibus nequaquam per vocem compunctionis innotescit. Non enim considerare illam desiderabilem superiorum civium frequentiam student, nullo ardoris studio illa sollempnitatis internae festa conspiciunt, nulla intimae contemplationis penna sublevantur, solis namque visibilibus serviunt, et idcirco nil superne sonantis in tinnitus audiunt, quia eos sitiunt et supernis diximus in aure cordis curarum saecularium sordidi tumultus premunt. Ecce igitur occulta dispensatione iudicii quod aliis aperitur, aliis clauditur, quod aliis detegitur, aliis occultatur. Dicatur recte: Quis enarrabit caelorum rationem et concentum caeli quis dormire faciet? Quod tamen tunc nobis latius innotuit, cum redemptor noster per dispensationis mysterium apparens et indignis miraculum praebuit, et eos a se qui digni videbantur exclusit. Unde hic quoque apte subiungitur: Quando fundebatur pulvis in terra et glebae compingebantur? Quid enim in pulvere nisi peccatores accipimus, quos nullo virtutis

ponderis resolidat cuiuslibet temptationis flatus rapit? De quibus scriptum est: Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terrae. Pulvis ergo in terra fundatus est, cum peccatores vocati in ecclesia in dote fidei sunt ratione solidati, ut qui prius in constantia mobiles temptationis aura levabat, immobiles postmodum contra temptamenta consisterent, et deo proficiente in gentes fixum boni vivendi pondus tenerent. Glebae vero ex humore coagulantur et pulvere. In hac itaque glebae compactae sunt, quia vocati peccatores, et per spiritus sancti gratiam infusi, in collectione sunt caritatis uniti. ǁ tra Iste glebae in terra compactae sunt, quia populi qui prius quasi in dispersione pulveris divisa sentiebat, postmodum sancti spiritus gratia accepta in illa pacatissima unanimitatis concordia convenit, ut cum esset tam multa, velut in unum quemque multa scriptura testante diceret: Quia erat in eis cor unum et anima una. Act x Has glebas ex uno quidem pulvere sed quasi divisa mole distinctas conditor noster in terra compingit, quia fungata unitate sacramenti, mixta varietate morum atque singularum fideles in ecclesia populos colligit. Has glebas iam tunc dominus designavit, quando ad esum panis et piscium quinquagenos discumbere vel centenos iussit. Mt 6 Quas tamen glebas si in ecclesia ex diversitate meritorum attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Nam dum alius est ordo praedicantium, alius auditorum, alius regentium, atque alius subditorum, alius coniugum, alius continentium, alius paenitentium, alius virginum, quasi ex una terra est divisa glebarum forma distincta, dum in una fide et una caritate disparia demicant. Unde opportune nimirum has glebas populus ille signavit, qui ad constructionem tabernaculi sub uno studio diversa donaria obtulit, de quo scriptum est: Quod et ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat viri cum mulieribus Exo 37

protulerunt armillas et inaures anulos
et dextralia, omne vas aureum
in donaria domini separatum est. Sed quas
hic iacinctum purpuram coccum bis
tinctum byssum et pilos caprarum. In or-
namento ergo tabernaculi viri dona
cum mulieribus offerunt quia tex-
tu sancte ecclesie et fortium facta
sublimia et infirmorum opera extrema
iunguntur. Quid autem per armillas que
lacertos astringunt nisi prepositorum val-
de laboriosa opera demonstrantur. Et
quid per inaures nisi subditorum obe-
diencia exprimitur. Quid per anulos
nisi signaculum secretorum. Plerumque enim
in signo signatur quod ab indignioribus capi
non posse considerant. Et quid per dex-
tralia nisi prime operationis ornamenta
memorantur. Quid per vas aureum in
donaria domini separatum nisi divinitatis
intelligencia accipitur. que tanto ab in-
feriorum amore secernitur quanto ad sola que
eterna sunt avida sublevatur.
Quid per iacinctum nisi spes celestium.
Quid per purpuram nisi cruor ac toleran-
cia passionum amore regni superni
exhibita. Quid per bis tinctum coccum
nisi caritas designatur. que perfec-
tione bis tingitur, quia dei et proximi
perfectione decoratur. Quid per byssum
nisi inmaculata carnis incorruptio.
Et quid per pilos caprarum ex quibus
cilicium asperitas texitur nisi digna
penitentium afflictio designatur. Dum
ergo alii per armilla et anulos forte
magisterium exercent, alii per inaures
et dextralia devotam obedienciam
recteque operationem exhibent, alii per
separatum vas aureum preclaram
subtiliorem intelligenciam tenent.
alii per iacinctum purpuram coccumque an-
dita celestia sperare credere amare
non desinunt. Etiam que adhuc
subtiliori intellectu minime cogitant.
Alii per byssum incorruptionem carnis
offerunt, alii per caprarum pilos de-
plorant culpe. quod libent admi-
serunt. quasi ex una terra in unum
glebe perfluunt. Quia ex uno trini
obsequio facta fidelium disparia
procedunt. Que nimirum glebe ne-

quaquam concrete expulsione surgerent
nisi aqua prius pulvis acciperet, et ex
cepto se humore solidaret. quia nisi
peccatores quosque gracia sancti spiritus in-
funderet, constrictos eos ad fidei opera
caritatis unitas non teneret. Quando
igitur dominus enarravit celorum racionem,
vel concentum celi dormire fecit ape-
ruit. Ait enim. Quando fundabatur pulvis
in terra et glebe compingebantur. Ac si dicat
tunc primum vocatione et districtione
manifesta secreta spiritalia. et non
sine misericordia aliis aperui, et non sine
iusticia aliis clausi, cum alios res-
picere et alios intra eciam concor-
dia caritatis adunarem. Que scilicet
etiam quia ad presidia iudeorum repulsa
ad rapiendas gentes se contulit
atque in suo corpore convertendas
quidem non suis sed domini viribus fecit
apte subigit. Numquid capies lee-
ne predam. aut animam catulorum eius
implebis. Ista nimirum illa leena
est. de qua iob dixit, cum superbiente
iudeam diceret, perdiscite eciam pre-
missam. Non calcaverunt eam filii in-
stitorum. nec pertransiit per eam leena.
Huic ergo leene predam dominus capit
ut animam catulorum eius impleat.
Quia ad augmentum huius ecclesie multos
de gentilitate diripuit, et per a...
suorum esuriencia apostolorum vota sa-
ciavit. Ipsi quippe catuli pro mente
teneritudine et formidinis instin-
vocati sunt quia passo domino clausis
foribus residebat. Sicut de illis scrip-
Jo. 20 tum est. Cum esset sero die illa una
sabbatorum et fores essent clause ubi
erant discipuli congregati propter metum
iudeorum, venit ihesus et stetit in medio
eorum. Sed hic quosque de eisdem catulis
subiungit. Quando cubant in antris
et in specubus insidiantur. Cum enim
sancti apostoli nequaquam contra membra
diaboli in voce libere predicationis
exsurgerent. et nec dum post passi-
onem domini sancti spiritus effusione
solidati redemptorem suum firma auc-
toritate predicaret, adhuc contra

adversarios suos quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus qui in quibusdam abditis specubus sub catuli raptum mundum cubabant, ut quam praedam postmodum per semetipsos diriperent. De quibus tunc certum est quod mundi impetum etiam sibimetipsis latendo formidarent. Et his foribus clausis isti catuli mortem magistri sui insidiantes aspicerent, ut culpam nimium inficiant, omnem quod in nobis peccati vitium necarent. Horum primo illi esurienti catulo, sed iam valenti contra perfidiam gentilitate, quasi mactata praeda dicitur: Macta et manduca. His catulis necdum adhuc infirmis, ut cubare in antris debeant iubetur, cum eis divina voce dicitur: Sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto. Hinc non recte leene catuli vocantur, qui in ecclesia editi adiacentem mundum ore rapuerunt. Et haec quidem facta esurientibus apostolis novimus. Haec etiam nunc fieri a sanctis doctoribus videmus. Ipsi enim etsi subsequentium populorum patres sunt, tamen praecedentium filii. Unde et non immerito catuli dicuntur. Vel certe quia etsi quorundam fidelium magistri sunt, universalis ecclesie tamen discipulos se esse gloriantur. Leene itaque dominus praedam capit, quia virtute sue praedicationis ab errore vitam delinquentium diripit. Et animas catulorum illius replet, quia conversione multorum patres doctorum desideriis satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur: Quando cubant in antris et in specubus insidiantur. Neque enim cuncta tempora doctrine sunt congrua. Nam plerumque doctorum virtus perditur, si intempestive proferatur. Saepe vero et quod leniter dicitur convenienti tempore congruentius auditur. Ille ergo scit recte dicere, qui et ordinate novit tacere. Quid enim prodest eo tempore insanientem corripere quando alienata mente non aliena verba valet percipere, sed semetipsum vix valet tolerare? Furentem quippe qui per invectionem corripit, quasi ei qui non sentiat plagas ebrio imponit. Doctrina itaque ut pervenire ad cor audientis valeat, quae sunt congrua temporum momenta perpendat. Bene ergo de eisdem catulis dicitur: Cum cubant in antris et in specubus insidiantur. Doctores enim sancti qui et arguenda conspiciunt et tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, et velut in antris se contegunt, quia intimis cordibus occultant. Sed cum opportuni tempus invenerint, repente prosiliunt, nulla quae dicenda sunt reticent, et cervicem superbientium morsu aspere increpationis tenent. Sunt itaque per apostolos seu doctores quos apostolorum loco subrogavit, hinc leene cotidie dominus praedam capit, et per eos quos cepit alios capere non desistit. Ad hoc quippe isti huius mundi peccatores rapiunt, ut per conversos eos alii etiam ex mundo rapiantur. Unde et ipsa gentilitas quae prius apostolorum more capta est, tanta nunc fame alios esurit, quanta se ab apostolis concupitam fuisse cognoscit. Proinde et apte subiungitur: Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quod non habeant cibos? xi n. Quid enim corvi pullorumque eius nomine nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per prophetam dicitur: Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum invocantibus eum. Iumenta quippe escam accipiunt dum sacre scripture pabulo mentes Iudaeorum brute saciantur. Pullis vero corvorum filiis scilicet gentilium esca datur, cum eorum desiderium ~~in~~ confessione re[ica]fiat. Iste corvus Paulus esca fuit dum ipsum etiam quereret, sed nunc escam accipit, quia ipse ad conversionem alios exquirit. Cuius videlicet pulli id

Doctrina requirit tempus congruentem.

est praedicatores ex eo editi non in se
praesumunt, sed in viribus redemptoris
sui. Unde bene dicitur. Quando pulli eius
ad deum clamant. Nichil enim sua
virtute posse se sciunt, et quamvis
animarum lucra piis votis esuriant
ab illo tamen qui cuncta in se sperantibus
operatur haec fieri exoptant, verum nimirum
fide comprehendunt quia neque qui plan-
1 cor 3 tat est aliquid. neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus. Quod
vero dicitur, vagantes eo quod non
habeant cibos. Huius vagatione
nichil aliud. quam aestuationem praedica-
torum vota signantur. Qui dum in
ecclesie sinum populos recipere ambiunt
magno ardore succensi, nunc ad
hos nunc ad illos colligendos desi-
derium mittunt. Quasi quaedam quippe
vagatio est ipsa cogitationis aestuatio
et velut ad loca varia mutatis
nutibus transeunt, dum praedi-
cationis cibum in aliorum modos ac
in partes diversas esuriente mente
distinguunt. Hanc vagationem pulli cor-
vorum. id est filii gentilium ab ipso ma-
gistro didicerant. Ipse quippe quam
qui valida caritate flagrabat tam nimia
ex locis ad loca se vagatione permittit
transire ad alia ex aliis appetit
quia ipsa enim quae implet cari-
tas impellit. Longe namque aroma-
tis potius spirabit. Memoriam vestri
Ro 1 facio semper in orationibus meis obse-
crans si quo tandem aliquando prosperum
iter habeam in voluntate dei ve-
niendi ad vos. Desidero enim videre
vos. Retentus ephesi corinthiis
2 cor 13 scribit. Ecce tertio hoc paratus sum
venire ad vos. Rursum ephesi co-
morans galathis loquitur dicens
Gal 4 Vellem modo esse apud vos et mu-
tare vocem meam. Romae quoque cus-
todia carceris clausus. quia ire
per semetipsum ad philippenses non per-
mittitur, transmittere discipulum pollicetur
Phi 2 dicens. Spero in domino ihesu tymotheum
cito me mittere ad vos. ut et ego
bono animo cognitis sim, quae circa
vos

vos sunt. Constrictus etiam vinculis
atque ephesi retentus colocensibus
scribit. Nam si corpore absens sum. sed
spiritu vobiscum sum. Ecce quo sancto de-
siderio quasi vagatur, hic corpore
tenetur. illuc spiritu ducitur, et paterni
amoris affectum istis praesentibus exhibet
illis absentibus ostendit. Coram positis
impendit opera, audientibus exprimit
vota. Efficitur plus eis cum quibus
erat, nec tamen absens eis cum
quibus non erat. Cuius vagationem
Ro melius cognoscimus, si eius ad
ad corinthios verba pensamus. ait. 11
17 Veniam ad vos cum macedoniam
pertransiero. Nam cum macedoniam
pertransiero, apud vos autem forsitan ma-
nebo. vel forsitan hiemabo. Pendi-
mus quaeso quae sit ista vagatio
Ecce alio iam tendit, alio se iturum
prohibet. atque alio defluxurum permittit
Quid est quod tam anxie per tot loca
petitur. nisi quod circa omnes una ca-
ritate constringitur. Caritas enim quae
divisa unire consuevit. unum cor
pauli per multa dividi compellit. Sed
tamen tanto artius in deo colligitur
quanto latius per sancta desideria
spargitur. Praedicando enim paulus vult
simul omnia dicere, quia in carne
permanendo vult omnibus vivere. et
se accitum(?) transeundo per sacrificium fidei
vult omnibus prodesse. vagentur itaque
pulli corvorum id est nigrum sui
nuntient. filii gentium corporeum
mentis exclamant, et tam clarum
lucrum. hoc est album sui nomine
repperiunt non quaestum ex paucioribus
sed ad pauciores extendant et aestuantes
in utilitate multorum refectionem suam
quasi vagantes esuriant. Quam vo
praedicationis opera distinguendo refectione
fidei gentilitatem satiare non cessat
dicitur recte. Quis praeparat corvo escam
suam. quando pulli eius ad deum cla-
mant vagantes eo quod non habeant
cibos. Potest etiam corvi nomine xy
nigra per infidelitatis nimia plebs

iudaeam designari. nam pulli eius ad deum clamare referuntur, ut eidem corvo adeo esca praeparetur. Quia nimirum sancti apostoli plebis israeliticae carne generati, dum perfecte sua preces ad deum fundent, qui pulli corvorum eius de ipso carnaliter editi sunt, spiritualem intelligentiam parente populum paverunt. Igitur dum pulli eius clamant, corvo esca paratur, quia dum apostoli exorant, plebs iudaeorum perfida ad cognitionem fidei ducitur, et ex praedicatione filiorum quam expulsorum voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus intueri quod huic corvo dicitur, praeparari pullis clamantibus et postmodum vagantibus parari. Clamantibus namque pullis corvo esca praeparata est, cum praedicantibus apostolis verbum dei iudaea audiens modo in tribus milibus, modo in quinque milibus in spiritualem intelligentiam satiata. Sed cum reproborum multitudo crudelitatem suam contra praedicantes exerceret, et quasi pullorum vitam necaret, sunt iidem pulli in universa mundi parte dispersi sunt. Unde et eisdem carnalibus patribus spiritualem praedicationem resistentibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis vitae aeternae, ecce convertimur ad gentes. Scientes perfecto quod postquam gentilitas crederet, etiam iudaea ad fidem veniret, dum scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis israel salvus fieret. Quia igitur summopere sancti apostoli et studuerunt primum audientibus praedicare, et postmodum resistentibus exemplum conversae gentilitatis ostendere, quasi esurientes pulli huic corvo escam suam tempore clamando et postmodum vagando quaesierunt. Unde cum vagantur pulli, inde escam corvus invenit, qua

dum per laborem praedicationis conversam ad deum gentilitatem iudaicus populus respicit, ad extremum quoque stultitia suae infidelitatis erubescit, et tunc scripturae sacrae sententias intelligit, cum prius quod sibi eas innotuisse cognoscit, atque expleta vagatione pullorum ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit, quia parvis in mundo cursibus apostolorum sero ea spiritualiter percipit, a quibus dum perfida se abstringeret remansit. Quae quia omnia per sensus divinae potentiae aliquatenus aguntur, recte dicitur: Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quod non habeant cibos? Subaudis: nisi ego, qui fidelem populum filiis suis et exorantibus tolero et praedicantibus pasco, atque ad alia contendunt vagantibus quoque in fine sustineo. Est adhuc et aliud quod de corvo moraliter possit intelligi. Editis namque pullis, ut fertur, escam plene praebere dissimulat, prius quam plumescendo nigrescant, eosque tedio affici patitur, quousque in illis plumarum sua similitudo videatur. Qui hinc illincque vagantur in nido, et ciborum expetunt aperto ore subsidium. At cum nigrescere coeperint, tanto eis praebenda alimenta ardentius requirit, quanto illos alere diutius distulit. Corvus perfecto est doctus quisque praedicator, qui magna voce clamat, dum peccatorum suorum memoriam atque cognitionem propriae infirmitatis quasi quadam coloris nigredine praefert. Cum quidam nascuntur in fide discipuli, sed fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam nesciunt, fortasse apertis praeteritis memoria aciunt, atque per hoc eam quam assumunt contra huius mundi gloriam nigredinem non ostendunt, hi nec ad accipiendas escas os aperiunt

P

cum doceri desererent sublimibus
querunt/ Sed eis doctor suus pre-
dicatorum alimenta sublimium
tanto minus tribuit, quanto illos
per culpa preterita minus digne de se
cognoscit/ Exspectat quippe atque
ammonet ut amaritudine vite prioris
prius penitentie lamenta ingrediantur
et tunc demum congrua predicatio-
nis subtilissime incitamenta per-
cipiant/ Corvus in pullis oram
in hyantia respicit/ sed cum in eis
peiorem nigredine idem corpus
quereret/ Et districtus doctor in-
terna mistica eorum sensibus non
instruat· quos adhuc ab hoc
seculo nequaquam se abiecisse con-
siderat/ Quanto igitur discipuli
exterius per cultum vite prioris ni-
mis quasi nigrescant, tanto per
cibum ubi intimus minus replentur
et quo se a corporali gloria non
evacuat· eo a spirituali refectione
ieiunat/ Si vero in confessione
vite preterite lamenti sui gemitu
velut nigrescentes plumas prefe-
runt/ Illico in contemplatione doc-
tor ad escam de sublimibus de-
fendam quasi pullorum refectione
cogitans corvus volat/ eisque
hyantibus more cibum revocat
dum ex ea intelligentia quam
cepit esurientibus discipulis ali-
menta vite loquendo subministrat
quos tanto ardentius de superiori-
bus reficit, quanto verius candi-
nitore nigrescere prime lamentatione
cognoscit/ Pulli autem dum nigro
se peiorem colore vestiunt de se
etiam volatum promittunt· quia quo
magis discipuli abiecta de se
sentiunt· quo magis sese despi-
cientes affligunt, eo amplius spem
provectus sui altiorem pollicentur
Unde et curat doctor festinantius
alere quos iam per gradum in dictam
providet posse procedere/ Hinc enim
Thymotheum paulus ammonens vel

et alios

plumescentes pullos sollicitius nutri-
endum dicit/ Que audisti a me per
multos testes· hec commenda fideli-
bus hominibus· qui ydonei erunt
et alios docere/ Que doctrine dis-
creto dum caute a predicatore cus-
toditur· ei divinitus largior copia
predicationis datur/ Dum enim pari-
tatem compati afflictis discipulis
novit/ dum per districtionem congruum
doctrine tempus intelligit, ipse non
solum per se sed etiam per eos quibus
laboris sui studia impendit, maiora
intelligentie munera capit· Unde
hic quoque apte dicitur· Quis preparavit
corvo escam suam quando pulli
eius ad deum clamant vagantes
eo quod non habeant cibos/ Cum enim
pulli ut satientur clamant· corvo esca
preparatur· quia dum verbum dei boni
auditores esuriunt· proficiendis
eis maiora doctoribus intelligentie
dona tribuuntur/ Sequitur· Capitulum

Capitulum xxxix

Numquid nosti tempus partus
ybicum ·in· vel parturientes cervas
observasti/ Meridiana pars ybices
aves vocat, que nisi fluenta inha-
bitant/ Orientalis vero occidentalisque
plaga, per in quadrupedia ybices
nominat/ Quibus et moris est
parere in petris, quia neque sciunt
nisi in petris habitare/ que si etiam
quando de altis saxorum cacuminibus ruunt
in suis se cornibus illesas suscipiunt
Caput quippe ruentes ferunt cornu
dum prima cornua opponunt, fit
omne corporis arctatura casus a-
lienum/ Cervarum vero moris est
inventos serpentes extinguere
cornuaque membra morsibus dilaniare
fertur autem quia si quando flumina transeunt
capitum suorum onera dorsis prece-
dentium supponunt, sibique in vicem suc-
cedentes· laborem ponderis omnino
non sentiunt/ Quid est ergo quod beatus
Iob de partu ybicum· cervarumque
discutitur, nisi quia nomine vel
ybicibus magistrorum spiritualium persona

signat. Ipsi quippe velut hirci in pe-
tris pariunt, quia in doctrina patrum
qui petra pro soliditate vocati sunt ad
conversionem animas gignunt. Ipsi ve-
lut hirci nullius casus dampna
sentiunt, dum in suis cornibus ex-
cipiuntur. Quia quidquid eis humane tempta-
tionis acciderit in testamentorum scripture
solacio se suscipiunt, et quasi cornuum
exceptione salvantur. De his enim
testamentis dictum est: Cornua sunt
in manibus eius. Ad scripturarum quippe
consolacionem refugiunt, dum aliqua
temporalis casus iacturam ferunt. Quasi
non more hircorum huius mundi
adversitatibus cadens quasi in suis
se excipiebat cornibus cum diceret
Paulus: Quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinam scripta sunt, ut per pa-
ciencium et consolacionem scripturarum
spem habeamus. Ipsi etiam cerve
vocati sunt, sicut per Ieremiam de doc-
toribus genitos filios in caritate de-
serentibus dicitur: Cerva in agro pe-
perit et reliquit. Ipsi more cervarum
in temporis vices quasi extinctis
serpentibus vivunt, et de ipsa ex-
tinctione viciorum ad fontem vite
acrius inardescunt. Unde psalmista ait:
Sicut cervus desiderat ad fontes
aquarum, ita desiderat anima mea ad
te deus. Ipsi etiam dum labentia
huius temporalitatis momenta quasi
quedam flumina transeunt, compacien-
tes caritate onera sua sibi invicem
supponunt, quia cauta observacione
custodiunt id quod scriptum est: In-
vicem onera vestra portate et sic
adimplebitis legem Christi. Quia
vero post adventum domini spiritales
magistri per mundum sparsi sunt, qui
auditorum animas in conversione
parere predicando potuissent, et quasi
hoc idem tempus incarnacionis
domini ante prophetarum voces cognitum
non fuit, quamvis ipsa iam in car-
nato per cognita omnibus clausa fuit.

Unde beato Iob tempus partus hircorum
cervarumque distinguitur et quasi dicitur: Numquid
nosti tempus partus hircorum in
petris, vel [illegible] parturientes cervas
observasti? Ac si dicatur ei: Ideirco
te egisse aliquid sublime credis,
quia illud tempus nec dum prenoscis
quo spiritales magistri in mundum
missi per doctrinam antiquorum patrum
filios generent, sine quorum laboribus
animarum lucra michi pariunt. Nam
si illorum fructum quasi hircorum
cervarumque partus aspiceres, valde
humiliter de tua virtute sentires.
Magna quippe que agimus quasi
minima ducimus cum hec per fortia
exempla pensamus. Sed tunc
apud deum crescit profectum, cum
apud semetipsos per humilitatem decres-
cunt. Possunt vero cervarum signo — .xiiii.
doctores, appellacione autem hircorum — .x.
que animalia sunt minima audito-
res intelligi. In petris vero hirci
pariunt, quia ad exercenda sancta
opera per exempla priorum precedencium
fecundantur. Ut cum fortasse precepta
sublimia audiunt, et infirmitatis
proprie conscii ea se implere posse
diffidunt, maiorum vitam conspiciant
atque eorum considerata fortitudine
bonorum operum fetus ponant. Ut enim
pauca de multis loquar, quatenus
studiosus lector multa in paucis
intelligat: Iste verborum contume-
liis pressus cum virtute paciencie
servare non sufficit, David factum — 2 reg. 16
ad memoriam reducat, qui cum Semei
tot conviciis urgeret, et armati pu-
eros ulcisci contenderent, Quid mi-
chi et vobis filii Sarvie? Dimitti-
te eum ut maledicat; dominus enim
precepit ei ut malediceret David.
Et quis est qui audeat dicere quare
sic fecerit? Et paulo post: Dimitte
eum ut maledicat iuxta preceptum
domini, si forte respiciat dominus afflic-
cionem meam et reddat michi [illegible] bonum

per maledictionem hac hodierna Qui-
bus profecto verbis in dicit, quia
per perpetrato bersabee scelere exsur-
gentem contra se filium fugiens re-
duxit ad animum malum quod per-
petravit, et equanimiter pertulit quod
audivit et contumeliosa verba non
tam convicia quam adiutoria cre-
didit. Quibus se purgari sibique
miseri posse indicavit. Tunc enim
illata convicia bene toleramus cum
in secreto mentis ad mala perpetrata
recurrimus. Leve quippe indebitum
quod in iniuria percutimur dum tacite
inventa conspicimus. quia peius est
quod meminimus. Sicque fit ut contume-
lijs gratia magis quam ira debeatur
quarum inventum deo iudice pe-
ricula ~~pecc~~ posse confidit. Ecce
alius dum mundi huius succes-
sibus proficit lenocinanti cordis le-
ticia temptari se luxurie stimulo
sentit. Ex si ioseph factum ad memori-
am revocat, carere se castitatis premiat
quia dum sibi adultera conspiceret impu-
dicicie dampna suaderet ait. Ecce
dominus meus omnibus michi
traditis ignorat quid habeat in do-
mo sua. nec quicquam est quod non
sit in mea potestate. vel non tra-
didit michi preter te, que uxor
eius es. quomodo ergo possum hoc
malum facere et peccare in deum
meum. Quibus verbis ostendit quia
bona que assecutus fuerat repetere
memorie intulit, et malum quod
se pulsabat eiecit. Et quod percepte
gracie meminit. vim culpe imminentis
fregit. Cum enim voluptas lubri-
ca temptat in prosperis. hec ipsa sunt
prospera aculeis temptationis opponenda
ut eo erubescamus prava committere
quo nos adeo meminimus gratuito
bona percepisse, et illatam graciam
exteriorum munerum vitiemus iactura
interiorum, ut sint ante oculos que
percepimus. et inquietos nos alliciunt
subigamus. Quia enim voluptas
ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdem

prosperitatis consideratione est ferienda
quatenus hostis inde unde oritur inde mo-
riatur. Considerandum quippe est ne ac-
ceptum munus vertamus in vicium
ne per favorem vite nos absorbeat
vorago nequicie. Iram namque contra
nos supernam iudicis exigitur vehementer ac-
dimus si contra benignitatem illius
etiam ex ipsa sua largitate pugnamus.
Alius interne sapientie dulcedine gaudet
nec tamen secreta eius contingere
prevalens Danielis vitam admirandam
conspiciat et desiderandum sapientie culmine
apprehendat. Iste quippe qui per ipsum modum
voce angelica per cognicionem intus
concupita vir desideriorum ~~pro~~ dicitur
in aula regia carnis in se desideria
edomuisse memoratur. Ut nichil ex
delectabilibus cibis attingeret, sed leguminibus
ac molioribus duriora atque aspera
cibaria preferret ~~ut dum~~ ut dum
sibi exterioris cibi blandimenta subtra-
heret. ad interni pabuli delectamenta
perveniret, et tanto avidius gustum
sapientie intus acciperet. quanto
saporem carnis perdens sapientia
foris robustius repressisset. Si enim
actione hoc quolibet abscidimus, mox
in spiritu quod delectat invenimus. In-
tentioni quippe anime si exterior evaga-
gatio clauditur interior secessus aperitur.
Nam quo extra se spargi per disciplinam
mens non potest, eo supra se
intendere per profectum potest. Quia talem
crescere arbor cogitur. que per ramos
diffundi prohibetur. Et cum rivos
fontis obstruimus fluenta surgere
ad superiora provocamus. Igitur dum
studiosi quique sanctorum vitam imi-
tando conspiciunt. in petris ybices
fetus ponunt. Hinc est quod auditores
suos quasi ybices in petris parere
paulus ammonebat cum eminentis
maiorum virtutibus diceret. Habentes
tantam impositam nubem testium
deponentes omne pondus et circum-
stans nos peccatum per paciam curramus
ad propositum nobis certamen. Et intui-
sim(?) Quorum intuentes exitum co-

Marginal notes:

Dan. 1 pg

+ Scdmai

Gen. 39

xi

Peccatum purgandi modus hic.

Semper attingitur cum voluptas repellitur

operationis initiatam fidem. Sed cum
divina precepta corde percipimus
non statim quasi iam soliti cogitata
parturimus. Unde beatus Iob non de
partu ubicumque sed de tempore partus
inquiritur. Quod videlicet tempus in
nobismetipsis vix comprehendimus multo
magis in aliena mente nescimus.
Prius enim superni timoris semina verbo
cordis excepta per meditationem studii
dum coagulantur ut maneat per timorem
stricta in intentione cogitationis affixa
dum ad discretionem operis tendunt
quasi in membrorum distinctione formantur.
Deinde usu perseverantie confirmata velud
in soliditatem ossium veniunt ad ex-
tremum vero per studium aucte roboratam
quasi in partum prodeunt. Sed hec incre-
menta divinorum seminum nullus
in aliena mente considerat nisi ipse
qui creat. Nam et si quelibet iam divini
superne contemplationis concepisse
quarumdam rerum attestatione cognos-
cimus. quando tamen in partum
erumpat ignoramus. Sepe ante
concepta mente semina pervenire
ad perfectionem nesciunt. quia moriendo
tempus partus antecedunt. Et
quia nec dum plene in cogitatione
formata. ante humanos oculos
prodeunt velut abortiva moriuntur.
Bona quippe adhuc tenera plerumque
humana lingua dum quasi
fortia laudat extinguit. Tanto
enim celerius occidunt quanto ad ho-
noris notitiam intempestive prerum-
punt. Non enim imperfecta adhuc co-
gitatio. nec dum roborata dum
citius hominibus ostenditur resistentium
adversitate dissipatur. Et cum conatur
ante tempus videri. quia sit agit
ut non sit. Sancti autem viri quia cunc-
ta que cogitant student ut occulte
convalescant et quasi perfectos fetus
prius intra uterum mentis formant.
Recte beatus Iob de partus tempore distinctionem
ut videlicet unumquodque quando sit con-
gruum nisi a creatore nescitur. Quam divina
penetralia cordis aspicit dum ad summa-
nam notitiam bona nostra congrue
nascitura apprehendit. Bene itaque dicitur
Numquid nosti tempus partus ybi-
cum in petris. Ac si aperte dicat. Ut
ego. qui idcirco electorum virtutes fetus
facio quia prescito in tempore produco.
Bene autem expleto fetu auditorum
subditur. Vel parturientes cervas observasti.
Parturientes enim cervas ob-
servare est ipsos labores perpendere qui spi-
rituales filios generant cauta consi-
deratione pensare. Solerter quippe in-
tuendum est quod hic sermo tam
vigilanter inprimitur ut dicitur observa-
sti. Quia itaque paucorum est pensare
qui labor sit in predicationibus patrum
quantis doloribus quasi quibusdam
tonantibus animas in fide et con-
versatione parturiunt. quam cauta ob-
servatione circumspiciant ut sint for-
tes in preceptis. compacientes in infir-
mitatibus. et in minis terribiles. et
in exhortationibus blandi. in concedendo
magisterio humiles. in rerum corpora-
lium contemptu dominantes. in tolle-
randis adversitatibus rigidi. et
tamen cum vires suas sibimet
tribuunt. in firmi. quantum sit eis do-
lor decadentibus quantus distantibus
timor. quo fervore alia adipisci
appetunt. quo pavore alia adepta
conservant. quia igitur paucorum est
pensare bene dicitur. Vel parturientes cer-
vas observasti. Nil vero obstat
ut verba eadem de doctoribus fideles
non eorum sed cervas eos ipse designat.
Quia vere illi minimum vere docto-
res sunt qui cum per rigorem dis-
ciplinę patres sunt. per pietatis viscera
esse matres noverunt. qui labores
sancte conceptionis tolerant. et perfi-
ciendos deo filios intra uterum caritatis
portant. In edenda enim prole amplius
matres laborant que crescentem intra
uterum conceptionem longo mensium
tempore sustinent. et que ex utero pro-
cedentem sine magnis doloribus
deponunt. Unde et hic apta conside-
ratione subiungitur. Dinumerasti menses. XVI.

capitulum

v conceptus earum. Sancti enim viri
cum deprecantur auditorum cogitant
quasi in utero conceptum portant
sed cum nonnulla que dicenda sunt
differunt et aptum sive exhorta
tionibus tempus querunt velut a
partu que fieri appetunt in ipsius
prolixitate dilatant. Et sepe dum quedam
que sentiunt intempestive dice
audientibus nolunt in ipsa tardi
tate profunde sunt. seu adhuc que
suadenda sunt. seu adilla que
expanda consilio altiori firmant.
et dum cogitant vitam filiorum nec
tamen ante tempus linguam con
silium mentis ericit quasi iam con
cepta soboles intra uterum crescit
ut ad auditorum notitiam tunc sua
cordis exeant cum prolata utiliter
quasi pro cognitum partum vivat. Et
quia hec homines in ingredium
mente quando vel quo agitur igno
rant. deus vero ad retributionis glo
riam non solum effectum considerat sed
etiam momenta cogitationum signat
Recte ad beatum iob dicitur. Dinumerasti
menses conceptus earum. Subaudis
ut ego qui in predicatoribus sanctis non solum
fructus exteriorum operum sed ipsas diutur
nas cogitationes intueor quia et ad
retributionem servo. Possunt per men
ses quia congesti dies sunt etiam
multiplicate virtutes intelligi. In
mensibus quoque luna renascitur. nil
obstat si per menses nove regenerationis
creatura signetur. De qua paulus
gal 6 apostolus dicit. In christo ihesu neque circum
cisio aliquid valet neque preputium
sed nova creatura. Sancti igitur viri
cum se ad predicandum parant prius
se intus virtutibus innovant ut
ad hoc quod loquendo docent vivendo
concordent prius sua intra conside
rant atque actionis se vitiorum sor
dibus emundant. virtutes summope
re contra iram pacis luce resple
deant. contra carnis luxuriam
etiam cordis munditia fulgescant. Con
tra torpore zelo candeant. contra
confusos predicationis motus serena
equitate rutilent. contra superbiam vera
humilitate luceant. Contra timorem
radiis auctoritatis clarescant. Quia
ergo tanta in se prius studia colligunt
quasi in conceptu sancte predicationis
menses inuntur sunt. quos menses
dominus solus dinumerat. quia eadem bona
in eorum cordibus non nisi qui dedit
pensat. Et quia iuxta mensuram vir
tutum effectus etiam subsequitur
fructum. Ecce subiungitur. Et scisti tempus
partus earum. Subaudis ut ego
qui dum in cogitatione intuitum me
ses dinumero. quando hoc quod appetunt
parere valeant. Scio. Quia nimirum
dum cordis occulta conspicio. futuri
foris effectum operis intus in pondere
implere cogitationis penso. Sequitur. Incuruantur
ad fetum et pariunt et rugitus emit
tunt. Rugiunt quippe dum per cur
vationem suam in conversatione lucis
auditorum animas gignunt. quia ab
eternis nos supplicus remorsione nisi
flendo et dolendo non possunt pre
dicatores enim sancti nunc in lacrimis
seminant. ut segetem postmodum
gaudiorum metant. Nunc quasi curve
in dolore partus sunt. ut spirituali prole
postmodum sint fecundi. Ut enim unum
de multis loquar. video paulum
quasi quandam curvam in partu suo
magni doloris rugitum emittentem
Ait enim. Filioli mei quos iterum parturio
donec formetur christus in vobis. vellem
esse apud vos modo et mutare vocem
meam quoniam confundor in vobis. Ecce
mutare vult vocem in partu suo
ut predicationis sermo rugitum dicatur
doloris. Mutare vult vocem. quia
quos iam predicando pepererat re
formando gemens iterum parturiebat.
Qualem rugitum hec curva parturiens
emittebat. qui eisdem post se re
deuntibus exclamare cogebat dicens
O insensati galathe quis vos fasci
navit et sic stulti estis ut cum spiritu
ceperitis nunc carne consummamini vel
etiam currebatis bene quis vos impe

gal 3

dunt veritati non obedire. Qualibet igitur cerve rugitus partu fuit que dum conceptos filios cum tot difficultatibus peperit, et quibus partos ad malicie verum redisse cognovit. Consideremus quid doloris habuerit quid laboris. que et postquam potuit conceptam edere. rursum compulsa est ex tincta suscitare. Notandum vero summope est quod iste cerve in curvatione pariant quia nimirum si erecte starent parere non valerent. Nisi enim predicatores sancti ab illa in mensitate contemplationis intus qua capiunt ad infirmitatem nostram humilima predicatione quasi quadam incurvatione descenderent nequaquam nunc in fide filios parerent. Nobis quippe prodesse non possent si in sue celsitudinis erectione persisterent. Sed videamus cervam sese ut pariat inclinante. Ego igitur non potui vobis loqui tamquam spiritalibus, sed quasi carnalibus tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Atque mox eiusdem incurvationis causas exprimitur dicens. Nondum enim poteratis sed nec adhuc quidem potestis. Sed hanc cervam que pariat nos in curvata est quesivo videamus erectam. Ait. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et rursum. Sive mente excedimus deo. Cum vero mente excedit deo excessum eius omnino nos non capimus. Ut ergo nos liceret in curvatione ad nos. Illic apte subiungit. Sive sobrii sumus vobis. Si enim sancti viri ea nobis predicare vellent que capiunt in suprema contemplatione debriantur et non magis scientiam suam quodam moderamine et sobrietatem temperarent. adhuc angusto intelligentie sinu illa superni fontis fluenta quis caperet. In curvatione autem iste due alias celi vocati sunt. De quibus dicitur. Domine inclina celos tuos et descende. Cum enim inclinatur celi descendit dominus, quia cum se in predicatione sua sancti doctores attingunt divinitatis noticiam nostris cordibus infundunt. Nequaquam quippe ad nos dominus descenderet si predicatores eius in contemplationis rigore inflexibiles permanerent. Inclinatur ergo celi ut descendat deus, inclinant cerve ut nos in nova fidei luce nascamur. Iste in curvatione cerve in canticis canticorum sponsi voce ubera sunt vocate. Scriptum quippe est. Meliora sunt ubera tua vino. Ista enim sunt ubera. que in archa pectoris sua lacte nos potant. Qui ipsi archanis summe contemplationis inherentes subtili predicatione nos nutriunt. Ut igitur ab eterno gemitu et dolore nos resolvant nunc incurvantur cerve. atque in partu rugitus emittunt. Quia vero ipsi qui sancta patrum predicatione nascuntur, aliquando doctores suos paciendo preveniunt, ut eis adhuc viventibus ipsi iam martirio consumentur, apte subiungitur. Separantur filii earum pergunt ad pastum egrediuntur et non revertuntur ad eas. Pastum scriptura sacra illud viriditatis eterne pabulum vocat. Ubi iam nulla refectio nullius defectus marcescit. De quo pastu psalmista dicitur. Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocavit. Et rursum. Nos autem populus eius et oves pascue eius. De quibus nimirum pascuis per semetipsam veritas dicit. Per me si quis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Pergunt ergo ad pastum. quia de corporibus exeuntes illa pabula interne viriditatis inveniunt. Egrediuntur et non revertuntur. ad eas. Quia in illa suscepti contemplatione gaudiorum iam nullatenus indigent verba audire docentium. Egressi itaque ad eas iam non redeunt. quia angustias vite presentis evadentes ultra a doctoribus predicationis vite ampliore non requirunt. Tunc implebitur quod in evangelio veritas dicit. Palam de preconabo vobis. Filius enim de

Tunc quippe implet(ur) quod scriptum est. Non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum dicens Cognosce dominum, omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum dicit dominus.

Marginalia: cor. — x — cor. 2 — y — Cant. 1 — xvii — 3 — pastum vocat — Jo 16 — Jer. 31

+ Subaudis . nisi ego . Solvuntur vero vincula

patre palam annuntiat, quia sicut superius diximus, per hoc quod ibi nimis est, ex natura nos divinitatis illustrat. Verba ergo tunc docentium quasi quosdam humanae linguae rivulos non quaerunt, quando de ipso iam veritatis fonte debriantur. Igitur postquam signati in consummatione cernaris, multa ad magistrorum instructionem narrata sunt. Nunc ad eorum vitam qui remotae conversationis secreta appetunt verba vertuntur, qui ipsa cessandi otia quasi divino adiutorio et non suis viribus assequuntur. Vocis adhuc dicitur: Quis dimisit onagrum liberum, et vincula eius quis solvit? Subaudis: nisi ego. Onager enim qui in solitudine commoratur, non incongrue eorum vitam significat qui remoti a turbis popularibus conversantur. Qui apte etiam liber dicitur. Quia magna est servitus saecularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quamvis in eis sponte desudetur. Cuius servitutis conditione caret qui in mundo iam nihil concupiscit. Quasi enim quodam iugo servitutis premunt prospera dum appetuntur, premunt adversa dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporalium colla mentis excusserit, quadam etiam in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio felicitatis affligitur, nullo adversitatis terrore coarctatur. Hoc gravis servitutis iugum depressum secularibus omnibus ... dicet: Venite ad me omnes qui

Mt. 11 laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Asperum quippe iugum et durum servitutis pondus est subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire.

Dum enim contra votum cuncta fugiunt, quae prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerant, post ex pavore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur qui a calcatis terrenis desideriis ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exoneratur. Et vincula eius quis solvit? Dum divino adiutorio terrena desideriorum carnalium retinacula disrumpuntur. Cum enim pia intentio ad consummationem vocat, sed adhuc ab hac intentione infirmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata impeditur. Multos enim saepe videmus vitam quidem sanctae conversationis appetere, sed ne hanc assequi valeant, modo imminentes casus, modo futura adversa formidare. Qui in terra mala dum quasi caute prospiciunt, in peccatorum suorum vinculis incauti retinentur. Multa namque ante oculos ponunt, quae si eis in conversatione evenerint, subsistere non posse formidant. De quibus bene Salomon

pu 17 ait: Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Nam cum viam Dei appetunt, eos velut spinae obstaculum sepium, sic formidinum suarum oppositae suspiciones pungunt. Quod quia electos impedire non solet, recte illic secutus adiunxit: Via iustorum absque offendiculo. Iusti quippe in conversatione sua quaelibet eis adversitatis obviaverint non impingunt, quia temporalis adversitatis obstacula aeternae spei et intimae contemplationis saltu transcendunt. Solvit itaque Deus onagri vincula, quando ab electi uniuscuiusque animo infirmarum cogitationum nodos erumpit et premens dissipat omne quod electum mente ligabat. Sequitur: Cui dedi in solitudine domum et tabernacula eius in terra salsuginis. Hoc loco solitudinem debemus intelligere corporis an solitudinem cordis? Sed quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit mentis? Qui enim corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humanae terrenorum desideriorum

Iugum durum servitutis secularium

cogitacio

cogitationibus se inserit non est in soli
tudine. Si vero premat aliquis cor
poraliter popularibus turbis, et tamen
nullos curarum secularium tumultus
in corde patiatur non est in urbe.
Itaque bene conspicientibus prius solitudo
mentis ostenditur, ut exsurgentem in
tus eius strepitum terrenorum desideriorum
premant, ut ebullientes ad infima
curas cordis per superni gratiam restrin
gant amoris, omnesque motus in
portune se offerentium levium cogita
tionum quasi quasdam circumvolantes
muscas ab oculis mentis abigant
manu gravitatis, et quandam sibi cum
domino intra se secretum querant
ubi cum illo exteriori cessante stre
pitu per interna desideria loquantur.
De hoc secreto cordis alias dicitur
Apo 8 Factum est silentium in celo quasi media
hora. Celum quippe electorum ecclesia vocatur
que ad eterna sublimia dum per suble
vationem contemplationis intendit, sur
gentes ab infimis cogitationum tu
multus premit, atque intra se deo
quoddam silentium facit. Quod quidem
silentium contemplationis quia in hac vi
ta non potest esse perfectum, factum media
hora dicitur. Nolenti quippe animo
cogitationum tumultuosi se strepitus
ingerunt etiam sublimibus inten
dentem rursum ad respicienda
terrena violenter trahunt. Sicut scriptum
est, Corpus quod corrumpitur aggravat
animam, et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. Bene ergo
factum hoc silentium non integra sed
Sap 9 media hora describitur, quia hic con
templatio nequaquam perficitur quamvis
ardenter inchoetur. Quod etiam per
Ezechielem prophetam congruenter expri
Ez 40 mitur qui per mensuram civitatis in mon
te condite in manu viri calamum
sex cubitorum et palmo se vidisse
testatur. In monte quippe electorum ecclesia
sita est, quia fundata in summis
desideriis non est. Quid est enim per cubi
tum nisi operatio, quid per palmum nisi
perfectionis integritas ostenditur. Quia
et sexto die cuncta opera domini

explesse memoratur. Quid ergo per
sex cubitos palmus insinuat
nisi contemplationis vim, que
iam initia eterne et septime qui
etis demonstrat. Quia enim
electorum contemplatio hic minime
perficitur, mensura septimi cubiti
non expletur. Electorum itaque ecclesia
quia cuncta que operanda sunt
perficit in sex cubitis sese in mon
te posita civitas extendit. Quia
vero hic adhuc sola initia con
templationis incipit, de septimo
cubito non nisi tangit. Secundum
vero est quia nequaquam culmine
contemplationis attingimus si non
ab exterioris cure oppressione cessemus.
Nequaquam nosmetipsos intuemur
ut sciamus aliud in nobis esse
rationabile quod regit, aliud animale
quod regitur, nisi ad secretum huius
silentii recurrentes ab omni exte
riore perturbatione sopiamur. Quod
silentium mentis bene etiam adam
figuravit dormiens de cuius latere Gen 2
mulier dormientis mox processit.
Quia quisquis ad interiora intel
ligenda rapitur, a rebus visibili
bus oculos claudit, et tunc in se
ipso vel que preesse viriliter debe
ant vel que subesse possint in
firma distinguit, ut aliud in
illo sit quod regere valeat tamquam
vir, aliud tamquam femina quod
regatur. In hoc itaque silentio cor
dis dum per contemplationem intus
vigilamus, exterius quasi obdormis
cimus. Quia ergo remotus vir id
est a desideriis carnalibus alienus
hoc silentium mentis inhabitat
huic onagro in solitudine domus
domum dedit, ut turba deside
riorum temporalium non premat. Et taber a
nacula eius in terra salsuginis.
Salsugo accendere sitim solet. Et
quia sancti viri quamdiu in hu
ius vite tabernaculo degunt
ad supernam patriam desiderii
sui cotidianis estibus accenduntur
in terra salsuginis tabernacula habere
perhibentur. Incessanter quippe accenduntur

ut sitiant, sitiunt ut satientur. Sic
scriptum est: Beati qui esuriunt et
sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur.
~~Sequitur~~ Contempnit multitudinem
civitatis. Multitudinem civitatis
contempnere est humane conversatio-
nis prava studia devitare,
ut iam non libeat terrenorum hominum
qui pro habundancia iniquitatis mul-
ti sunt perditos honores imitari.
Mt 7 Cum paucis vero ingredi an-
gustam portam desiderat, et non
cum multis lata itinera in-
gredi appetit que ad interitum
ducunt. Solent quippe a quo
et ad quid sunt creati conspiciunt
et tam considerationis accepte ymaginis
secum multitudinem designat. Un-
de et apte sponsi voce sponse in can-
ticis canticorum dicitur: Nisi co-
Ca 1 gnoveris te o pulcherrima inter mu-
lieres egredere et abi post vesti-
gia gregum et pasce edos tuos.
Semetipsam quippe ea que est
inter mulieres pulchra cognoscit,
quando electa quaeque anima etiam
inter peccantes posita quia ad auc-
toris sui ymaginem ac similitudinem
condita sit meminit, et iuxta per-
cepte similitudinis ordinem in-
cedit. Que si se non cognoscit
egreditur, quia a secreto cordis sui
expulsa in exterioribus concupiscen-
tiis dissipatur. Egressa vero abit post
vestigia gregum, quia sua intima
deserens ad latam videlicet viam
ducitur et sequitur exempla populorum,
nec iam agnos sed edos pascit,
quia non innoxias cogitationes
mentis, sed iniquire pravos motus
carnis intendit. Cum ergo electus
quisque ac continens abire post gre-
gum vestigia despicit, dicitur
recte: Contempnit multitudinem civitatis.
Ubi et apte ~~subiungitur~~: Clamorem
exactoris non audit. Quis in-
telligi exactor alius nisi diabolus
potest, qui semel in paradiso homi-
ni male persuasionis nummum contulit,
Gn 3 et cotidie ab eo huius debiti

exigere reatum querit? Huius exactoris
sermo est male suggestionis inchoatio,
huius exactoris clamor est iam non
lenis sed violenta temptatio. Sic ex-
actor loquitur cum leniter suggerit,
sic exactor clamat cum violenter ac
fortiter temptat. Clamorem ergo
exactoris non audire est violentis
temptationum motibus minime consen-
tire. Audiret enim si ea que suggessit
faceret. Sed cum prava agere despicit,
recte dicitur: Clamorem exactoris non
audit. Non nulli vero hoc loco per
exactorem intelligi ventrem voluerunt.
Ipse namque a nobis quodammodo de-
bitum exigit, quia cotidianum sibi
fructum humani laboris impendi
etiam per vim querit. Abstinentes
igitur viri qui hoc loco onagri vo-
cabulo signantur, dum violenta cu-
re desideria reprimunt, quasi clamantis
exactoris verba contempnunt. Sed cum
continenti viro contra multa vicia
multa sint certamina, superest
cur sibi exactoris clamore contempto
de solo hic ventre dicitur, qui eius im-
petum impulsumque restringat, nisi quod
nullus prelium spiritualis certaminis ap-
prehendit qui non in semetipso prius per
afflictum ventris concupiscentiam carnis in-
centiva devicerit. Neque enim ad con-
flictum spiritualis agonis assurgitur
si non prius intra semetipsos hostis po-
situs gule videlicet appetitus edomatur,
quia si non ea que nobis sunt vi-
ciniora prosternimus nimirum in ante
ad ea que longius sunt impugnanda
transimus. Incassum namque contra
exteriores inimicos in campo bellum
geritur, intra ipsa urbis menia civis
insidians habetur. Mens quoque ipsa
clamantis sub gravi dedecore confu-
sionis ad spiritualis certaminis congressione
repellitur, que in firma in carnis prelio
gule gladiis confossa superatur. Nam
cum se prius per se in conspicit confligere
minoribus erubescit. Non nulli vero
ordine certaminis ignorantes edomare
gulam negligunt, et iam ad spiritualia
bella consurgunt, qui aliquando multa

etiam que magne sunt fortitudinis
faciunt. Dominante enim gule vitio per-
dunt homines illecebram omne quod fortiter
egerunt perdunt et dum venter non
restringitur per carnis concupiscentiam simul
cuncte virtutes obruuntur. Nam et
nabuchodonozor vincente scribitur
Princeps coquorum destruxit mu-
Ie ros iherusalem // expuunt significans spiritualem virtu-
52 tes anime que ad pacis visionem
tendit. Aut quis cocorum princeps
nisi venter accipitur cui diligentissima
coquendis cura sunt. Muros igitur
iherusalem princeps cocorum destruxit quia
virtutes anime dum non restringitur
venter perdit. Hinc est quod paulus con-
tra iherusalem menia destruenti vires co-
corum principi subtrahebat cum diceret
Castigo corpus meum et servituti
subicio ne forte aliis predicans ipse
reprobus efficiar. Hinc etiam premisit
dicens Sic curro non quasi in incertum
Sic pugno non quasi aerem verberans
1 co ... cum carnem restringimus ipsis con-
9 tinentie nostre ictibus non aerem sed in-
mundos spiritus verberamus. et cum
hoc quod intra nos subicimus
extra positis adversariis pugna
damus. Hinc est quod rex babilonis
Dan succendi fornacem iubet nappe stip-
3 pe picis et malleolis nutriri con-
geriem precepit. Sed tamen abstinentes
pueros hoc igne minime consumit
Et antiquus hostis licet in mentes
ciborum concupiscentias innumerabilibus
opponat quo libidinis igne estu-
bonis tamen mentibus superni spiritus
gratia insibilat. et a carnalis con-
cupiscentie estibus illese perdurant
Ut et si usque ad temptationem cordis
flamma ardeat. usque ad consensum
tamen temptatio non exurat. Sci-
endum tamen est preterea quia quinque
nos modis gule vitium temptat. ali-
quando namque indigentie tempora prevenit.
Aliquando vero tempus non prevenit sed
cibos lautiores querit. Aliquando queque
sumenda sunt preparari accuratius
expetit. Aliquando autem et qualitati

ciborum et tempori congruit. sed ipsa
quantitate sumendi mensuram re-
fectionis excedit. Non numquam vero
et abiectius est quod desiderat et
tamen ipso estu inmensi desiderii
deterius peccat. Mortis quippe sententiam 1 reg 14
expressis ore ionathas meruit quia
in gustu mellis constitutum edendi
tempus antecessit. Et ex egyp-
to populus eductus in heremo Exo 16
occubuit quia despecto manna
cibos carnium petiit quos lautiores
putavit. Et prima filiorum heli cul- 1 reg 2
pa suborta est quod ex eorum voce
sacerdotis puer non antiquo more
coctas vellet de sacrificio carnes
accipere sed crudas quereret quas ac-
curatius exhiberet. Et cum ad ierusalem Ezech 16
dicitur Hec fuit iniquitas sodome
sororis tue superbia saturitas pa-
nis et habundancia aque. Aperte
ostenditur quod ideo salutem perdidit
quia cum superbie vitio mensuram
moderate refectionis excessit. Et Ge 25
primogenitorum gloriam esau amisit
quia magno estu desiderii vile
cibum i. lenticulam concupivit.
Quam dum venditis etiam primo-
geniis pretulit. quo in illam appe-
titu anhelaret indicavit. Neque
enim cibus sed appetitus in vitio est.
Unde et lautiores cibos plerumque sine
culpa sumimus. et abiectiores non
sine reatu conscientie degustamus.
Hic quippe quem diximus esau
primatum per lenticulam perdidit et he-
lyas in heremo virtutem corporis
carnes edendo servavit. Unde et
antiquus hostis quia non cibum Ge 3
sed cibi concupiscentiam esse causam dampn-
nationis intelligit. Et primum sibi
hominem non carne sed pomo subdi-
dit et secundum non carne sed pane
cibavit temptavit. Hinc est quod
plerumque adam culpa committitur
etiam cum abiecta et vilia su-
muntur. Neque enim adam solus in-
venitos (?) se pomo suspenderet pre-
ceptum prohibitionis accepit. Nam

De 9 di. 7. Quinque modis

tempus preveniendo / lautiores cibos querendo / accuratius preparari expetendo / mensuram excedendo / abiectum desiderando

Gula quinque de committitur. ... prepropere. laute. nimis. ardenter. ac studiose.

cum alimenta quedam saluti nostre contraria deus indicat, ab his nos quasi primitus vetat, et cum concupiscentias noxias appetimus, profecto quid aliud quam vetita degustamus. Ea itaque sumenda sunt que nature necessitas querit, et non que edendi libido suggerit. Sed magnus districtionis labor est, huic exactori et aliquid impendere et aliquid denegare, et non dando gulam restringere, et dando naturam nutrire. Quod fortasse districtus sibi fert cum dicit: Clamorem exactoris non audit. Exactor namque huius exactoris est naturalis postulatio nature, clamor vero eius est mensuram necessitatis transiliens appetitus gule. Sic itaque onager exactoris clamorem non audit. Quia districtus vir ac continens et usque ad expendam necessitatem ventrem reficit et voluptatem restringit.

NE Sciendum vero est quia sic voluptas subintrat et se palliat, ut vix eam vir perfectus quisque distinguat. Nam dum solum debitum necessitas petit, voluptas explere desiderium subrepit, et tanto gula in tempus seminis rapit, quanto sub honesto honore necessitatis explende se contegit. Sepe autem in ipsa edendi via furtive ad iuncta subsequitur. Non unquam vero impudens libera etiam preire conatur. Facile autem est deprehendere cum voluptas eius necessitatem prevenit, sed valde est difficile discernere cum in ipso esu necessitati se occulta subiungit. Nam quia permixte nature appetitum sequitur, quasi a tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum solvitur, quia pessime voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, et quid sibi dono e voluptas suppetat ignoratur. Sepe vero et discernimus, et quia utrumque sibi coniunctum novimus, in hoc quod extreme necessitatis rapimur libet ut sciendo fallamur, et dum sibi mens ex necessitate blanditur, ex voluptate decipitur. Scriptum quippe

Ro 13 est: Carnis curam ne feceritis in desideriis. Que igitur fieri in desiderio prohibet, in necessitate concedit. Sed sepe cum incaute necessitati condescendimus, desideriis deservimus. Nonnunquam vero dum desideriis immoderatius obviare nitimur, necessitatis miserias augemus. Sic enim necesse est ut artem continentie quisque teneat, quatenus non carnem sed vitia carnis occidat. Nam plerumque dum plus iusto caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur, ut ad orationem vel predicationem non sufficiat, dum incentiva vitiorum in se funditus suffocare festinat. Adiutorem quippe habemus intentionis in tue hunc hominem quem exterius gestamus. Et ipsi insunt motus lascivie, ipsi effectus suppetunt operationis bone. Sepe vero dum in illo hostem insequimur, etiam civem quem diligimus trucidamus, et sepe dum quasi civi compatimur, ad prelium hostem nutrimus. Eisdem namque alimentis vitia suppetunt quibus nutrite virtutes vivunt. Et cum virtus alitur, plerumque vires vitiis augentur. Cum vero in mensa continentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est ut interior homo noster quidam arbiter presidens inter se et eum quem exterius gestat, ut et homo suus exterior et semper ad debitum ministerium sufficiat, et tumor superbie liberi ante contradicat vel moneat si quid gerendo suggerendo subministrat. Dum modo enim semper supposita calce draconis premat, utique fit ut dum repressa vitia reniti quidem nobis patimur et tamen habet nobiscum congredi ex proprio p

Difficile est inter Necessitatem et voluptatem discernere

habemus nec vicia contra virtutem prevalent, nec rursum virtus cum victrix omnimoda extinctione subcumbat. Quia in re sola elacio funditus extinguitur, quia quamvis victorie serviat, ad edomanda tamen cogitacionum superbia continua nobis pugna sit. Unde bene hic quia utrumque vir continens et debite necessitati congruit et violenti voluptati contradicit voce dicta dicitur: Clamorem exactoris non audit. Quia autem districtus vir eo ad intelligenda superiora se elevat quo ipse carnis incentiva castigat, recte post contemptum exactoris dicentis clamorem subditur: Circumspicit montes pascue sue. ff Montes pascue sunt alte contemplaciones interne refeccionis. Sancti enim viri quanto magis se exterius despiciendo deiciunt, tanto amplius intus revelacionum contemplacione pascuntur. Hinc scriptum est: Ascensiones in corde eius disposuit in valle lacrimarum. Quia quos exterius in fletu continet convallis humilitatis, eos intus sublevat ascensus contemplacionis. Montes quoque pascue sunt sublimes virtutes angelorum, que idcirco nos hic ministrando et adiuvando reficiunt, quia illic in suo contemplacionis rore pinguescunt. Que quia largiente deo in omni nos certamine protegunt, recte circumspici dicuntur. Undique enim nobis adesse conspicimus quorum defensione contra adversarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascue accipi alta sacra scripture sacre. De quibus psalmista dicit: Montes excelsi cervis. Quia hii qui iam clare contemplacionis saltus noverunt, altas sacrarum divinarum mentes quasi cacumina montium ascendunt. Ad que profecto cacumina quia infirmi pervenire non valent, recte illic subditur: Petra refugium erinaciis. Quia videlicet invalidos non sublimis intelligencia excipit, sed sola

in Christo fides humilis continet. Et virencia queque perquirit. xxij g Virencia quippe sunt omnia que temporaliter condita venturo fine morituritate mite preteritis quasi estivo sole siccantur. Viridia autem vocata sunt que nulla temporalitate marcescunt. Hinc ergo onagro virencia perquirere est sancto unicuique viro despectis rebus transitoriis eternam mansionem desiderare. Cuncta vero hec que de onagro dicta sunt intelligi eciam aliter possunt. Que repetito superiori versu exponimus, ut lectoris iudicio quod eligendum crediderit assignamus. Igitur prius quod predicatorum dispensacio subtractorum contextu descripta est, ut ostenderetur per quem hec eadem iam predicacionis datur, convenienter de divina incarnacione subnectitur ut dicitur: Quis dimisit onagrum liberum. Nec indignum quis iudicet per tale animal incarnatum dominum posse figurari, dum constet omnibus quia per figuram quandam in scriptura sacra et vermis et scarabeus ponatur. Dicente scriptum est: Ego autem sum vermis et non homo. Et sicut aput septuaginta interpretes per prophetam dicitur: Scarabeus de ligno clamat. Cum ergo nonnullis rebus tam abiectis et vilibus figuratur, quid de illo contumeliose dicitur, de quo constat quod proprie nichil dicitur. Vocatur enim et agnus, sed propter innocenciam. Vocatur leo, sed propter potenciam. Aliquando eciam serpenti comparatur, sed propter mortem nec sapienciam. Atque ideo per hec omnia dominus figuratur, quia de his omnibus credi [illegible] eciam aliter non potest. Si enim unum horum complurimis essencialiter existeret, alterum iam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur, leo iam vocari non poterat. Et leo proprie diceretur, serpens signari non posset. Sed hec in illo omnia dicuntur tanto lacius in figura, quanto longius ab essencia

Potest ergo onager incarnatum
dominum designare. Agri quippe est
animal onager. Et quia incar-
natus dominus gentilitati mag-
is quam iudee profuit animale corpus
assumens, quasi non in domum sed
potius in agrum venit. De quo agro
gentilitatis per prophetam dicitur. Species agri
mecum est. Incarnatus itaque dominus
qui in forma dei equalis est
patri, in forma servi minor est patre
quia minor est etiam seipso.
Dicitur ergo aperte de filio secundum formam
servi. Quis dimisit onagrum liberum intelli-
et vincula eius quis solvit. O- gendum
Io 8 mnis quippe qui facit peccatum servus
est peccati. Et quia incarnatus dominus
particeps nostre est nature non ys
culpe. liber dimissus dicitur quia 35
sub peccati dominio non tenetur. De quo ys
alias scriptum est. Inter mortuos 51
liber. Dimissus dicitur quia naturam
nostram suscipiens iniquitatis iugo
nullo tenetur. Quem quamvis
macula culpe nostre non attigit,
passio tamen nostre mortalitatis
astrinxit. Sed et postquam liber di-
missus dicitur, recte de illo adiungitur.
Et vincula eius quis solvit.
Vincula quippe eius tunc soluta
sunt, cum infirmitatis penes
illius in virtutis sunt gloria commu-
tate. Quasi quedam vincula
domini sunt, ea que nos verecundie
merito patimur nostre mortalitatis infirma
quibus et usque ad mortem sponte
ligari se voluit, et post virtutem
mirabiliter solvit. Esurire enim,
sitire, lassescere, teneri et flagellari,
crucifigi nostre mortalitatis vincula
sunt. Sed cum expleta morte ve-
lum templi rumperetur, scinderentur
petre, monumenta panderentur, inferni
claustra paterent, quid aliud
tot argumentis tante virtutis
ostenditur quam quod ille infirmitatis
nostre vincula solvebat, ut is
qui ad suscipiendam servi formam
venerat, in ipsa servi forma ab in-
ferni vinculis absolutus ad celum

etiam cum membris liber rediret.
De quibus eius vinculis Petrus
apostolus attestatur dicens. Quem deus
suscitavit solutis doloribus inferni
iuxta quod impossibile erat teneri
illum ab eo. Et quia post mortem
suam atque virtutem ad gratiam fidei
gentilitatem vocare dignatus est,
Postquam dicta sunt soluta eius vincula xvij
aperte subiungitur. Cui dedi in solitudine q
domum. et tabernacula eius in terra
salsuginis. Gentilitate enim in qua
patriarcha non fuit, propheta non fuit ad
deum qui ratione uteretur [illegible]
[illegible] non fuit, homo pene non
fuit. Desertum solitudine per ysaiam
dicitur. Letabitur deserta et invia et
exultabit solitudo et florebit quasi
lilium. Et rursum de eadem dicitur.
Ponet desertum eius quasi de-
licias. et solitudinem eius quasi ortum
domini. Terra vero salsuginis hec eadem
solitudo repetita est, que prius quam
verum dei sapientiam cognosceret, sal-
suginem protulerat, quia nullam vi-
riditatem boni in terrenis perfectis
perversa sapiebat. Domum vero in
solitudine et tabernaculum in terra
salsuginis accepit. Quia incarna-
tus pro omnibus deus delicta adeo
gentilitatis corda possedit. Unde et
patris voce per prophetam dicitur. Postu-
la a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos terre. Quia
iuxta hoc quod deus est cum patre
dat omnia. Iuxta hoc vero quod homo
est a patre accipit in tempore omnia sicut
scriptum est. Data est michi omnis
potestas in celo et in terra. Et rursum
Jo scriptum est. Potestatem dedit ei iudicium
5 facere quia filius hominis est. Et rur-
sum sicut scriptum est. Sciens quia
Jo omnia dedit ei pater in manus.
13 Vel sicut ipse dicit. Omne quod
Jo dat michi pater ad me veniet.
6 Iam vero si queritur quid inter domum
ac tabernaculum distet. Domus in
habitatione est. tabernaculum in itinere.

Corda itaque gentilium quasi quedam tabernacula hunc veniendo sed ea per iusticiam firmans domum fecit habitando. Et quia conversacionem eorum ad quos venerat imitari despexit recte subiungitur. Contempnit multitudinem civitatis id est mores despexit humane conversacionis. Homo quippe inter homines factus usum tenere hominum noluit. Adeo namque inter nos hic factus est ut non solum nos sanguine suo redimeret sed etiam exemplo conmutaret. In conversacione igitur manendo alia invenit et vivendo alia docuit. Studebat enim omnis superba adam stirpe progeniti prospera vite presentis appetere, adversa devitare, obprobria fugere, gloriam sequi. Venit inter eos incarnatus dominus adversa appetens, prospera spernens, obprobria complectens, gloriam fugiens. Nam cum iudei regem

Jo 6 eum sibi constituere voluissent, fieri rex refugit. Cum vero eum in cruce molirentur sponte ad crucis patibulum venit. Fugit ergo quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt. Fecit quod omnes mirarentur et ut mortuus ipse resurgeret, et morte sua alios de morte suscitavit. Due quippe vite sunt hominis in corpore consistentis una ante mortem alia post mortem. Primam vitam omnis agendo noverat, alteram nesciebat. Et humanum genus soli huic quam noverat intendebat. Venit redemptor dominus suscepit unam, alteram demonstravit. Unam hanc nobis cognitam suscepit, illam que nobis est incognita ostendit. Moriendo quippe vitam exercuit quam tenemus, resurgendo aperuit quam querebamus. Exemplo suo nos docens quod hec vita quam ante mortem ducimus non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda. Quia ergo nova conversacione usus inter homines mores babylonie secutus non est. Unde de eo scriptum est: Contempnit multitudinem civitatis. Vel certe quod multos per spaciosam viam vagantes deseruit, et per angustam gradientes paucos elegit. Multitudinis namque civitatis contemptus est humani generis partem que lata via ingreditur, et que per habundanciam iniquitatis multa est a regni sui sorte reprobare. Sequitur. Clamorem exactoris non audit. xxiiij J

Sicut supra dictum est. Quis hoc loco accipi exactor nisi dyabolus potest qui male suadendo spem contulit immortalitatis sed decipiendo exegit tributum mortis. Qui suadendo contulit culpam, seviendo exigit penam. Huius exactoris sermo est ante mortem hominis astuta persuasio. Clamor vero eius est violenta iam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter capit hos ad supplicii sui consortium post mortem violenter rapit. Sed quia ad mortem veniens dominus huius exactoris violentus impetus non expavit. Jo 14

Sicut ipse ait. Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quidquam. Bene dicitur Clamorem exactoris non audit. Venit quippe ad eum exactor humani generis quia illum hominem vidit. Sed quem despectum infirmitate hominem credidit, virtute supra hominem sensit. Huius nimirum exactoris typum laban tenuit qui cum furore veniens sua apud Gn 31

Jacob ydola requisivit. Laban quippe interpretatur dealbatus. Dealbacio autem dyabolus non inconvenienter accipitur. Qui cum sit tenebrosus ex merito transfigurat se velut angelum lucis. Huic serviunt iacob id est ex parte reproborum iudayicus populus. Et ex cuius carne incarnatus dominus venit

Potest etiam per laban mundus hic exprimi qui cum furore iacob persequitur, quia electos quosque qui redemptoris nostri membra sunt persequendo opprimere conatur. Huius filiam id est sive mundi sive dyaboli iacob abstulit cum sibi christus ex gentilitate ecclesiam coniunxit, quam de domo patris abstraxit, quia ei per prophetam dicit: Obliviscere populum

Nota quod gentiles [illegible] dedicavit [illegible] christo non congruebat vita [illegible] et [illegible].

Christus contraria mundo docuit.

tum et domum patris tui. Quid vero
in ydolis nisi avaricia designatur
col 3 Unde et per paulum dicitur Et avaricia que
est ydolorum servitus Laban igitur veniens
apud iacob ydola non invenit quia
Gn 31 ostensis mundi thezauris dyabolus in
redemptore nostro vestigia concupis-
cencie non ~~invenit~~ reperit. Sed quod
iacob non habuit ea rachel seden-
do cooperuit. Per rachel quoque que
et ovis dicitur ecclesia figuratur. Sedere
autem est humilitate penitencie appetere
Sicut scriptum est Surgite postquam
sederitis Rachel ergo sedendo ydo-
la operuit quia sancta ecclesia
xpistum sequens terrene concupiscencie vi-
cia penitendo texit. De hac coop-
eratione vocem virorum per prophetam dicitur Beati
quorum remisse sunt iniquitates
et quorum tecta sunt peccata. Nos ergo
rachel illa significavit qui ydola se-
dendo premimus si culpas avaricie
penitendo dampnamus. Que nimirum
avaricia illis non solet evenire
qui iniuria domini viriliter terrentur quibus
dicitur Viriliter agite et confortetur cor
vestrum. Sed hiis maxime qui quasi
effeminato gressu gradientes per bla-
dimenta seculi resolvuntur Unde
et illic eiusdem rachelis hoc ubi
sunt iuxta consuetudinem feminarum
mulieri accidit invenitur. Apud iacob
ergo ydola non reperit Quia ex-
actor callidus quod in redemptore
nostro reprehenderet non invenit. De quo
exactore nostro redemptori gentilita-
tem ab eius dominio liberanti per
ys 9 prophetam dicitur Iugum enim oneris
eius et virgam humeris eius
et sceptrum exactoris eius superasti
sicut in die madyan. Ex piens
quippe gentilitate dominus superavit
iugum oneris eius cum eam ad-
ventu suo a bella dure servitutis
tyrannide liberavit. Superavit
virgam humeri eius cum persuasiones
illius que ex pristino opere graviter
deprimebat ab humano genere
redempto compescuit. Superavit
sceptrum exactoris eius cum

regnum eiusdem dyaboli quo pestifera
persuasione victorum conflaverat exigendo
debita tributa penarum de fidelium
corde destruxit. Sed quomodo hec acta sint
audiamus. Sicut in die madyan
subiunctum est illico. Sed non ab re arbitror
si hoc madyanitarum bellum quod in
comparatione adventus domini a propheta
vigilanter illatum est aliquanto lacius
6 disseramus. In libro quippe Iudicum
gedeon contra madyanitas dimi-
casse describitur. Is cum exercitus mul-
titudinem ad bella produceret divina
illi admonitione preceptum est ut ad
flumen veniens omnes quos flexis
genibus aquas haurire conspiceret
a bellorum conflictu removeret. Actumque
est. Et trecenti viri tantummodo qui stan-
tes manibus aquas hauserunt rema-
serunt. Cum hiis ad prelium pergit
eosque non armis sed tubis lampadibus
et lagenis armavit. Nam sicut illic
scriptum est. Accensas lampades intra
lagunculas et tubas in dextera la-
genas in sinistra tenuerunt et ad
hostes suos comminus venientes
cecinerunt tubis confregerunt lagun-
culas lampades apparuerunt et hinc
tubarum sonitu illinc lampadum
choruscatione territi hostes sunt in fugam
conversi. Quid est hoc quod tale bellum
per prophetam ad medium deducitur et ad
adventum redemptoris nostri istius pugne
victorie comparatur. An indicare nobis
propheta studuit quod adventum redemp-
toris nostri contra dyabolum illa sub
gedeon duce pugne victoria de-
signavit. Talia illic nimirum sunt acta
que quanto magis usu pugnandi
transeunt tanto amplius a prophetandi
misterio non recedunt. Quis enim
umquam cum lagenis et lampadibus
ad prelium venit. Quis contra arma
veniens arma deseruit. Ridicula
hec nobis profecto fuerunt si terribilia
hostibus non fuissent. Sed victoria
ipsa attestante didicimus ne parva
hec que facta sunt pendamus.
Gedeon itaque ad prelium veniens re-

demptoris nostri signat adventum,
de quo scriptum est Tollite portas
principes vestras et elevamini por
te eternales, Quis est iste rex glorie
dominus fortis et potens dominus potens in
prelio. Hunc redemptorem nostrum gedeon
non solum ope sed etiam ore prophetavit.
Gedeon namque interpretatur circuiens in utero.
Dominus enim noster per maiestatis potentiam
omnia circumplectitur et tamen per dispen
sationis gratiam in terra uteri virginis
venit. Quid est ergo circuiens in
utero nisi omnipotens deus sua dispen
satione nos redimens, divinitate omnia
complectens, et humanitatem
in terra uteri sumens, In quo utero
et incarnatus esset, et clausus non
esset, quia et in terra uteri fuit
per infirmitatis substantiam et extra mundum
per potentiam maiestatis. Madian vero
interpretatur de iudicio. Ut enim hos
tes eius repellendi destruendique
essent, non de merito repellentis, sed
de iudicio iuste iudicantis fuit. Et
idcirco de iudicio vocantur quia a
lienam agnitionem redemptoris iuste
dampnationis meritum etiam in voca
bulo nominis trahunt. Contra hos
gedeon cum trecentis pergit ad pre
lium. Solet in centenario numero
plenitudo perfectionis intelligi.
ter Quid ergo per ductum centena
rium numerum designatur nisi perfecta
cognitio trinitatis? Cum hiis quippe
dominus noster adversarios fidei destruit
cum hiis ad predicationis bella de
scendit qui possunt divina cognoscere
qui sciunt de trinitate que deus est
perfecte sentire. Notandum vero est
quia iste trecentorum numerus in thau
littera continetur que crucis speciem
tenet, cui si super transversam lineam
id quod in cruce eminet adderetur
non iam crucis species sed ipsa crux
esset. Quia ergo iste trecentorum
numerus in thau littera continetur et per
diximus speciem crucis ostenditur non in
merito in hiis trecentis gedeonem
sequentibus illi designati sunt de
quibus dominus dicit Si quis vult post

thau littera tenet

Mt 16

me venire abneget semetipsum et tol
lat crucem suam et sequatur me.
Qui sequentes dominum tanto verius
crucem tollunt quanto acrius et se
domant, et erga proximos suos carita
tis compassione cruciantur. Unde et per 9
Ezechielem prophetam dicitur, Signa thau
super frontes virorum gementium et
dolentium. Vel certe in hiis trecentis
qui in littera thau continentur hoc ex
primitur quod ferrum hostium crucis ligno
superatur. Ducti quoque sunt ad flumen
ut aquas biberent, et quicumque aquas
flexis genibus hauserunt, a bellica
intentione remoti sunt. Aque
namque doctrina sapientie, stante au
tem genu recta opera designantur. Qui
ergo dum aquas bibunt genu
flexisse perhibentur, a bellorum certamine
prohibiti recesserunt. Quia cum illis
christus contra hostes fidei pergit ad
prelium, qui cum doctrine fluenta
hauriunt rectitudinem operum non in
flectunt. Omnes quippe tunc bibisse
aquam, sed non omnes recto genu ste
tisse narrati sunt, reprobati quoque sunt
qui genua dum aquas biberent
inflexerunt. Quia attestante
apostolo non auditores legis iusti sunt Ro 2
apud deum, sed factores legis ius
tificabuntur. Quia enim ut diximus
dissolucio operum in ipsa genuum in
curvatione signatur, Hinc rursum
paulus dicit Remissas manus Hebr 12
et dissoluta genua erigite et gressus
rectos facite pedibus vestris. Hic igitur
christo duce ad bellum procedit qui
hoc quod ore annunciat opere ostendunt.
Qui fluenta doctrine spiritualis hau
riunt, nec tamen in pravis operibus
carnalibus inflectuntur. Quia scriptum est
Non est speciosa laus in ore peccatoris Eccli 17
Itum est ergo ad prelium cum tubis
et lampadibus et cum lagenis. At
que iste ut diximus fuit ordo prelian
di. Cecinerunt tubis in lagenis
misse lampades. Confractis vero
lagenis lampades ostense sunt, quarum
choruscante luce hostes territi in fugam
versi sunt. Designatur itaque in tubis

clamor praedicantium. In lampadibus cla-
ritas miraculorum. In lagenis fragili-
tas corporum. Tales quippe secum dux
noster ad praedicationis proelium duxit, qui
despecta salute corporum hostes suos
moriendo prosternerent, eorumque gladios non
armis et gladiis, sed patientia superaret.
Armati enim venerunt sub duce suo
ad proelium milites nostri, sed tubis, sed lage-
nis, sed lampadibus, qui sonuerunt
tubis dum praedicant. Confregerunt
lagenas dum solvenda in passione
sua corpora hostilibus gladiis opponunt.
Resplenduerunt lampadibus dum post
solutionem corporum miraculis choruscave-
runt. Mox quoque hostes in fugam
versi sunt, quia dum mortuorum
martyrum corpora miraculis chorus-
care conspiciunt, luce veritatis fracti
quod impugnaverunt crediderunt. Ceci-
nerunt ergo tubis ut lagene fran-
gerentur. Lagene fracte sunt ut la-
pades appareant. Apparuerunt la-
pades ut hostes in fugam verterentur,
id est praedicaverunt milites donec cor-
pora in morte solverentur. Corpora
eorum in morte soluta sunt ut mi-
raculis choruscarent. Choruscave-
runt miraculis ut hostes suos ex
divina luce prosternerent, quatenus nequaquam
Deo erecti resisterent sed eum
subditi formidarent. Notandum quod
Jud' 6 steterunt hostes ante lagenas,
fugierunt ante lampades. Quia
nimirum persecutores sancte fidei ela-
praedicatoribus adhuc in corpore positis tos
resisterunt. Post solutionem vero
corporum apparentibus miraculis in fugam
versi sunt. Quia pavore conterriti
a persecutione fidelium cessaverunt. Praedica-
torum scilicet tubarum fractis lagenis,
id est corporibus visis timuerunt
lampadibus miraculorum. Intuendum
est etiam illud quod scriptum est: Quia
in dextra tubas, lagenas autem in
sinistra tenuerunt. Pro dextro enim
habere dicimus quidquid pro magno pen-
dimus, pro sinistro vero quod pro nichi-
lo ducimus. Bene ergo illic scriptum est

quod in dextra tubas, in sinistra lage-
nas tenuerunt. Quia Christi milites pro
magno habent praedicationis gratiam,
corporum vero utilitatem pro minimo.
Quisquis enim plus facit utilitatem
corporis quam gratiam praedicationis, in si-
nistra tubam atque in dextra la-
genam tenet. Si enim priori loco
gratiam praedicationis attenderet et posteriori
utilitatis corporis, certum est quia dex-
tris tube et sinistris lagene tene-
antur. Hinc Dominus ait in evangelio: Neque cij
Mt 5 accendunt lucernam et ponunt eam
sub modio sed super candelabrum.
In modio enim commodum temporale,
in lucerna autem lux praedicationis accipitur.
Lucernam ergo sub modio ponere est
per gratiam temporale commodum praedi-
cationis abscondere. Quod nemo umquam
electorum facit. Et bene illic additur
sed super candelabrum. In candelabro
enim status corporis designatur. Cum
lucernam supponit dum eidem corpo-
rum praedicationis ante fertur. Unde ita-
Is 9 que per prophetam dictum est: Sceptrum
exactoris eius superasti sicut in die
Madian. Et quia exponendo prophetica
testimonia gratia ~~longitate~~ longe
digressi sumus, ad operis nostri ordinem
revertamur. Igitur postquam dictum est:
Clamorem exactoris non audit, ea
videlicet antiqui hostis insidias
Dominus manifestatus in carne despe-
xit. Quid etiam de electis suis fe-
cerit recte subiungit dicens: Circum- xxxi
spicit montes pascue sue. Montes
accipimus omnes ~~elatos~~ huius seculi
qui in corde suo altitudine terrena
tumuerunt. Et quia tales etiam
Dominus ecclesie sue corpori conversos in-
viscerat, eosque per ori elatione commutatos
in sua membra transformat. Isti mon-
tes pascue eius sunt, quia nimirum
de conversione eorum et superborum
humilitate satiatur. Sicut ipse ait: Meus
Jo 4 cibus est ut faciam voluntatem eius
qui misit me. Et sicut apostolus ad
praedicationem missis precepit dicens: Opera-
Jo 6 mini non cibum qui perit sed qui
permanet in vitam eternam. De his omnibus
per prophetam dicitur: Non repellit Dominus

plebem suam qui in manu eius sunt
omnes fines terre et altitudines
montium ipse conspicit. Altitudines
enim montium elaciones sunt utique su-
perborum quas dominus conspicere dicitur
id est ab iniquitate sua in melius
commutare. Convertit namque eum
quem conspicit dominus. Unde scriptum est
Luc 22 Conversus dominus respexit petrum et
recordatus petrus verbi domini sicut
dixerat quia priusquam gallus cantet
ter me negabis. Et egressus foras
flevit amare. Et sicut Salomon ait
Prov 20 Rex qui sedet in solio dissipat omne
malum intuitu suo. De hoc respectu
montium rursum per prophetam dicitur
Montes sicut cera fluxerunt a fa-
cie domini, quia post pravitatis
sue duriciam divina formidine
liquefacti ab illo prius rigido timore
subtracti sunt. Intuendum etiam quod
non ait inspicit sed circumspicit mon-
tes pascue sue. In iudea quippe in-
carnatus est dominus, que posita in me-
dio gentium fuit, atque ideo circumspe-
xit montes, quia elatos homines
sub circumquaque positos ex gentilitatis
universitate collegit. Hiis itaque mon-
tibus pascitur quia bonis operibus
conversorum quasi herbis virentibus sati-
atur. Hinc est quod sponse voce in can-
Ca 1 ticis canticorum dicit: Ubi pascis ubi
cubas in meridie. Pascitur quippe do-
minus cum veris actibus delectatur.
Cubat vero in meridie cum ex de-
sideriis carnalibus et ardenti cor-
de reproborum aput electorum suorum pec-
tora refrigerium invenit cogitacio-
nis bone. Mons enim quidam ma-
theus fuerat qui in thelonei lucris
tumebat, de quo et scriptum est. Qui
Luc 7 postquam credidit in civitate in domum
suam domino convivium magnum fecit.
Mons itaque iste huic onagro viren-
tis pascue herbas protulit, quia et foris
eum convivio et intus epulis virtu-
tum pavit. Quem adhuc plenissime
explet cum subditur: Virencia quoque
perquirit. Arencia namque corda hominum sunt
que in huius seculi spe perituram
plantata eternitatis fiduciam non
habent. Virencia autem que illi
arencia eum deserunt, et virencia quoque perquirit

hereditati in hereditate. De qua petrus
apostolus dicit: In hereditatem in-
corruptibilem. Tanto quippe viren- — et incontaminatam et immarcessibilem
tes sunt quanto in hereditatis in-
marcessibilis sorte cogitacionis
radicem figunt. Quis itaque in
estus arere formidat, arencia
extinctus mundi huius deside-
ria fugiat. Quisquis adeo per-
quiri desiderit etiam perpetuam
appetens in intima cordis plantacione
virescat. Hec ante de onagro
exposita sub duplici intellectu
sufficiat. Lectoris vero iudicio re-
linquendum est quod magis duxit
eligendum. Et si utriusque exposicionis
intelligenciam fortasse despexerit
libenter ipse lectorem meum subtilius
veriusque sentientem velut magistrum
discipulus sequor, quia michi pro-
prie donatum credo quicquid illum
melius sentire cognosco. Omnes — P
enim qui fide pleni deo aliquid
sonare nitimur, organa veritatis
sumus, et in eiusdem veritatis potestate
est utrum per me aliis an per alteros — sonet
michi. Ipsa quippe in medium ve-
niens etiam non eque viventibus omnibus
equa est. Et sepe alium tangit ut
bene audiat quod per alium ipsa
sonuerit. Sepe vero alium tangit
ut bene quod ab aliis audiat sonet.
Sepe doctori verbum per gratiam tribuitur
auditoris, et sepe pro auditoris culpa
subtrahitur sermo doctori. Iuste
ergo que ubertim predicat doc-
tor nulla elacione se preferat ac
efferat, ne fortasse non pro sua
sed pro auditoris gratia eius repleatur
lingua. Et in hiis que doctor
silet dicit auditor non succen-
seat, ne fortasse doctoris lingua
non pro sua sed pro auditoris reproba-
cione torpescat. Pro auditoris nam-
que gratia datur bonis etiam malis
sermo doctoribus sicut potuerunt
phariseos subpetere verba predicacionis — Mt 23
de quibus scriptum est: Omnia
quecumque dixerint vobis facite et
servate, secundum vero opera eorum
nolite facere. Propter auditorum vero
reprobacionem bonis etiam doctoribus

Verbum predicacionis
datur vel aufertur
propter auditores
vel doctores vel
utrosque :~

sermo subtrahit͛ sicut ad ezechiele
Ezech contra israhel dicit͛. Lingwa tua
3 adhere faciam palato tuo et eris
mutus. nec quasi uir obiurgans
quia domus exasperans e͂. Ali
quando aut sermo p̄dicatoris ꝓpt͛
utrosq̃ datur, aliquando ꝓpt͛ utrosq̃
subtrahit͛. Ꝓpt͛ utrosq̃ eni͂ datur
sicut diuina voce paulo ap̄lo
Act 18 ad corinthios dicit͛. Noli timere
s; loque͂. quia multus populus
est michi in hac ciuitate. ꝓpter
utrosq̃ vero subtrahit͛. Sicut
heli sacerdos et priua͂ filioꝛu͂
I reg. 1 actorum cognouit, et digna incre
pacone no͂ exemit vocem; tunc
ꝓfecto futuru͂ esse ut in mortis
supplicio et istos reatus flagicij
et illum silencij pena mulctaret
Jnt͛ hec igit͛ cu͂ uel ꝓquo sermo
detur, uel ꝓp͛ que subtrahatur
ignoramus. unu͂ est salubre re
mediu͂. nec donis que alijs
manus accipimus nosmetipsos
extolle͂, nec deco alter quam minus
accepit irride͂ s; fixo humilitatis
pede grauit͛ et constant͛ incede͂
quia in hac tanto veracius edocti
sumus quanto doctrina͂ nobis a no
bismetipsis suppete͂ no͂ posse con
gnoscimus. Cur ergo quilib; de
doctrina supbiat que occulto iu
dicio uel cui quando det͛, uel quando
cui subtrahat͛ ignorat. Quamuis
eni͂ securitati timor semp͛ longe
videat͛ ab ee͂. nobis tam͛ nichil
est securius quam sub spe sem͂ timere
ne in cauta mens aut desperando
se in vicijs deiciat, aut extollendo
de donis ruat. Ante districti
eni͂ ac pij iudicis oculos. quanto
dese sub spe humilius trepidat tan
to in illo robustius stat. Sequit͛

Liber xxxiiij.

In paradiso posito homi͂ dyabolus
inuidens supbie vulnus inflixit
ut qui mortem non acceperat con
ditus mereret͛ elatus. Sed quia diuine
potencie suppetit no͂ solum bona
beneficio face͂. s; ea eciam ex malis
que dyabolus ꝑpetrauit reforme͂

Contra hoc inflictum vulnus supbie
tis dyaboli medicina apparuit. Ut
homines humilitas dei. ut, auctoris
exemplo humiliati surgerent qui imi
tacione hostis elati ceciderunt. Cont͛
ergo supbiente dyabolum apparuit int͛
homines homo factus humilis deus. hunc
potentes seculi id est membra dya͂
supbientes eo despicabile crediderunt
quo humilem conspexerunt. Uolumen
cordis eoru͂ quanto magis tumuit
tanto amplius medicamentu͂ mte
despexit. Repulsa igit͛ a volunte supbo
ru͂ medicina inua͂ ꝑuenit ad humi
I cor. lium. Jnfirma quippe mundi elegit
deus ut confundat fortia. Actumq;
est cum pauperibus quam post eciam di
uites elati mirarent͛. Nam dum nouas
in illis uirtutes aspiciunt, coꝛ quoꝛ
prius contempse͂ vitam. postmodu͂
obstupue͂ miracula. Dum mox pauen
di ad sua corda redeuntes extu
muerunt securitate in miraculis, qua
despexerant in preceptis, per infirma
confusa sunt fortia. quia dum
in veneracone vita surgit humilium
elacio cecidit supboru͂. Igit͛ quia
beatus Job sancte ecclie typum tenet
et omnes dies prouidet qui in prior
dies nascentis ecclie potentes huius
seculi leue eius iugum suscipe
ceruice cordis ante recusaret di
cit Numquid volet rinocerus ser
uire tibi. Rinocerus eni͂ omino
in domite nature est, ita ut si
quando captus fuit teneri nullatenus
possit, impaciens quippe ut fert͛
illico morit͛. Cuius vero nomen latina
lingwa interpretatum sonat in nari cor
nu. Et quid aliud in nari ut fatu
itas, quid in cornu nisi elacio sig͛.
Nam quia in nari fatuitas solet in
telligi Salomone attestante qui ait
Circulus aureus in naribus suis
mulier pulchra et fatua. Heretici
namq; doctrina victorie inde͂t elo
quium resplende͂, nec tame͂ sapie
cepto in tellectu cognite͂. et ait Circu
lus aureus in naribus suis id est

pulchra et inflexa locutio in sensibus
mentis stulte, cum ex eloquio auri
pendet. Sed tamen exterius in ten
tionis pondere morem suis ad superio
ra non respicit, quod sequitur exposuit
dicens: Mulier pulchra et fatua,
id est doctrina heretica pulchra per
verbum, fatua per intellectum. In eorum
vero quia superbia frequenter accipitur,
propheta attestante didicimus, qui ait:
Dixi iniquis nolite inique agere
et delinquentibus nolite exaltare
cornu. Quid ergo in rinocerote hoc
nisi potentes huius seculi designat?
Vel ipse in eo simul principa
tum potestates, qui typo superbie ela
tionis elate dum falsis exterius in
flantur honoribus, veris miseriis in
terius marcescunt. Quibus bene
Ecci. x. dicitur: Quid superbit terra et cinis?
In ipsis vero initiis nascentis ecclesie
dum contra illam diutius se potestas
extolleret, atque in eius necem se in
mensitate crudelitatis anhelaret
dum tot cruciatibus anxia, tot
persecutionibus pressa succumberet, quis tunc
credere poterat quod illa erecta et aspera
superborum colla sibi subiceret et iugo
sancti timoris edomita vinculis
fidei loris ligaret. Dum quippe in
exordiis suis rinocerotis huius cornu
ventilata et quasi funditus in terra
menda percussa est, sed divina gratia
dispensante et illa moriendo vivi
ficata convaluit et cornu suum ri
noceros iste feriendo lassatus in
clinavit. Quod impossibile hominibus
fuit, qui potestates huius mundi rigidas
non verbis sed miraculis fregit. Ec
ce enim cottidie fieri rinocerotis
agnoscimus, dum potentes huius
mundi qui in viribus suis fatua
dudum fuerunt elatione confisi deo
subditos iam videmus. Quod de quo
rinocerote indomito dominus loquebatur
Mt. 19 cum diceret: Dives difficile intrabit
in regnum celorum. Quod cum visum
esset: Et quis poterit salvus fieri,
Illico adiunxit: Apud homines hoc im
possibile, apud deum autem omnia possibilia

sunt. Ac si diceret: Rinoceros iste
humanis viribus mansuescere non
potest. Unde hic quoque apte beato
Iob sancte ecclesie typum tenenti
dicitur: Numquid vellet rinoceros
servire tibi. Subaudis ut michi.
Quem enim predicatores quidem homi
ni resistere perculi, sed tamen re
pente cum volui miraculis
stravi. Ac si apertius dicat: Num
quid hi qui fatua elatione super
bunt sine meis adiutoriis tue
predicationi subduntur? Per quae itaque
spirituales considerari et admirer quod
spiritales sensum elationis inclinant.
Vel certe ad beatum Iob nomina prohi
bitanda eius virtute deducitur
quam mira per apostolos quoque agitur
qui mundum deo subiciunt, eique
edomitam potentiam huius mundi
superbiam flectunt. Ut tanto de se
beatus Iob minus estimet, quanto
aggravari deo tam difficiles animos
per alios videt. Dicitur ergo: Numquid
vellet rinoceros servire tibi.
Subaudis sicut hos quos missi
sunt michi. Sequitur: Aut morabitur
ad presepe tuum. Presepe hoc loco
ipsa scriptura sacra non incongrue
mentis accipitur, in qua ibi pabulo
animalia sancta saciantur, de quibus
per prophetam dicitur: Animalia tua habi
tabunt in ea. Hinc etiam natus dominus
in presepio reclinatur, quia eius incar
natio mentem quae nos reficit in
prophetarum scriptis cognoscitur. Rino
ceros iste itaque, videlicet omnis elatus
in primordiis nascentis ecclesie
cum patriarcharum dicta, cum prophetarum
mysteria, cum evangelii archana
audiret, irridebat. Quia tanto
in predicatorum presepi claudi sacri
ari quod contempserat, quanto in vo
luptatibus propriis dimissus despera
tionis sue campum tenebat. Quae
superborum caput beatus Paulus insinu
at dicens: Qui desperantes semet Ephe. 4
ipsos tradiderunt impudicicie in
operatione immunditie in avaricia

Tanto enim quisque se latius iniqua-
libus potentibus relaxat quanto post-
haberi minime se aspicit etiam
bona despicit. Sed omnipotens deus
dum quendam rinocerotam hunc
per late voluptatis campum
vagantem pertulit et tamen eum
voluit ad suum presepe repente
religavit, ut intra pabulum ver-
clausus accipiet ne vitam fiducia
male liber amittat. Ecce enim iam
cernimus quod potentes huius seculi
eius principes predicamenta divina
libenter audiunt, constanter legunt,
passimque a presepi non exeunt,
quia precepta dei que vel legendo
aut audiendo cognoscunt, neque
quam vivendo transcendunt, sed ad ubi
pabulum quasi clausi stare con-
minime tolerant, ut edendo et per-
manendo pinguescunt. Quod cum
deo agente conspicimus quid
aliud quam rinocerotam hunc ad
presepe morantem videmus. Quia
vero post acceptum pabulum pre-
dicationis rinoceros iste fruc-
tum debet unde queritur sub-
iungitur: Numquid alligabis rino-
cerotam ad arandum loro tuo.
Lora sunt enim precepta discipline.
Arare vero est predicationis studium
humani pectoris terram vomere lingue
scindere. Hic igitur rinoceros quon-
dam superbus ac rigidus iam nunc
loris fidei tenetur ligatus, atque
presepi ad arandum ducitur. Quia
enim predicatorum quia ipse refectus
est in potestate et aliis conatur.
Cernimus enim rinoceros iste ter-
renus videlicet princeps quanta
prius contra dominum crudelitate se-
vierit, et nunc agente domino cer-
nimus quanta ei se humilitate sub-
sternit. Hic rinoceros non solum
ligatus est, sed etiam ad arandum
ligatus, quia videlicet discipline loris
astrictus non solum se a pravis
operibus retinet, sed etiam in sancte
fidei predicatoribus exercet. Ecce enim
fiunt supremus diximus ipsos huma-
narum rerum rectores ac principes dum
metuere deum in suis actionibus cer-
nimus, quid aliud quam loris ligatos
videmus. Cum vero eam fidem
quam audiunt prosequendo impugna-
verint, nunc prolatis legibus predicare
non cessant. Quid aliud faciunt nisi
arantium laboribus insudant. Libet
videre hunc rinocerotam, id est terre
principem, fidei loris ligatum, quemad-
modum et cornu portat potentie
seculi et iugum fidei sustinet per
amorem dei. Timeri iste rinoce-
ros valde poterat nisi ligatus esset.
Cornu quippe habet sed ligatus est.
Habent ergo in loris eius quod humiles
diligant, habent in cornu eius quod ela-
ti pertimescant. Strictus enim loris
servat pietatem mansuetudinis
sed fultus cornu terrene glorie ex-
ercet dominium potestatis. Plerumque au-
tem exigente ira ad feriendum
incipit divino timore revocatur.
Ejusdem per excitatam potentiam
in furore se levat, sed quia etiam
indicis remissis cornu ligatus
inclinat. Sepe enim vidisse me
memini quod cum se ad feriendum quen-
dam hic rinoceros accenderet et quasi
elevato cornu bestiolis minimis
mortes, exilia, dampnationes, sed
subiectis immensis terroribus inten-
taret, repente fronti signo crucis
impresso omne in se incendium fu-
roris extinxit, cornuque minas
deposuit, et quia ad deliberata pro-
gredi non posset ligatus agnovit,
et non solum in se iras edomat,
sed in subiectorum etiam sensibus ~~esse~~ omni
quod irrum est in fere festinat. Utque
omnes statim exortum ex intima co-
gitatione venientem exemplo ipse
sue humilitatis deprimit. Dicitur ergo
beato Iob: Numquid alligabis rino-
cerotam ad arandum loro tuo,
ac si aperte dicat: Numquid poten-
tes huius seculi in sua fatua ela-
tione confidentes ad laborem predica-
tionis diriges et sub discipline vin-
cula restringis. Subaudis ut
ego qui id egi cum volui. Quia

persecutores meos quos prius hostes pertuli ipsos postmodum defensores mee fidei feci. Sequitur: Aut confringet glebas vallium post te? Solent ex cultu supiacentes glebe iactata semina premere et nascentia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signantur qui per duriciam suam atque pestiferam vitam nec ipsi semina verbi recipiunt nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt. Deus enim quisquis predicator in mundum veniens euangelizando pauperibus quasi moles vallium transcurrerat, sed quorumdam duriciam electorum ecclesia rumpere non valens eos quasi superiectas labori suo glebas offensa tolerabat. Multi enim perverse mentis terrenorum ipsa principum infidelitate confisi, surgente etiam male vivendi pondere premebant eum dum quos possent modo dampnabilibus exemplis modo minis modo blandimentis destrueret, ne terra cordis auditorum ad spiritalis seminis fructum exculta perveniret. At cum omnipotens deus hunc rinocerotam loris suis subdidit, repente illico glebarum duriciam fregit. Mox quippe terreni principatum sue fidei subiugavit, durum per sessionem corda contrivit, ut quasi confracte glebe non iam obduratione permanerent, sed ad percepta ubi semina resolute germinarent. Unde recte nunc ait: Aut confringet glebas vallium post te? Ac si diceret: Sicut post me, qui postquam mentem cuiuslibet elate potestatis ingredior non solum michi eam subditam reddo sed etiam ad conterendos fidei hostes excito, ut dum potentes huius seculi mee formidinis loris ligati non solum in me credentes permaneant sed et pro me alienam cordis duriciam zelantes frangant. Hoc autem quod de fidelibus diximus, in plerisque etiam qui fidei nomine censentur videmus. Multi namque in medio seculi sunt positi fidem verbotenus tenent, sed dum elacionis typum non deserunt, dum quos possunt

elati violenter premunt, dum fructus sanctitatis aliis ipsi nequaquam semina verbi recipiunt, sed ab exhortantis voce aurem cordis claudunt. Isti quid aliud quam ob duriciam glebe terrarum vallibus iacent? Qui eo nequiores sunt quo nec ipsi humilitatis fructum proferunt, et quod est deterius proferentes humiles premunt. Ad horum duriciam dissolvendam non unquam sancta ecclesia, quia propria virtute non sufficit, rinocerotis humeris, id est terreni principis opitulationem querit, ut ipse supiacentes glebas conterit, quas etiam humilitas quasi planicies vallium portat. Has itaque glebas rinoceros pede premit ac comminuit, quia priorum potentiumque duriciam, cui ecclesiastica resistere non valet, principalis religio ex potestate solvit. Quod quia sola virtute divina agitur ut terreni regni culmine ad provectum regni celestis inclinetur, recte nunc dicitur: Aut confringet glebas vallium post te? Ut vero de summis virtutibus beatus Iob humilia senciat, adhuc de huius mundi potestatibus sub rinocerotis nomine sublimia cognoscat. Sequitur: Numquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius et derelinques labores tuos? In rinocerotis fortitudine deus fiduciam se habere asserit, quia vires quas temporaliter terreno principi contulit ad cultum sue veneracionis inclinavit, ut ex accepta potestate per quam dudum contra deum tumuerat, religiosum nunc obsequium deo lacius impendat. Quo enim in mundo plus potest, eo pro mundi auctore plus prevalet; nam quia a subiectis ipse metuitur, tanto facilius persuadet quanto et cum potestate indicit qui vere metuat. Dicit ergo: Numquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius? Ac si diceret: Ut ego, qui vires terrenorum principum meo cultui flecto servituras. Tanto ergo et ea que nunc agis minora estimo, quanto iam provideo quia et maiores

humilitas

huius mundi potestates nequaquam incli
nabo. Bene autem subditur: Et de
linques ei labores tuos. Labores
enim suos huic rinoceroti dominus
reliquit, quia conuerso terreno
principi eam quam sua morte
mercatus est ecclesiam credidit, quia
videlicet in eius manum quanta
sollicitudine fidei pax sit tuenda
commisit. Sequitur: Numquid credis
·iij· J ei quod reddat sementem tibi et
aream tuam congreget? Quid
aliud semen nisi uerbum predicatio
nis accipitur? Sicut veritas vocis
Ecct 13 dicit: Exiit qui seminat seminare
semen suum. Sicut propheta ait: Beati
Isay 32 qui seminatis super omnes aquas.
Quid aliud area nisi ecclesia
debet intelligi, de qua precursoris
voce dicitur: Et permundabit aream
suam. Quis ergo in initio nascen
tis ecclesie crederet dum contra eam
iste in dominatus principatus tre
tot minis et cruciatibus seviret,
quia rinoceros iste sementem deo
redderet, id est acceptum predicatio
nis uberius operibus repensaret?
Quis posset tunc in firmorum corde
quod eius aream congregaret?
Ecce enim nunc pro ecclesia leges pro
mulgat, qui dudum contra eam per
varia tormenta seviebat. Ecce
quaslibet gentes capere potuit, ad
fidei illas gratiam suadendo perdu
xit, eisque etiam victam indicat
quibus captis pacem servat.
Cur hoc, quia videlicet nunc aream
congregat, quam aliquando superbo
cornu dispergendo ventilabat.
Audiat igitur beatus Iob quid gen
tilitatis principes faciat et nequaquam
quasi se apud semetipsum de gloria
tante sue virtutis extollat. Au
diat rex et potens, potentiores
huius mundi reges quanta deo
devotione famulentur et virtute
suam quasi per singularitate non
trahat in elationis vitium que sit
in aliis exemplum. Quia et si
Silez nunc ei dominus non videt multos
tamen per quos eius gloriam retundet

prodit. Igitur quia terreni principes
magna se deo humilitate substernunt,
pravi homines qui dudum contra ecclesiam
in fidelitate positi aperta adversitate
seviebant, nunc ad alia fraudis ar
gumenta vertuntur, quia cum illos reli
gione venerari conspiciunt, ipsi cultum
religionis assumunt. Et bonorum vitam
sub despectis vestibus iniquis mo
ribus premunt. Mundi quippe dilecto
res sunt, hii quia inter se per homines
venerari audiunt, atque eis qui ne
semetipsos despiciunt, non mente sed
veste copulantur. Quia cum presentem
gloriam amando assequi non possunt,
quasi despicientes sectantur, quod hii
sectantur contra bonos ostendent. Si
aptum nequicie tempus invenirent.
Sed hec etiam argumenta pravorum
ad electorum instituta proficiunt. Sancta
enim ecclesia transire sine labore
temptationis non potest tempora peregri
nationis, que et si foris apertos
hostes non habet, intus tamen
tolerat fictos fratres. Nam contra
vitia semper in acie est, et sic etiam
tempore pacis bellum suum et fortasse
gravius affligitur, cum non exter
norum ictibus sed suorum moribus
impugnatur. Sine itaque isto sine illo
tempore est tamen semper in labore,
nam et in persecutione paganorum ti
met ne amittat bonos quos sunt,
et in confusione pravorum tolerat,
quia mali simulant bonos se esse
quod non sunt. Sed omnipotens dominus quia
rinocerotum huius loris ligatum
dixit, illico pravorum ypocrisim
subdidit dicens: Penna strutionis K
similis est pennis herodii et ac
cipitris. Quis herodium et accipi
trem nesciat, aves reliquas quan
ta velocitate volatus sui transcen
dunt. Strutio vero penne quidem
similitudinem habet, sed volatus cele
ritatem non habet. Terra quippe
elevari non valet, et alas quasi
ad auram extendens erigit, sed tamen
numquam se auram volando suspendit.
Ita sunt nimirum omnes ypocrite
qui dum bonorum vitam simulant

imitacionem sancte visionis habent, sed
virtutem sancte actionis non habent.
Habent quippe volandi pennas per
speciem, sed in terra repunt per actionem, quia
alas per figuram sanctitatis extendunt,
sed curarum secularium pondere pregravati
nullatenus alta sublevantur. Ypocritas
namque phariseorum reprobans dominus
quasi struthionis pennam redarguit
dicens, que in opere aliud exercuit
et in colore aliud ostendit dicens:
Mt 23. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite
qui similes estis sepulchris dealbatis,
que foris quidem apparent
hominibus speciosa, intus vero plena
sunt ossibus mortuorum. Ita et
vos foris apparetis hominibus iusti,
intus vero pleni estis avaricia et
iniquitate. Ac si diceret: Sublevare
vos videtur species penne, sed
in fimis vos deprimit pondus vite.
De hoc pondere per prophetam dicitur: Filii
Ysa 43 hominum usquequo gravi corde. Huius struthionis
conversionem et ypocritarum dominus
pollicetur cum per prophetam dicit: Glorificabit
me bestia agri dracones
et struthiones. Quid enim draconum
nomine nisi in aperto maliciose mentes
exprimuntur, que per terram semper in
in fimis cogitacionibus repunt? Quid
vero per struthionum vocabulum nisi hii
qui se bonos simulant designantur,
qui sanctitatis imitacionem quasi volatum
penna per speciem retinent, sed
opera non exercent? Glorificari ita
que se dominus a dracone vel struthione
asserit, quia et aperte malos et ficte
bonos plerumque ad sua obsequia
ex intima cogitacione. Vel certe agri
bestia dominum idest dracones struthiones
que glorificant, cum fidem que
in illo est, ea que in hoc mundo
dudum membrum dyaboli fuerat
gentilitas exaltat, quam et propter
malicia draconum nomine exprimit
et propter ypocrisim vocabulo struthionum
vocat. Quasi enim pennas
accepit gentilitas, sed volare non
potuit, que et unum deum cognovit
v.l. et actionem racionis ignoravit. Habemus adhuc quid in consideracione
struthionis huius et accipitre et herodio
attencius perpendamus. Accipitris
quippe et herodii parvula
sunt corpora, sed pennis densioribus
fulta, et idcirco cum celeritate
transvolant quia eis parum inest
quod gravat, multum quod levat.
At contra struthio minoris pennis
indiget et in magno corpore gravatur,
ut et si volare appetat, ipsa penarum
paucitas motum tanti aere corporis in
non suspendat. Bene ergo in herodio
et accipitre electorum persona
signatur, qui quamdiu in hac vita
sunt, sine quantulacumque culpe contagio
esse non possunt, sed cum eis
parum quid inest quod deprimit,
multum bone actionis subpetit Votus
que illos in superna sustollit. At
contra ypocrita et si qua faciat
pauca que elevent, perpetrat multa
que gravent. Nequaquam enim nulla bona
agit ypocrita, sed quibus ea ipsa
deprimat, multa perversa committit.
Pauce igitur penne corpus struthionis
non sublevant, quia perversorum operum
ypocrite multitudo prime actionis
gravat. Sicut quoque ipsa struthionis
penna ad pennas herodii
et accipitris similitudinem coloris
habet, virtutis vero soliditatis non habet.
Illorum namque concluse et firmiores
sunt ut volatu aere perpetue virtute sue
soliditatis possint. At contra struthionis
penne dissolute, eo volatum
sumere nequeunt, quo a se ipso
quem premere debuerint aere transcendant.
Quid ergo in hiis accipitrinus
nisi electorum mentes solide
evolant, ut ventos humani
favoris premant? Ypocritarum vero
actio qualibet recta videatur, volare
non sufficit, quia virtutes ficte
virtutes pennam humane laudis
auram pertransit. Sed certe cum uniuscuiusque
eundemque bonorum malorum que habitum
cernimus, cum ipsarum in electis
ac reprobis professionis speciem videmus,
Unum iure intelligencie subpetit,
ut electos a reprobis et a falsis
veros comprehendendo discernat.

De quo per prophetam dicitur
Serpentium pulvis panis eius

Liber

Quod tamen citius agnoscimus
si in temeritati in memoria pre
ceptoris nostri verba signamus
qui ait. Ex fructibus eorum co
gnoscetis eos. neque enim pensanda
sunt que ostendunt in ymagine sed
que fiunt in actione. Unde huic
postquam speciem struthionis humane in
tulit mox facta subiunxit dicens.
Que derelinquit in terra ova sua
Quid enim per ova nisi terrena
adhuc proles exprimitur que diu
fovenda est ut ad vitam volati
lem perducatur. Ova quippe insen
sibilia in semetipsis sunt. sed cum
calefacta in vivis volatilibus
convertuntur. Ita nimirum parvuli
auditores ac filii ecclesie quia frigi
di insensibilesque remanent.
nisi doctoris sui exhortatione
calefiant. Ne igitur derelicti in sua
insensibilitate torpescant assidue
doctorum voce fovendi sunt quo
usque valeant et per intelligentiam
vivere. et per contemplationem volare.
Quia vero ypocrite quamvis
perversa semper operentur loqui tamen
recta non desinunt. bene loquendo
aut in fide vel in conversatione
filios pariunt. sed eos bene vivendo
nutrire non possunt. Recte de
hac struthione dicitur. Que dere
linquit in terra ova sua. Curam
namque filiorum ypocrita negligit
quia ex amore intimo rebus
se exterioribus subdit. In quibus
quanto magis extollitur tanto
minus de prolis sue destru
ctione cruciatur. Ova ergo in terra de
liquisse est natos per conversationem
filios nequaquam viventis actibus
in proposito exhortationis nido
suspendere. Ova in terra deliquisse
est. nullum celestis vite exem
plum prebere. quia enim ypocrite perpe
ritatis misteria non calent. de
torpore prolis edite id est de
frigore suorum frigore nequaquam
dolent. et quanto se exterioribus
actibus inserunt tanto ne
gligentius eos quos genuerunt

agere terrena permittunt. Sed quia de
lictos ypocritarum filios superna cura
non deserit. nonnullos namque ex
talibus intima electione prescitos
large [illegible] gratie respectu calefacit.
Recte subiungitur. Tu forsitan in pulvere
calefacies ea. Ac si dicat. Tu ego
qui illa in pulvere calefacio quia scilicet
parvulorum animas et in medio pec
cantium positas amoris mei igne
succendo. Quid enim pulvis nisi
peccator accipitur. Unde et ille hostis pecca
ris humani perditione saciatur. Quid
pulverem nisi ipsa in ignorantia instabi
litas dominatur. De qua David ait.
Non sic impii non sic sed tamquam pulvis
quem proicit ventus a facie terre. Ova
ergo dominus in pulvere derelicta cale
facit quia parvulorum animas pre
catorum suorum sollicitudine destitutas
etiam in medio peccantium positas
amoris sui igne succendit. Hinc est
enim quod plerosque cernimus et malorum
turbas non fugere et tamen superno
ardore flagrare. et ut ita dixerim
in frigore calere. Unde enim nonnulli
in terrenorum hominum corpore positi superne
spei desideriis inardescunt. Unde
inter frigida corda succensi sunt
nisi quia omnipotens deus derelicta
ova scit etiam in pulvere calefacere
et frigoris pristinam insensibilitate
discussa per sensum spiritus vitalis ani
mare. ut nequaquam iacentia in in
fimis torpeant. sed in vivis volati
libus versa sese ad celestia contem
plando id est volando suspendat.
Notandum vero est quod in hijs verbis
non solum ypocritarum actio perversa
reprobatur. sed bonorum etiam rigorum
si qua forte surrepserit elatio pre
mitur. Nam cum de se dominus dicat.
Tu derelicta in pulvere ova ipse cale
facit. profecto aperte indicat quod ipse
operatur intrinsecus per verba doctoris
qui et sine verbis ullius hominis
calefacit quos voluerit in frigore
pulveris. Ac si aperte doctoribus di
cat. Ut sciatis quia ego sum qui

Etiam quod plerosque
cernimus et in
medio peccatorum
viventes et tamen vita
torpentes spiritu contem

per vos loquentes operor. Ecce cum vobis
ero cordibus hominum etiam sic nobis
loquor. Similitudine igitur cogitatione
doctorum ad exprimendum ypocritarum
sermo conuertitur. Et quia fatuitate tor
pent adhuc structionis sue plenius
indicatur. Nam sequitur Obliuiscitur
quod pes conculcet ea, aut bestie agri
conterant. Quid in pede nisi transitus
operationis accipitur. Quid in agro
nisi mundus iste designatur. De quo
in euangelio Dominus dicit Ager autem est
mundus. Quid in bestia nisi antiquus
hostis exprimitur qui huius mundi
rapinis insidians humana cotidie
morte saciatur. De qua per prophetam
Domino pollicente dicitur Et ma
la bestia non transibit per eam. Struthio
itaque oua sua deserens obliuis
citur quod pes conculcet ea. Quia vide
licet ypocrite eos quos in conuersatione
filios genuerint, delinquunt et omnino
non curant. ut aut exhortationis
sollicitudine aut discipline custo
dia destitutos prauorum opera ex^a
putant. Si enim omnia que gignunt
diligenter nimirum metueret ne
quis ea peruersa opera demerendo
calcaret. Hinc Paulus pedem
infirmus discipulis quasi omnes
que posuerat metuebat cum di
Phi 3 ceret Multi ambulant quos sepe
dicebam vobis, nunc autem et flens
dico inimicos crucis Christi. Et rur
sum Videte canes videte malos
2 Thess 3 operarios. Et rursum. Denunciamus
vobis fratres in nomine Domini nostri Ihesu
Christi ut subtrahatis vos ab omni
fratre ambulante inordinate et non
secundum traditionem quam acceperunt
a nobis. Hinc Johannes pedem
grayo formidabat. qui cum multa
Dyotrepis mala premisisset admon
uit Karissime noli imitari malum sed
quod bonum est. Hinc ipse syna
goge dux infirmo suo gregi me
Leui 17 tuebat dicens Quando ingressus
fueris terram quam Dominus Deus dabit
tibi, caue ne imitari velis abho
minationes illarum gentium. Obliui
scitur etiam quod bestia agri conterat

quia nimirum dyabolus malignus modo
seuiens "editos in bona conuersatione ″ ne
filios rapiat, ypocrita omnino non
curat. Hanc autem agri bestiam
Paulus omnibus "que posuerat formi ″ que
dabat dicens Timeo ne sicut 1 Cor. 11
serpens Euam seduxit astucia
sua ita corrumpantur sensus vestri
a castitate que est in Christo Ihesu.
Hanc agri bestiam discipulis 1 Pe. 4
metuebat Petrus cum diceret Ad
uersarius vester dyabolus quasi
leo rugiens circuit querens quem
deuoret cui resistite fortes in
fide. Habent ergo veraces magistri
super discipulos suos timoris vis
cera, et in virtute caritatis. Ypocrite
autem tanto minus commissis sibi
metuunt quanto nec sibimetipsis
quod timere debeant deprehendunt.
Et quia obduratis cordibus viuunt
ipsos etiam quos genuerint filios
nulla pietate debiti amoris ag
noscunt. Vnde adhuc substructionis
specie subditur Duratur ad filios vij er
quasi non sint sui. Quem enim
caritatis gratia non infundit pro
ximum suum etiam si ipse hunc deo
genuit extraneum respicit. Et pro
fecto sunt omnes ypocrite quorum
videlicet mentes dum semper
exteriora appetunt intus insensibi
les fiunt, et in cunctis que agunt
dum sua semper expetunt erga
affectum proximi caritatis nulla
compassione mollescunt. Quam mollia
viscera gestabat Paulus. quando
circa filios suos tanto estu amo 1 Thess 3
ris inhyabat dicens Nunc vi
uimus si vos statis in domino. Et
testis michi est deus quomodo
cupiam vos omnes in visceribus
Ihesu Christi. Romanis quoque ait Ro. 1
Testis est michi deus cui seruio
in spiritu meo in euangelio filii eius quod
sine intermissione memoriam vestri
facio semper in orationibus meis,
obsecrans si quomodo tandem
aliquando prosperum iter habeam in voluntate
dei veniendi ad vos, desidero

2 thy 1 cum videre vos. Thymotheo quoque
ait: Gratias ago Deo meo cui servio
a progenitoribus meis in consciencia pura
quia sine intermissione habeam
tui memoriam in oracionibus meis
nocte ac die desiderans te videre.
1 thess 2 Thessalonicensibus quoque amorem
suum indicans dicit: Vos autem
fratres desolati a vobis ad tempus
ore aspectu non corde, habundancius
festinavimus faciem vestram videre
cum multo desiderio. Cum di-
versis passionibus pressus et tamen
de filiorum salute sollicitus admonet
ibidem 3 dicens: Misimus Thymoteum fratrem nostrum
et ministrum Dei in ewangelio Christi ad con-
fortandos vos et exhortandos
pro fide vestra ut nemo moveatur in
tribulacionibus istis. Ipsi enim scitis
Ephe 3 quod in hoc positi sumus. Ephesiis
quoque ait: Peto ne deficiatis in
tribulacionibus meis pro vobis quod
est gloria vestra. Ecce in tribulacione
positus alios exhortatur, et in hoc
quod ipse sentiret alios roborat.
Non enim filiorum suorum sicut more
strucionis oblitus, sed metuebat
nimis ne eius discipuli in predi-
catore suo tot persecucionum probra
cernentes fidem in eo despicerent
contra quem in tantum passionum
contumelie prevalerent. Et idcirco
minus dolebat in tormentis,
sed magis filios de tormentorum suorum
temptacione metuebat. Parvipen-
debat in se plagas corporis. Ipse
paciendo suscipiebat vulnera
tormentorum, sed filios consolando
curabat vulnera cordium. Pensemus
cuius caritatis fuit filiorum
salute inter sua tormenta requirere
et statum mentis in proximis
eciam ex sua deieccione custo-
dire. Sed hec ypocrite caritatis
viscera nesciunt, quia eorum mens
quanto pro mundi concupiscenciam in ex-
teriora respicit, tanto per affec-
tum suum intimus ob duriciam
et torpore insensibili frigescit in-
trinsecus, quia amore dissipatur

Dum formidat in filiis plagas cordis

ergo cuius caritatis fuit ut dolores proprios aliis innuisse pensemus

mollescat foris, seque ipsam considerare
non valet, quia cogitare se minime
studet. Cogitare vero se non potest, quia
tota apud semetipsam non est. Tota
esse vero apud semetipsam non sufficit,
quia per quot concupiscencias rapitur per
tot a semetipsa species dissipatur.
Et ipsa in infimis iacet que collecta
si vellet ad summa consurgeret. Unde viij
inspector mentis quia per custodiam dis-
cipline a visibilium fluxo
appetitu constringitur, collecta apud
semetipsum interius integratur, quia
licet Deo vel proximo esse debeat ple-
ne ipse conspicit, quia nichil sui
extrinsecus relinquit. Et quanto ex-
terioribus abstracta compescitur tanto
aucta in summis inflammatur, et quo
magis ardet eo ad deprehendenda
vicia amplius lucet. Hinc est enim
quod sancti viri dum se intra semetipsos
colligunt, mira ac penetrabilia a-
c occulta etiam aliena delicta
deprehendunt. Unde bene per Ezechielem Ez 8
prophetam dicitur: Emissa similitudo
manus apprehendit me in cincinno
capitis mei, et elevavit me spiritus
inter terram et celum, et adduxit me
in Ierusalem in visione Dei iuxta ostium
interius quod respiciebat ad aqui-
lonem, ubi erat statutum ydolum
zeli ad provocandam emulacionem.
Quid est enim cincinnus capitis nisi
cogitaciones collecte mentis ut non
sparse diffluant sed per disciplinam con-
stricte subsistant. Manus ergo de-
super mittitur et propheta per cincinnum
capitis elevatur, quia cum nostra
mens sese per custodiam colligit,
vis superna sursum nos ab infimis
trahit. Bene ergo inter terram et celum
sublatum se asserit, quia quilibet
sanctus in carne mortali positus
plene quidem adhuc ad superna
non pervenit, sed iam tamen yma
derelinquit. In visione vero Dei in
Ierusalem ducitur, quia ut unusquisque
perficiens per caritatis zelum qualis
esse in eterna debeat contemplatur.
Bene quoque additur: Iuxta ostium

intus ductus est quod respicie-
bat ad aquilonem. Quia nimirum
sancti viri dum per aditum interne
contemplationis aspiciunt plus
prava in terra etiam fieri quam erant
deprehendunt, et quasi in aquilonis
partem oculos id est ad pollis sinis-
tram flectunt. Quia contra vitiorum +
~~[struck]~~ frigora caritatis se stimu-
lis accendunt, ubi rite subigitur.
Quia illic statutum erat ydolum
zeli ad provocandam emulationem. Dum
enim in terra sanctam etiam a non
nullis spe sola fidelibus rapinas
et vicia perpetrari considerant, quasi
aliud quam in illum ydolum vident,
quod ydolum zeli dicitur. Quia
per hoc contra nos emulatio superna
provocatur, ut tanto districtius delinquentes
~~[struck]~~ feriat, quanto nos ca-
B rius redemptor amat. Ypocrite
igitur quia cogitationes mentis
non colligunt, per cinctum capitis
minime tenentur. et quia sua nes-
ciunt, commissorum sibi delicta mi-
nime deprehendunt. Hii itaque tor-
pent celestibus atque flagrare
debuerant et flagrant terrenis rebus
anxie. ~~aquibus~~ quibus lauda-
biliter torpuissent. Postposita
quippe cura filiorum sepe eos vide-
sc as contra pericula in nisi labore
attingere, maria transmeare, adi-
re iudicia, pulsare principatus,
pallacia irrumpere, ingratibus potestatibus
interesse, et terrena patri-
monia laboriosa obstinatione de-
fendere. Quibus si fortasse dicitur
Cur ista vos agitis qui seculum
reliquistis? Respondent illico deum
se metuere. et idcirco tanto studio
defendendis patrimoniis insudare.
Unde bene adhuc destructionis
huius stulto labore subiungitur.
ix c Frustra laborarunt nullo timore
cogente. Illic namque trepidave-
runt timore ubi non erat timor.
[illegible] 7. Cum enim divina voce percipitur. Si
quis tibi tulerit tunicam et volu-
erit tecum iudicio contendere
dimitte illi et pallium. Et rursum

Si quis quod tuum est tulerit, luc 6
ne repetas. Paulus quoque apostolus
discipulos suos cupiens exteriora
despicere ut valeant interna sentire
admonet dicens. Iam quidem omnino 1 cor 6
delictum est in vobis quod iudicia
habetis inter vos. quare non magis
fraudem patimini? Et tamen ypocrita
assumpto sancte conversationis
habitu filiorum custodiam deserit
et terrena quoque etiam defendere
iurgiis querit exemplo suo
eorum perdere corda non trepidat
et quasi per negligenciam amittere
patrimonia terrena formidat. In
errorem discipulus labitur, et
tamen cor ypocrite nullo do-
lore sauciatur. Ire in iniquitatis
voraginem commissos sibi conspi-
cit, et hec quasi inaudita per-
transit. At si quid sibi leve in re
temporale dampni senserit, in vulto
mis ira repente inardescit, mox
patientia rumpitur, mox dolor cor-
dis in vocibus effrenatur. quia
dum animarum dampna equanimiter
tolerat, iacturam vero rerum tempora-
lium repellere etiam cum ipsius com-
motione festinat, cunctis patenter
indicat teste mentis perturbatione
quid amat. Ibi quippe est grande
studium defensionis. ubi est magnitudo
amoris. Nam quanto magis
terrena diligis, tanto privari eis
vehementius pertimescis. Quia
enim mente in hoc mundo aliquid
possidemus, non dolemus nisi cum
amittimus. Sine dolore namque
amittitur quod sine amore pos-
sidetur. que vero ardenter diliguntur
habita, graviter suspiramus ablata.
Quis autem nesciat quia humanis
usibus terrenas res deus condiderit
sibi autem animas creavit. Plus hominum
ergo deo se amare convincitur
qui neglectis hominibus que eius sunt
propria tuetur. Perdere namque ypocrite
ea que dei sunt, id est animas
hominum non timet, et ea que sua
sunt amittere videlicet res cum

Amor ex effectu
exteriori cognoscitur

mundo transeuntes quasi districto
iudicio reddituri rationem timent
ac si placitum inveniant. Cum
desideratis rebus id est rationabi
libus perditis insensibilia non
quesita conservant, possidere aliquid
in hoc mundo volumus, et ecce
Luc 14 veritas clamat: Nisi quis re
nunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus.
Perfectus ergo christianus quomodo
debet res terrenas iurgando de
fendere quas non precipitur possidere?
Itaque cum res temporales amittimus
si perfecte deum sequimur, in summis
mente itinere a magno onere levigati
sumus. Cum vero curam rerum
earundem nobis itineris necessitas
imponit, quidam dum eas ra
piunt solummodo tolerandi sunt,
quidam vero conservata caritate
prohibendi, non tamen sola cura
ne nostra subtrahant, sed ne ra
pientes non sua semetipsos per
dant. Plus quippe ipsis rapto
ribus debemus metuere quam rebus
irrationabilibus inhiare. Illa nam
que etiam non rapta morientes
amittimus, cum illis vero et iure
conditionis ordine et si corrigi stu
deant, post perceptionem muneris
unum sumus. Quis autem nesciat
quia minus ea quibus utimur
et plus debemus amare quam sumus?
Si ergo et pro sua necessitate rap
toribus loquimur, iam non solum
nobis que temporalia, sed ipsis
etiam que sunt eterna querimus.
Tunc mire illud est solerter in
tuendum, ne per necessitatis metum
cupiditatis surrepat vitium, et zelo
succensa prohibitio et impetu in
moderato distensa usque ad
odiose turpitudinis contentionis
erumpat, dum per terrena re pax
a corde cum proximo scinditur,
liquido appareat quia plus res quam
proximus amatur. Si enim carita
tis viscera etiam circa raptorem
proximum non habemus, nos ipsos
peius ipso raptore persequimur,

quinimmo nos quam alter potuit devastamus,
quia dilectionis bonum sponte deseren
tes a nobis ipsis intus est quod
amittimus, qui ab illo sola extra
in perdebamus. Sed hanc ypocrita
formam caritatis ignorat, quia plus
terrena quam celestia diligens contra
eum qui temporalia diripit se se conti
nuis in eum odio inflammat. Secun X v
dum vero est quia sunt non nulli
quos caritatis gremio nutriens
mater ecclesia tolerat, quousque ad
spiritualis etatis incrementa perducat.
Quia non virginum et sanctitatis statum
tenent, et perfectionis virtutum exercitium
non valent, ad dona namque spiritualia
minime assurgunt, et idcirco huius qui
minime sibi commissi sunt ad tuendum ea
que terrena sunt serviunt, et non numquam
in defensionis eorundem manutenentia
excedunt. Hos nequaquam credendum
est in ypocritarum numero currere. Quia
aliud est infirmitate, aliud malitia
peccare. Hoc itaque inter hos et inter
ypocritas distat, quod hii infirmitatis
conscii malunt a cunctis de culpa
sua redargui, quam de ficta sanctitate
laudari. Illi vero et in iniqua se agere
certi sunt, et tamen apud humana
iudicia de nomine sanctitatis intumes
cunt. Isti non metuunt prius hominibus
etiam de bona actione displicere
dum supernis tamen iudiciis placent.
Illi vero numquam quid agunt, sed quid
de actione qualibet hominibus possint
placere considerant. Isti iuxta modum
sue intelligentie etiam in rebus
secularibus militant causis dei. Illi
etiam per causas dei in tentationibus
deserviunt seculi. Quia in ipsa quoque
que se agere sancta opera ostendunt
non conversionem querunt hominum, sed au
ras favorum. Igitur cum quosdam non
dum perfecte conversionis viros mandatum
nec minime defendere terrena conspi
cimus, debemus hoc in illis parvi
tatem reprehendere, nec tamen eos
reprehendendo desperare. Quia plerumque
unius eiusdem hominis et inter quedam
indicibilia que apparent et mag

que latent in nobis, aut sepe in
fine prodeunt. et non numquam que
reprehendenda sunt occultantur. hinc
ergo humilianda est nostre mentis
elacio, quia et illorum in firma
publica sunt et ... nostra secreta. Et
rursum fortia illorum secreta sunt
et in publico nostra vulgantur. quos ergo
deaperta in firmitate reprehendimus
super est ut de occulte fortitudinis
estimacione vereamur. Et si de aperta
firmitate mens nostra elevatur
occulta sua in firma consideret
se se in humilitate premat. Sepe enim
nonnulli multis preceptis obsecuntur
et quedam pauca preteriunt, et nos
multa pretermittimus cum pauca ser
vamus. unde fit plerumque ut qui
quod servare nos nouimus. hoc pre
terire alios uidemus. Igitur nostra
se in elacione mens elevat obli
uiscens quam multa preterat, cum
valde sunt pauca que servat.
Necesse est ergo ut in quibus alios
reprehendimus. elacionis sollicitate nostre
cogitacionis declinemus, quia si
subtiliorem se ceteris iam animus
conspicit, quasi in precipicium singla
ritatis ductus, heu premis ruit.
Sed cur ypocrita celestia lucra de
serens, terrena elaboret, subsistencio
nis adhuc nomine subiungit de
cens ~~cens~~ Privavit enim eam deus sapientia
nec dedit illi intelligenciam. Quan
uis aliud sit privare. aliud non
dare. hoc tamen repetens sub dedo,
non dedit, quod premisit, privavit. ac si di
ceret dixi
mat. non iste sapienciam abstulit, sed iuste
non dedit. Unde et pharaonis cor
dominus obdurasse describitur, non quod
ipse duriciam contulit, sed quod corrige
tibus eius meritis. nulla illud de
super in fusi timoris sensibiliter mol
liuit. Sed nunc ypocrita qui sanctum se
esse simulat. qui sub ymagine boni
operis occulta sancte ecclesie pace pre
mitur. et idcirco ante nostros oculos reli
gionis visione vestitur. Si quando non
temptacio fidei erumpat statim
lupi mens rabida habitu se

ouine pellis expoliat, quantumque
contra bonos seuiat persequens
demonstrat. Unde et recte ~~subd~~
Cum tempus fuerit in altum alas
erigit, deridet equitem et ascen
sorem eius. Quid enim alas
huius strucionis accipimus. nisi
pressus hoc tempore quo conplicantur
ypocrite cogitaciones, quas cum
tempus fuerit in altum elevat, quia
oportunitate comperta. eas superbiendo
manifestat. Alas in altum erigere
est per effrenatam superbiam cogitacio
nes aperire. Nunc autem quia sanctum
se esse simulat. quia in semetipso
restringit que cogitat quasi alas
per humilitatem plicat. Mox quod vero xi
est quod non ait equum, sed equitem y
et ascensorem. Equus quippe est
unius cuiusque sancte anime corpus
suum, quod videlicet novit et ab
illicitis continencie freno restringere
et rursum caritatis in pulsu in ex
ercitacione boni operis relaxare.
Equitis ergo nomine anima sancti
viri exprimitur que iniunctum corporis
bene sub ditum regit. Unde et Iohannes Apok 19
apostolus in Apokalipsi. dum contemplacionem
ait. Et exercitus qui sunt in celo
sequebantur eum in equis albis.
Multitudinem quippe sanctorum
que in hoc martirii bello sudaue
rat recte exercitum vocavit, qui ideo
circo in equis albis sedere refertur
quia nimirum eorum corpora
et luce iusticie et castimonie can
dore claruerunt. Deridet ergo
ypocrita equitem. quia cum ipse
in aperto in iquitatis erumpit electorum fidei
... despicit sanctitatem et electos
fatuos appellat, quos pace per ipsius
fidei callida arte simulabat. Cuius
vero alius ascensor est equitis
nisi omnipotens dominus. qui et ea que non
erant providens condidit, et ea
que sunt possidens regit. Asce
dit quippe equitem. quia mentem
uniuscuiusque viri etiam possidens sua
bene membra possidentem. Hunc
ergo ypocrite deridere est equitem
suos despicere. deridere vero est

ascensorem equitis pertrahere usque
ad ruinam creatoris. Quia enim
in uno quoque lapsu animus semper
incipit et succrescentibus culpis
ad graviora pertrahitur, recte ypocri-
te huius iniquitas per subposita in-
crementa distinguitur ut dicatur
prius bonum se esse non sit ostendere,
postmodum vero bonos aperte
despicere, ad extremum quoque usque
ad iniuriam conditoris exilire.
Nunquam quippe illic anima quo
ceciderit iacet, quia voluntarie
semel lapsa ad peiora sue iniquitatis
pondere impellitur, ut in profundum cor-
ruens semper ad huc in penis ob-
ruatur. Erit ergo ypocrita tunc
suas laudes appetat, postmodum
vitam proximorum premat, et usque
se in irrisione sui conditoris exer-
ceat, ut quo elaciora semper exco-
gitat, eo se supplicius actionibus
immergat. O quam multos inu-
tiles sancta ecclesia tolerat, quos
cum tempus eruperit temptacio-
nis aperta manifestat, quia voluntates
suas quas contra eam modo non
exerunt, quasi complicatas in-
terim alas cogitacionum premunt.
Quia enim a bonis malisque hec
vita communiter ducitur, nec etiam
extrinsecus mundo visibiliter congregatur,
sed deo invisibiliter iudicante dis-
cernitur, atque in exitu suo a reproborum
societate separatur. Nos vero in ea
esse nec boni sine malis, nec ma-
li sine bonis esse possunt. Hoc
enim tempore coniuncta utraque pars
sibi vicario congruit, ut et ma-
li vincantur per exempla, et boni
purgentur per temptamenta malorum.
Atque ideo dominus postquam substructio-
nis specie de ypocritarum reprobacione
intulit, mox ad electorum sortem
verba convertit, ut qui in illis
audierant quod fugientes tolerent,
in istis audiant quod imitantes ament.
[illegible] 3 Sequitur: Nunquid prebebis equo for-
titudinem. aut circumdabis collo eius
hinnitum. Sed fortasse prius hu-
ius equi fortitudinem hinnitumque

Peccator de peccato in peccatum progreditur

Ecclesia ex malis et bonis permixta

S. 61 li. x c. 11

xxi 33 c. 14

disseramus ab aliquibus queritur ut a-
liter etiam moralitate postposita
7 Rinocerotis virtus et strucionis humi-
litas exponatur. Manna quippe
est verbum dei, et quicquid bona
voluntas suscipientis appetit, hoc
profecto in ore comedentis sapit. Ita
vero est verbum dei quam quanto
labor inquirentis exigit, tanto lar-
gius fructum reddit. Debet ergo in-
tellectus sacri eloquii multiplici in-
quisicione ventilari, quia terra que
sepius aratro vertitur ad frugem ube-
rius aptatur. Que ne igitur aliter de
rinocerote ac strucione sentimus
sub brevitate perstringimus, quia ad
ea que obligatoria sunt enodanda
properamus. Rinoceres iste qui et
monoceros in grecis exemplaribus
nominatur, tante esse fortitudinis dicitur
ut nulla venancium virtute capiatur.
Sed ut hii asserunt qui describendis
naturis animalium laboriosa investiga-
cione sudaverunt, virgo ei puella pro-
ponitur, que venienti sinum aperit,
in quo ille omni ferocitate postpo-
sita caput deponit, sicque ab eis a
quibus capi queritur repente velut
inermis invenitur. Buxei quoque coloris
esse describitur, qui etiam cum ele-
phantibus certamen aggreditur eo
cornu quod in nare singulariter
gestat ventrem adversancium ferire per-
hibetur, ut cum ea que molliora sunt
vulneravit, impugnantes se facile sternat.
Potest ergo per hunc rinocerotum seu
unicornem ille populus intelligi qui
dudum de accepta lege non opera
sed solam inter cunctos homines elacionem
sumpsit, quasi inter ceteras bestias
cornu singulare gestavit. Unde passionem
suam dominus propheta premittente ait:
Libera me de ore leonis et a cornibus
unicornium humilitatem meam. Tot
quippe in illa gente unicornes vel
certe rinocerotes extiterunt quot
contra predicatores veritatis de legis
operibus singulari et fatua elacione
confisi sunt. Beatus igitur Iob sancte ecclesie
typum tenens dicitur: Nunquid volet
rinoceros servire tibi. Ac si aperte dicat

Quid illum populum qui superbi
re in nece fidelium stulta sua ela
tione consueverat, sub nomine tue pre
dicationis inclinas, subaudis ut
ego, qui et contra me illum et
singulariter eorum extolli conspicio
et tamen michi cum voluero pro
tinus subdo. Sed hec melius co
gnoscimus si de genere ad speciem tran
seamus. Iste ergo ex hoc populo
et primus in superbia et postmodum
precipuus testis in humilitate nobis
admodum Paulus occurrit. Qui
dum contra deum quasi de cus
todia legis nesciens se extulit
contra deum cornu in nare ge
stavit. Sed hoc ipsum naris cornu
per humilitatem postmodum inclinans dicit:
1 Tim 1. Qui prius fui blasphemus et
persecutor et contumeliosus, sed misericordiam
consecutus sum quia ignorans
feci. In nare cornu gestabat, qui
placiturum se deo de crudelitate
confidebat, sicut ipse postmodum
semetipsum redarguens dicit: Et
Gal 1. proficiebam in Iudaysmo super mul
tos coetaneos meos in genere meo
habundancius emulator existens
patrum mearum tradicionum. Huius
autem rinocerotis fortitudinem omnis
venator extimuit, quia Saulis
seviciam unusquisque predicator ex
pavit. Scriptum namque est: Saulus
Act 9. autem adhuc spirans minarum et ce
dis in discipulos domini, accessit ad
principem sacerdotum et peciit ab eo
epistolas in Damascum ad syna
gogas, ut si quos invenisset huius
vie viros ac mulieres vinctos
perduceret in Ierusalem. Cum flatu nare
reddendus trahitur inspiratio vo
catur, et illud sepe per odorem nare
deprehendimus quod oculis non
videmus. Rinoceros ergo iste
nare gestabat cornu, quo perse
queretur quia minas et cedes spirans
perquirens petentes in Christum fidelium sua inse
quebat. Sed ecce omnis quem ille
venator abscondit omnis homo

id est racione sapiens opinione
timoris eius effugiat. Ut ergo
hunc rinocerotem capiat ingo
sinum suum id est secretum sinum
ipsa per se inviolata dei sapiencia
in carne expandit. Scriptum quippe Act 9
est: Et cum Damascum pergeret
subito circumfulsit eum die media
lux de celo, et vox facta est dicens:
Saule Saule quid me persequeris?
Qui in prostratus in terram respondit:
Quis es domine? Cui illico dicitur:
Ego sum Ihesus Nazarenus quem
tu persequeris. Virgo nimirum ri
noceroti sinum suum aperuit, cum
Saulo incorrupta dei sapiencia
in carnacionis sue misterium de celo
loquendo patefecit, et fortitudinem
suam rinoceros perdidit, quia
prostratus humo omne quod
superbum tumebat amisit. Qui
dum sublatis oculorum lumine man
ad Ananyam ducitur, patet iam
rinoceros iste quibus dei loris
astringitur. Quia videlicet uno tempore
cecitate, predicatione, baptismate
ligatur, qui etiam ad dei presepe
moratus est, quia ruminare
verba evangelii dedignatus non
est. Ait enim: Ascendi Ierusalem Gal 2.
cum Barnaba et Tyto, ascendi
autem secundum revelacionem et contuli
cum illis evangelium. Et qui prius ieiu
nus audierat: Durum est tibi Act 9.
contra stimulum calcitrare, mira
postmodum virtute predicantis
pressus, et verbi pabulo vires
obtinuit, et collum superbie amisit.
Loris quoque dei non tantum astrictus
restringitur, sed quod magis sit mi
rabile ad arandum ligatur, ut non
solum homines crudelitatis cornu non respectat
sed cornu etiam respectu semens
aratrum predicationis trahat. Ipse
quippe de evangelizantibus quasi de 1 Cor 9
arantibus dicit: Debet enim
in spe qui arat arare, et qui
triturat in spe fructus percipiendi.
Qui igitur tormenta prius fidelibus
irrogaverat, et pro fide postmodum
flagella libenter tolerabat. Scriptus

Vertatur

etiam epistolis humilis ac despectus
predicabat quod dudum tumidus
impugnabat, profecto bu ligatus
sub aratro desudabat ad segetem.
Qui fuerat in campo male
liber a timore. De quo recte dicitur:
Aut confringet glebas vallium
post te? Jam scilicet dominus metas
quondam intraverat quando illum
veritatis humani generis redemp
torem credebat. Cum tamen
cum nequaquam a pristina obser
vatione recederent, cum divina
littere predicamenta custodirent,
eis predicator egregius dicit:
Gal. 5 Si circumcidamini, Christus vobis nihil
prodest. Cum igitur in similitudine mete
fidelium legis duritiam redargu
endo contrivit, quid aliud quam
in valle post dominum glebas
confregit, ne videlicet grana
seminum, que excisus aratro
fidei sulcus cordis excepit,
per custodiam littere pressa deprimeret?
De quo adhuc bene subditur: Nunquid fiduciam habebis in mag
na fortitudine eius et derelin
ques ei labores tuos? In rhino
cerotis huius fortitudine fi
duciam dominus habuit, quia quanto
illum crudelius divina sibi in
fensum pertulit, tanto post con
stantius tolerantem adversa
prescivit. Cum labores etiam quos
ipse in carne pertulerat dereliquit,
quia conversum illum usque ad
imitationem proprie passionis extendit.
Col. 1 Unde et per eundem rhinocerota
dicitur: Suppleo et ea que desunt
passionum Christi in carne mea.
De quo adhuc subditur: Nunquid
credes ei quod reddat sementem
tibi et aream tuam congreget?
Consideremus similiter quis fuit
cum a prima adolescentia lapidan
tium adiutor existeret, cum
Act. 9 alia ecclesie loca vastaret, et ac
ceptis epistolis vastanda alia
peteret, cum mors ei fidelium
nulla sufficeret, sed post ad illorum

interitum aliis extinctis anhelaret,
et profecto cognoscimus quia nullus
tunc fidelium crederet quod ad iugum
sue formidinis unquam tante elationis
incurvaret. Unde et Ananias vo
ce divina hunc et prius conversum
audiunt extimuit dicens: Domine, Act. 9
audivi a multis de viro hoc quanta
mala sanctis tuis fecit in Ierusalem.
Qui tamen repente commuta
tus ab hoste predicator efficitur et
in cunctis mundi partibus redemptoris
sui nomen insinuat, supplicia
pro veritate tolerat, pati se que irro
gaverit exultat, alios blandimentis
ad fidem, alios terroribus revocat.
Istis regnum pollicetur celestis patrie,
illis minatur ignes gehenne, hos
per auctoritatem corrigit, illos ad viam
rectitudinis per humilitatem trahit,
atque in omni late ad manum sui
redemptoris inclinat, et tanta arte
dei aream congregat quantam illi
prius elatione ventilabat. Sed ne
quaquam hoc abhorret apostolus quod rhino
ceros buxei coloris dicitur et ele
phantorum ventres ferire perhibetur.
Quia enim unicornis sub rigore legis
assueverat, arctius certis in illo cus
todia uniuscuiusque virtutis inolevit.
Quod enim per colorem buxeum insi
abstinentie pallor exprimitur, tam ipse
se tenaciter adherere testatur dicens:
Castigo corpus meum et in servitutem | Cor. 9
subicio, ne forte aliis predicans
ipse reprobus efficiar. Cum divine
legis eruditione preditus, dum aliorum
ingluviem redarguit, quorum ele
phantes in ventrem ferit. In
ventrem quippe elephantes per
cusserat, cum dicebat: Multi enim am Phil. 3
bulant quos sepe dicebam vobis,
nunc autem et flens dico inimicos
crucis Christi, quorum finis interitus,
quorum deus venter est et gloria in
confusione ipsorum. Et rursum: Huius
modi Christo domino non serviunt, sed
suo ventri. Eorum suo igitur rhinoce
ros iste non iam homines sed bestias
percutit, qui illa Paulus doctrine

sine fortitudine nequaquam preuidendo
humiles perdit, sed superbos ventris
xiiij c cultores occidit. Que quia in paulo
scripta cognouimus, superest ut fra(tres)
et in aliis credamus. Multi quippe
pe ad humilitatis gratiam exilius
populi elatione conuersi sunt, quorum
senitiam dominus dum subiugo in
pietati timoris edomuit nimirum
rinocerotis sibi fortitudine sub
egit. Sed quia miram dei potentiam
quid de elatis egit audiuimus
Nunc miram eius pacientiam in hiis
quos reprobans tolerauit audia(mus)
Penna strucionis similis est pennis
herodii et accipitris. Quid strucio
nis nomine nisi synagoga signatur
que alas legis habuit, sed corde
in infimis repens magna se acta
sublenauit. Quid uero per herodium
et accipitrem nisi antiqui patres
exprimuntur qui ad ea que potuerunt
intelligenda perspicue valuerunt
etiam viuendo peruolare. Penna
igitur strucionis et herodii et acci
pitris pennis est similis, quia
synagoge vox priorum patrum
doctrinam loquendo tenuit, sed
viuendo nesciuit. Vnde et eiusdem
synagoge populos de phariseis
Mt 23 atque scribis veritas ammonet dicens
Super cathedram moysi sederunt
scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque
dixerint nobis seruate et facite,
secundum uero opera eorum nolite facere.
Multa autem dicere de herodii vi
ta possumus, sed quia penna eius
tantummodo ad memoriam deduc
itur, deuita loqui prohibemur.
Que derelinquit in terra oua sua tu
forsitan in puluere calefacies ea. In
omnis est aliud quod cernitur aliud quod
speratur. et uideri spes non potest
Ro 8 paulo attestante qui ait. Quod
enim quis videt quid sperat.
Quid ergo per strucionis oua nisi
de synagoge carne editi apostoli
designantur qui dum se in mundo
despectos atque humiles exhibent
sperare gloriam in supernis docent.

Abiecti namque et quasi nullius
momenti apud elatos habiti in
terra velut oua iacuerunt, sed intus
in eis latebat unde viuerent et sub
leuati spei pennis ad celestia vo
larent. Que oua strucio in terra
derelinquit, quia eos quos carne
genuerat synagoga apostolos audire
contempnens vocande gentilitati
deseruit. Mira autem potentia
dominus hec eadem in puluere oua
calefaciet quia viuos apostolorum
fetus illa abiecta dudum gentilitas
suscitauit, et quos synagoga velut
insensitos in viuificatosque despe
xerat, ipsi nunc in veneratione
gentium per doctrine magisterium
viuentes volant. Oua sua stru
cio in puluere derelinquit, quia et
omnes quos predicando synagoga
tenuit ~~......~~, a terrenis desi
deriis minime suspendit. Que
nimirum desideria quia antiquus
hostis concepta in corde inuenit,
obsessis mentes etiam in scelerib(us)
rapit. Unde et subditur. Obliuiscitur
quod pes conculcet ea, et bestia agri
conterat. Tunc oua pes calcat,
et bestia conterit cum in terra de
seruitur. Quia videlicet humana
corda dum semper terrena cogita
re. semper que yma sunt agere
appetunt, ad conterendum se agri
bestie, id est dyabolo sternuntur, ut
dum dum in infima cogitatione ab
iecta sunt, quaque etiam maiori
criminum perpetratione frangantur. Sy
nagoga ergo oua que genuit
a terra suspendere bene viuendo
neglexit, sed omnipotens deus multos
eius filios, quamuis in terrenis de
sideriis mortuos ac frigidos rep
perit, calore tamen sui amoris
animauit. Sed uitam quam filiis
synagoga non dedit, hanc post
modum in vidit, dum mollire
persequendo extinguere quos se ad
bona opera non meminerat fouen
do genuisse. Vnde et apte de hac
strucione subditur. Duratur ad filios
quasi non sint sui. Quasi non

suos respicit quos aliter vivere quam
docuit ipsa deprehendit. et durescente
sentencia errores admonet, seque in
eorum cruciatibus exercet. atque in
vidue fetibus inflammata in quibus
non laborarunt ut possint vincere,
laborant ut debeant interire, et cum
Domini membra persequitur placare
se per hoc deum suspicatur. Unde et
de eiusdem structionis ovibus veri
Jo 16 tas dicit. Venit hora ut omnis
qui interficit vos arbitretur se ob
sequium prestare deo. Quia ergo
dum crudelitate ad persequendum
synagoga ducitur, hoc se agere impul
su divini timoris arbitratur, recte
subiungitur. Frustra laboravit nullo
timore cogente. In labore quippe
illam persecucionis anhelare non ti
mor sed crudelitas coegit. Et quia
plerumque vicia colore virtutum
tincta, tanto nequiora sunt quanto
et esse vicia minime cognoscuntur,
eo in persecucione synagoga durior
extitit, quo religiosiorem se fieri
fidelium mortibus estimavit, et
idcirco que ageret discutere omnino
non potuit, quia lumen sibi in
telligencie per superbie obiectionem
clausit. Unde et bene subditur.
Privavit eam deus sapiencia
nec dedit illi intelligenciam.
Districtum quippe est occulte re
tribucionis examen, et quia sciens
per humilitatem perdidit, eciam veri
tatis intelligenciam nesciens a
misit. Valde autem minora sunt
verba, que in redemptoris adven
tu fidelibus intulit quam ea
quibus scimus eciam adhuc per
adventum antichristi ferre con
tendit. Ad illud namque tempus
se servat, ut vitam fidelium coa
cervatis viribus premat. Unde et
apte subditur. Cum tempus fuerit
in altum alas erigit, deridet
equitem et ascensorem eius.
In altum scilicet alas erigit quando
suo conditori synagoga non ut
antea formidando, sed aperte iam
repugnando contradicit. Iumbus

quippe dyaboli tradens iudaicum
hominem deum credens contra
fideles tanto in altum extollitur
quanto dei corpus se esse gloriatur.
Bene quia non solum humanitatem
dei sed ipsam eciam divinitatem
despicit, non tantum equitem sed
ascensorem eciam equitis irridet.
Nam custodita unitate persone
valet intelligi quia ubique dei
tunc equitem ascendit, quando Quia al
humanam animam pure carni presi tarum
dentem divino cultu semper ipsa sibi it
creando subiugavit. Carne quippe vtez
divinitatis anima mediante suscepit, virgus
et per hoc totum simul equitem te gdict
nuit, qui in semetipso non solum Tur
|| hanc illam que gerebat, sed eciam que ge equite
bat ascendit. Iudea igitur per advenienti ascend
superbientis antichristi laqueo seduc quam
cionis capta, quia redemptorem
nostrum similem fuisse inter homines
despicit, deridet equitem. Quia
omnibus in omnibus divinitati concordiat,
deridet nichilominus ascensorem. Sed
redemptor noster unus idemque et equi
et equitis ascensor, et cum in mundum
venit fortes contra mundum predica
tores exhibuit, et cum in mundi
termino fallaciam antichristi tolerat, vir
tutem pro se certantibus subministrat.
Ut cum antiquus hostis in illa sua
cionis finiendo libertate laxatur,
fideles nostri tanto maiores vires
accipiant, quanto contra adversarium
plenius pugnant. Unde hic cum structio
alas elevare, ascensorem et equitem
deridere describitur, illico fortium
predicatorum memoria subrogatur et
dicitur. Numquid prebebis equo forti ¶ xiiii
tudinem. aut circumdabis collo eius 3
hinnitum. In scriptura sacra equi nomine
aliquando lubrica vita presencium, aliquando
dignitatis qualitas, aliquando hoc ipsum
presens seculum, aliquando predicatoris inten
cionis, aliquando sanctus predicator ex
primitur. Equi enim nomine lubrica
presencium vita signatur, sicut scriptum
est. Nolite fieri sicut equus et mulus.
Et sicut per prophetam alium dicitur. Equi a
matores et emissarii facti sunt

Jer. 7

unusquisque ad uxorem proximi sui hin
niebat. Equi nomine dignitas temporalis
accipitur Salomone attestante qui
Eccl. x ait: Vidi servos in equis, et princi
pes ambulantes super terram quasi servos.
Omnis quippe qui facit peccatum servus est
Io 8. peccati. Servi in equis sunt cum
peccatores praesentis vitae dignitatibus
efferuntur. Principes vero quasi servi
ambulant, cum multos virtutum
plenos dignitatis nullus honor
erigit, sed summa hic adversitas ne
scit in dignos deorsum premit.
Hinc rursum dicitur: Dormitaverunt
qui ascenderunt equos, id est, timor
te animae mentis oculos aeter
nitatis luce clauserunt, qui in prosperis
vitae honore confisi sunt. Equi nomine
hoc ipsum seculum praesens designatur.
Gen. 49 Sicut Jacob voce dicitur: Fiat Dan
coluber in via, cerastes in semita,
mordens ungulas equi, ut ca
dat ascensor eius retro. Quo
in testimonio quid equus significet
melius ostendimus, si et ea quae
circumstant, paulo subtilius ex
ponimus. Non nulli enim de tri
bu Dan venire antichristum ferunt,
pro eo quod hoc loco Dan et coluber
asseritur et mordens. Unde non
immerito dum israeliticus populus
Num. 2 terras in castrorum partitione susciperet, pri
mus Dan ad aquilonem castrametatus
est, illum scilicet signans qui in corde
suo dixerat: Sedebo in monte testamenti
Isa. 14 in lateribus aquilonis, ascendam super
altitudinem nubium et similis ero al
tissimo. De quo et per prophetam dicitur:
Jer. 8 A Dan auditus est fremitus equorum
eius. Qui non solum coluber sed
etiam cerastes vocatur. Ceras enim
graece cornua vocantur. Serpens quoque
hic cornutus perhibetur, per quem digne
antichristi adventus asseritur, quia
contra vitam fidelium cum morsu pe
stiferae praedicationis armatur etiam
cornibus potestatis. Quis autem ne
sciat semitam angustiorem esse quam
viam? Fit ergo Dan coluber in
via, quia in praesentis vitae latitudine
eos ambulare provocat, quibus

quasi parcendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit erroris sui veneno consumit.
[illegible] quia quos fideles reperit
et sese ad praecepti caelestis angusta
itinera constringentes, non solum
nequitia callidae persuasionis impetit,
sed etiam terrore premit, et in persecutionis
angariae post beneficia fictae dul
cedinis exerit cornua potestatis.
Quo in loco equus hunc mundum
insinuat, quia per elationem suam
in cursu labentium temporum spumat.
Et quia antichristus extrema mundi
apprehendere nititur, cerastes iste esse
qui ungulas mordere perhibetur.
Ungulas quippe equi mordere est
extrema saeculi feriendo contingere.
Ut cadat ascensor eius retro.
Ascensor equi est quisquis extollitur
in dignitatibus mundi, qui retro
cadere dicitur, quod in faciem cecidisse sicut Saulus
memoratur. Insipientem cadere est
in hac vita suas unumquemque cul
pas agnoscere, easque paenitendo de
flere. Retro vero quo non videtur
cadere est et ad quae supplicia ducatur
ignorare. Et quia incautus erroris
sui laqueis capta pro Christo antichristum
exspectat, bene Jacob in eodem loco
in electorum voce conversus dicit:
Salutare tuum exspectabo domine,
id est, non sicut infideles antichristum,
sed eum qui in redemptionem nostram
venturus est, verum credo fideliter esse
Christum. Equi nomine praeparato recte
in certaminis actu sicut scriptum est:
Equus paratur in diem belli, sed dominus
salutem tribuit, quia contra
temptationem animus se praeparat,
sed nisi adiuvetur desuper, salubriter
non decertat. Equi nomine sanctus
quisque praedicator accipitur, propheta
attestante qui ait: Misisti in mare
equos tuos, turbantes aquas mul
tas. Quietae quippe aquae iacue
runt, quia humanae mentes diu
sub vitiorum suorum torpore sopitae
sunt, sed equis Dei mare turbatum
est, quia missis sanctis praedicatoribus
omne cor quod pestifera securi
tate torpuit, in pulsu salutiferi

Gen. 49
Prov. 21
Abac. 3
propheta vita repente decidit

xv

Timoris expavit. Hoc itaque loco
equi nomine sanctus praedicator accipitur.
dicit Cum beato Iob. Numquid praebebis
equo fortitudinem, aut circumdabis
collo eius hinnitum. Et quid est
quod huic equo Dominus fortitudinem
prius se dare et postmodum collo
eius hinnitum circumdare asserit.
Hinnitu enim vox praedicationis ex
primitur. Verus autem quisque prae
dicator ante fortitudinem et postmodum
hinnitum accipit. Quia cum
ipse prius vitia extinxerit, tunc
percutiendis aliis ad vocem prae
dicationis venit. Equus iste habet
fortitudinem, quia adversa constanter
tolerat. Habet hinnitum, quia ad
superna blandiens vocat. Huic
equo Dominus et fortitudinem et hin
nitum se dare testatur. Quia in
praedicatore eius nisi et vita et
sermo conveniat, nequaquam virtus
perfectionis apparet. Non enim
muniri potest, si sublimis
vitae operatione fultus sit, si tamen
loquendo non valet ad hoc alios
excitare quod sentit. Vel quid pro
dest loquendo attendere, si semet
ipsum indicat male vivendo
torpuisse. Quia ergo in praedicato
re necesse est ut ad perfectionem
utraque conveniant, equo suo Dominus
et cum actionis fortitudine hin
nitum vocis, et cum hinnitu vocis
fortitudinem instruit actionis. Et
notandum cur hinnitus qui in
tus nimirum pergitur dicitur, equi
collo circumdari, id est quasi per gyrum
trahi exterius dicitur. Quia videlicet
praedicatio dentibus emanat, sed
extra tendat, ita quo alios ad
bene vivendum instituit, eo ad
bene agendum et opera praedicantis
ligat, ne extra sermonem actio
transeat, ne vocem vita contradicat.
Collo ergo equi hinnitus circumdatur,
quia ne ad perversa opera pro
deat suis vocibus etiam vita
praedicantis obsidetur. Hinc est enim
quod potentibus Dicentibus in munere
torques datur, ut qui signa
virtutum gestant, maiora semper exer
ceant, et debilitatis crimen incurre
re metuant, dum in semetipsis iam
fortitudinis est primum quod ostendant.
Unde et recte in laude sapientiae auditori
cuilibet per Salomonem dicitur: Coronam Prov. 1
gratiarum accipies capiti tuo et torquem
auream collo tuo. Etc. Numquid sus
citabis eum quasi locustas. Locustarum b
nomine aliquando Iudaeorum perfidia, aliquando
conversa gentilitas, aliquando adula
ntium lingua, aliquando vero per com
parationem resurrectio dominica, vel praedica
torum vita signatur. Quia enim in
decorum perfidia locustae exprimat, vita
Iohannis signat, de quo scriptum est: Mt. 3
Locustas et mel silvestre edebat.
Iohannes quippe cum quae prophetiae
auctoritate praenuntiat, etiam specie
abortivum clamat. In semetipso non
designavit Dominum quem praevenit,
qui nimirum redemptionem nostram
veniens, quia infructuose gentili
tatis dulcedinem sumpsit, mel
silvestre edit. Quia vero Iudaeorum
plebem in suo corpore expte conver
tit, in cibo locustas accepit. Possunt
namque locustae significare subitos
saltus dantes, sed protinus ad terram
cadentes. Saltus enim dabant cum
praecepta Domini se implere promitte
rent, sed citius ad terram cadebant
cum propria opera haec se fecisse au
disse denegarent. Videamus eis
quaedam quasi locustarum saltum:
Omnia verba quae locutus est Dominus Exo. 1
faciemus et audiemus. Videamus Deut.
autem quomodo citius ad terram ruunt:
Utinam mortui essemus in Aegypto
et non in hac vasta solitudine.
Utinam periremus et non in hac soli
tudine vasta. Utinam periremus et non
introducat nos Dominus in terram istam.
Locustae ergo erant qui habebant
saltum per vocem, et casum per actionem.
Locustarum quoque nomine gentilitas de
signatur, Salomone attestante qui ait:
Florebit amygdalum, impinguabitur
locusta, dissipabitur capparis. Amyg
dalum quoque florem prius cunct-

Eccl. 7

Praedicatori et vita necessaria est 2
eloquentia

arboribus ostendit. Et quid in flore amigdali nisi sancte ecclesie primordia designantur, que in predicatoribus suis primitivos virtutum flores aperuit et ad ferenda poma bonorum operum venturos sanctos quasi arbusta sequentia prevenit. Impinguata mox locusta est, quia sicut gentilitatis sterilitas pinguedine est gratie celestis infusa. Expansus dissipatur capparis, quia cum gratiam fidei vocata gentilitas attigit, iudea in sua sterilitate remanens verbum vivendi ordine amisit. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Regem locusta non habet et egreditur universa per turmas. (Pr 30) Quia videlicet derelicta gentilitas aliena divinum a regimine diu extitit, sed tamen ordinata postmodum contra adversantes spiritus ad fidei bella processit. (C) Locuste vocabulo lingwa adulationis exprimitur, quod exhibite celitus plage egypti testantur, (Ex° x.) que exigentibus meritis corporaliter semel illate sunt, sed que mala perversas mentes cottidie feriant spiritualiter signaverunt. Scriptum namque est: (ibid) Ventus urens levavit locustas que ascenderunt super universam terram egypti, et operuerunt universam faciem terre vastantes omnia. Devorata est igitur herba terre, et quidquid pomorum in arboribus fuit. Hys enim egyptus plagis affecta est, in quibus exteriori percussione edomata, dolensque ostenderet, que devastationis dampna intus negligens toleraret. Et dum foris pertimeret minima, sed amplius delectabilia caveret, per eorum speciem, et que intus perulenter graviora sentiret. Quid autem per speciem locuste ostenditur, quod plusquam cetera minuta queque animancia humanis frugibus nocent, nisi lingwas adulancium, qui terrenorum hominum mentes si quando bona aliqua proferre conspiciunt, hec immoderanter laudando corrumpunt. Fructus quippe egyptiorum est opus cenodoxorum,

quam locuste exterminant dum adulantes lingwe ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam vero locuste comedunt quando adulatores quique verba loquentium favoribus extollunt. Poma quoque arborum devorant quando vanis laudibus quorundam iam quasi fortium opera enervant. Locuste nomine per prophetam nostri redemptoris designatur resurrectio. (Resurrectio) Unde et ore eius per prophetam dicitur: Excussus sum sicut locusta. Teneri enim se a persecutoribus usque ad mortem pertulit, sed sicut locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu sublate resurrectionis evolavit. (d) Quod recte quoque ad predicatorem trahi potest. Impius quippe velut locusta excussus est, qui iudea in sua persecutione seviente, dum per diversa fugiunt, quasi quosdam receptione sua saltus dederunt. Quia vero ille predicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non activam solummodo sed etiam contemplativam vitam solidat, recte ipsa predicatorum perfectio locustis exprimitur. Que quotiens se in aerem attollere conantur, prius se cruribus impellentes sublevant et postmodum alis volant. Ita nimirum sunt sancti viri qui dum superna appetunt, prius quidem active vite bonis operibus innituntur et tunc demum se ad sublimia per contemplationis saltum volando suspendunt. Crura siquidem et alas exercent, quia recta agendo se stabiliunt, et ad alta videndo sublevantur. Qui in hac vita positi diu iam in contemplatione manere non possunt, sed quasi locustarum more a saltu quem dederunt in pedibus suis se excipiunt, dum post contemplationis sublimia ad usitata active vite opera revertuntur. Nec tamen in eadem vita activa remanere contenti sunt, sed dum ad contemplationem desiderantes exiliunt, quasi rursum

aera volantes petunt, utrumque sua-
nesunt locuste ascendentes descen-
dentesque pergunt. Dum sine cessa-
tione semper et summa inde am-
biunt, et ad semetipsos nature
corruptibilis pondere revolvuntur.
Est adhuc aliud quod locuste
simile sanctis predicatoribus gerunt.
Matutinis namque horis id est
tpe vcris corporis parte, vix a terra se sub-
levant; cum vero estus exar-
serit tanto altius quanto alacrius
volant. Sic autem quisque predi-
cator, cum quieta fidei tempora
conspicit, humilis ac despectus
aspicitur et locuste more quasi
vix a terra sublevatur. Si autem
persecutionis ardor incandescat
corde celestibus herens, mox quan-
te sit sublimitatis ostendit et pul-
satus aliis in altum rapitur
qui quietus qui in ymis torpuisse credebatur.
De hoc ergo equo id est predicato-
re suo, beato Job dominus dicit: Num-
quid suscitabis eum quasi locustas?
Sub audis ut ego, qui eo illum
ad altiora excitando sublevo,
quo hunc persecutionis estu
excruciari permitto, ut tanto illo
robustior virtus emigret, cum
se ei ardentior infidelium crude-
litas illidit. Sed cum multa ex-
terius sanctus predicator patitur,
cum diva persequentium vexatione
cruciatur, quis intueri valet quid
est quod intus conspicit, qui
tot sua exterius dampna non
sentit? Nisi enim essent intra que
salubriter intus pascerent, ea pro-
cul dubio que admonentur exterius
usque ad cor tormenta pervenirent.
Sed in arce spei se animus suble-
vat, et idcirco obsidionis iacula
nulla formidat. Unde et hoc
loco dominus ut ostendat equus iste
quam summa iam desuper [?] ado-
retur, cum tot adversa in exteriori-
bus patitur, recte subiungit: Gloria
narium eius terror. In scriptu-
ra sacra narium vocabulo aliquando

fatuitas, aliquando antiqui hostis instiga-
tio, aliquando vero prescientia solet intel-
ligi. Naribus namque fatuitas de-
signatur, sicut iam superius Salomone
attestante docuimus qui ait: Cir-
culus aureus in naribus suis,
mulier pulchra et fatua. Narium
nomine exalantes insidie atque
insidiatio antiqui hostis accipitur
quod in hoc eodemque libro dominus at-
testatur dicens: De naribus eius Job
procedit fumus. Ac si dicat: De per-
versa instigatione illius in humanis
cordibus caligo nequissime cogi-
tationis surgit per quam mentis acies
omnis tenebrescat. Naribus quoque
prescientia designatur, sicut per prophetam
dicitur: Quiescite ab homine cuius Ysa 2
spiritus est in naribus eius, quia
excelsus reputatus est ipse. Sepe
enim id quod non videmus odore
comprehendimus, ita ut nonnulle
res etiam cum longe iacent fra-
grancia nobis sue qualitatis in-
notescant. Dumque procurarem spiritum
ducimus, plerumque aliqua etiam
visa prescimus. Redemptoris ergo
nostri spiritus esse in eius naribus di-
citur videlicet scilicet illius esse in
prescientia designetur. Quia quoque
se scire in natura humanitatis innotuit
hoc nimirum ante secula ex divini-
tate prescivit. Quam inde spiritum in
naribus habuerit mox propheta
subiungit dicens: Quia excel-
sus reputatus est ipse. Ac si diceret:
In Inferioribus venturum desuper
prescit, quia ad yma de celestibus
venit. Sancti etiam viri quoque
ab illo audita crediderunt, ipsi quoque
iam ventura presciunt, dumque eius
preceptis fideliter inserviunt, adven-
tum eius spe ... certa prestolantur.
Unde et hoc loco equi huius na-
ribus sancti predicatoris prescientia
ac prestolatio designatur. Dum enim
venire extremum iudicium, unde
celestem patriam post multis pe-
nis appetit, quasi per nares spiritum
desiderius trahit. Sed gloria narium

||visionum||

eius terror est quia districti iudicis
quia iustus vehementer expectat
iniustus venire formidat. Iste namque
labores suos considerans mercedem
laboris querit et cause sue iusti-
ciens presentiam iudicis expectat
cumque ut veniat flamma ignis
dans vindictam impiis et eodem
placationis sue spem in retributione
diffidens pius summo ardore concu-
piscit. Ille vero quia iniusticie sue
meminit iudicium perhorrescit actus
quoque suos examinare metuit quia
dampnari se si examinetur novit.
Gloria ergo narium eius terror est
quia iustus inde gloriatur unde pec-
cator pene addicitur. Videamus
equum quo desiderio que adhuc
non videt iam presentes spiritu
traxit. videamus quanta gloria
attollitur cum iam venturum prestolatur.
Ecce labores suos intuens predica-
tor egregius dicit. Ecce iam deli-
bor et tempus mee resolutionis
instat. Bonum certamen certavi
cursum consummavi fidem servavi
de reliquo reposita est michi corona
iusticie quam reddet michi dominus
in illa die iustus iudex. Ubi et
apte subiungit. Non solum autem michi
sed et hiis qui diligunt adventum
eius. Ac si dicat. Sed et omnibus
qui sibi de bona operatione sunt
conscii. Adventum enim iudicis
non diligunt nisi qui in causa
sua habere se iusticie meritum sciunt.
Quia igitur unde gloriatur iustus
inde terretur iniustus. dicitur recte
Gloria narium eius terror. Quia sciens
iste predicator dum venturum gloriam
prestolatur dum venire ante faciem
iudicis metuit dum quoque a laboris
sui mercede adhuc differtur in
hac vita interim positus quid agit
audiamus. Sequitur. Terram ungula
fodit. Solet in equi ungula labo-
ris fortitudo cognosci. Quid ergo
per ungulam nisi in predicatore sancto
virtutum perfectio denunciatur. Qui vide-
licet ungula terram fodit dum de
corde audientium exemplo suorum
operum terrenas cogitationes eicit. Un-
gula terram fodit quia terrenorum
corda a secularibus curis enu-
cleat dum doctor bonus exemplum
in se celestium opere ostentat. Vi-
deamus Paulum terram cordis
audientium qua operis virtutis
ungula fodiat. Ipse namque disci-
pulis dicit. Hec cogitate que et
didicistis et accepistis et audistis
et vidistis in me. hec agite et deus
pacis erit vobiscum. Et rursum
Imitatores mei estote fratres sicut et
ego Christi. Qui igitur exemplo sui
operis alios corrigit nimirum ungu-
la terram fodit. Habet aliud quod
adhuc subtilius de huius ungule
effossione cernamus. Sancti enim
viri quamvis in terrena nichil oculo
in superius evigilet quamvis cuncta
que in ymo presiliunt pede rigidi
contemptus calcent ex corruptione
tamen terrene carnis cui adhuc
alligati sunt plerumque cogitationum
pulverem in corde patiuntur. Cumque
foris aliis ad appetenda celes-
tia persuadent semetipsos semper intrinsecus
subtili inquisitione discutiunt ne
qua immorante in se diu infirma
cogitatione polluatur. Equus ergo iste
ungula terram fodit cum predicator
quisque in inquisitione fortis terrenas
in se cogitationes discutit. Equus
ungula terram fodit quando is
cui iam dominus presidet que sibi
moles congeritur ex vetusta consi-
derat cogitatione. seque ab illa flen-
do evacuare non cessat. Unde et
bene Ysaac apud alienam gentem
puteos describitur fodisse. Quo vi-
delicet exemplo discimus ut in
hac peregrinationis erumpna positi
cogitationum nostrarum profunda pene-
tremus et quousque nobis vere
intelligencie aqua rundeat ne
quaquam inquisitionis manus ab
exhauriendo cordis terra torpes-
cat. Quos tamen puteos al-
lophili insidiantes replent quia
nimirum immundi spiritus cum nos
studiose cor fodere conspiciunt con-
gestas nobis temptationum cogitationes

[Margin notes: beside "instat. Bonum certamen certavi": thim x; beside "audiamus. Sequitur. Terram ungula": cvii; beside "ungula fodiat. Ipse namque disci-": phi x; beside "Imitatores mei estote fratres sicut et": 1 cor x; beside "bene Ysaac apud alienam gentem": gen 26]

Liber

[Exultat audacter et in occursum pergit armatis]

rumpunt. Unde et semper mens nostra
cavenda est, incessanterque fodienda,
ne si indiscussa relinquitur, usque
ad tumorem pravorum operum cogita-
tionum super nos terra cumuletur.
Ez. 8 Hinc ad Ezechielem dicitur: Fili ho-
minis fode parietem, id est duritiam
cordis crebris per compunctionem ictibus
disrumpe. Hinc ad Ysaiam dominus
Isa. 2 dicit: Ingredere petram, abscondere
fossa humo a facie timoris domini
et a gloria maiestatis eius. Pe-
tram quippe ingredimur, cum cor-
dis nostri duritiam penetramus,
atque a facie timoris domini fossa hu-
mo absconditur, si terrenas cogita-
tiones egerentes ab ira districti iu-
dicis in humilitate nostra nos celamus.
Humo enim plus terra fodiendo
premitur, eo pavimentum semper infe-
rius demonstrat. Unde et nos
si a nobis studiosius terrenas co-
gitationes eicimus, quo apud nos-
metipsos abscondimur, humilius in-
venimus. Ecce enim quia divini
Deus iudicii imminet, quasi iam timo-
ris eius facies apparet, tantoque
magis necesse est ut unusquisque
illum tribulus timeat, quanto
iam gloria maiestatis eius appro-
pinquat. Quid ergo agendum est,
quo vel fugiendum? Quomodo enim
quis latere potest eum, qui ubique
est? Sed ecce petram ingredi, fossa
humo abscondi praecipimur, ut sc.
cordis nostri duritiam disrumpen-
tes, eo iam invisibile declinemus,
quo ab amore rerum visibilium
apud nosmetipsos in corde subter-
fugimus, ut cum propriae cogitationis
terra eicitur, mens apud semetipsam
tanto tutius, quanto et humilius
Deut. 23 abscondatur. Hinc israhelitico populo
per Moysen dominus iubet, ut cum re-
greditur ad requisita naturae, mit-
tat paxillum in baltheo, et fossa
humo abscondat quae egesta fue-
rint. Naturae enim corruptibilis po-
dere gravati, a mente nostra utero
quaedam cogitationum superflua quasi
ventris gravamina erumpunt.

Sed portare sub baltheo paxillum
debemus, ut videlicet ad reprehen-
dendos nosmetipsos semper accincti,
acutum circa nos stimulum compunc-
tionis habeamus, qui incessanter
terram mentis nostrae paenae dolore
confodiat, et hoc quod a nobis
fetidum erumpit abscondat. Ven-
tris quippe egestio fossa humo per
paxillum tegitur, cum mentis nostrae
superfluitas subtili redargutione
discussa, ante Dei oculos per compun-
ctionis suae stimulum celatur. Quia
igitur sancti viri, quaeque in utilia
cogitant, reprehendere ac diiudicare
non cessant, de equo suo dominus di-
cit: Terram ungula fodit, id est
quidquid in mente sua terrenum versari
conspicit, hoc nimirum sub districte
paenitentiae durius percussionibus rum-
pit. Cum vero se interius districta
subtilitate diiudicat, iam nihil est
quod exterius pertimescat, tanto
enim minus ad mala praesentia tre-
pidat, quanto semetipsos plenius
venturis bonis parant. Unde et subditur:
xviii Exultat audacter. Quia sic adver-
sis non frangitur, sicut nec prosperis
elevatur. Adversa namque non de-
iciunt, quem prospera nulla corrumpunt.
Equus itaque iste et fortis et subfre-
nus est, ne ergo premat adversis,
habet vim fortitudinis, ne elevetur
in prosperis, habet pondus despi-
cientis. Decurrunt quippe tempora,
sed idcirco iustum trahere non valent,
quia levare non possunt. Illos
nimirum trahunt, quos levant,
adversa vero deiciunt, quos bla-
dimenta sustollunt. Vir autem Deo
bene subditus, scit inter transeuntia
stare, scit inter lapsus decurrentium
mentis gressum figere, scit
nec ad subiecta se erigere, nec ad
obiecta trepidare. Plerumque autem
quia exercere se utilius tentationis
suae laboribus novit, adversis hy-
larescit, quae dum constanter patitur,
augere sibi virtutis meritum delectatur.
Hinc est quod tunc apostolos exultasse
legimus, cum per Christo illos con-
tigit flagella tolerasse. Sicut

Act 7 scriptum est: Ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumelias pati. Hinc Paulus cum diu fuisset in Macedonia persecutionibus pressus, in eo quo se afflictum insinuat, etiam commendatum demonstrat dicens: Nam cum venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit. Dum provectum animae persecutionum supplicia caro toleravit. Contra hunc itaque equum ab adversariis sanctae ecclesiae parantur gladii de dolore poenarum, parantur arma de proditionis sclavinum (?) pravitatis. Solent namque mali haeretici potentum mundi defensionibus, quasi quibusdam se armis tegere, omnes in fideles praedicatione fidei excitatis etiam saeculi potestatibus impugnare. Sed equus Dei exultat audacter et exteriora tormenta non metuit, quia interna dilectione gestit, potentium mundi iracundiam non metuit, quia ipsius quoque vitae desiderium permanentis excessum calcat. Hinc per Salomonem dicitur: Non contristabit justum quicquid ei acciderit. Hinc rursum scriptum est: Justus quasi leo confidens absque terrore erit. In occursum bestiarum idcirco leo non trepidat, quia pronalem se omnibus non ignorat. Unde justi viri securitas recte leoni comparatur, quia dum contra se quoslibet consurgere conspicit, ad mentis suae confidentiam redit, et scit quia cunctos adversantes superat, quia illum solum diligit quem invitus nullo modo amittit. Quisquis enim exteriora quae et nolenti subtrahantur appetit, sua se sponte extraneo timori substituit. Infracta autem virtus est concupiscentiae terrenae contemptus, quia et in alto mens ponitur, cum a rebus infimis spei suae judicio sublevatur, et a cunctis adversantibus tanto minus attingitur, quanto in supernis sita tutius munitur. Equus itaque iste non solum contra venientes minime metuit, sed eis etiam in occursum pergit. Unde bene hic additur: In occursum pergit armatis. Plerumque enim quieti atque in con-

cussi relinquimur, si obviare pravis pro justitia non amamus; sed si ad aeternae vitae desiderium animus excarsit, si jam verum lumen intrinsecus respicit, si in se flammam sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione justitiae nosmetipsos objicere, pravis ad injusta erumpentibus, etiam cum ab eis non quaerimur, obviare. Nam cum justitiam quam nos amamus in aliis feriunt, nos nihilominus sua persecutione confodiunt, etiam si venerari videantur. Quia ergo sanctus vir pravis ac male agentibus se etiam cum non quaeritur opponit, recte de equo Dei dicitur: In occursum pergit armatis. Intueri libet illum sessoris sui calcaribus excitatum contra armatos hostes quantus Paulum fervor accenderet, qui cum Ephesi ad irrumpendas theatri turbas zeli Act 19 flamma rapiebat, repleti sunt ira et exclamaverunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est civitas confusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio et Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Ita quoque mox subditur: Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem de Asiae principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum. In quibus profecto verbis agnoscimus quo impetu contra amicos adversantes irrueret, nisi eum per discipulos et amicos caritatis frena tenuisset. Sed si obviare hostibus si ultro pugnam petere, si nosmetipsos semper relinquere in cursum nostri fervoris debemus. Quid est quod idem praedicator egregius fatetur de semetipso dicens: Damasci 2 Cor 11 praepositus gentis Arethae regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, et per fenestram in sporta dimissus sum per murum

et sic effugi manibus eius. Unde et quisque modo sponte armatorum cuneos impetit, et modo se ab armatis hostibus quasi trepidus abscondit, nisi hoc quod necesse est ut certis artificiosa virtute distantibus adversariorum pugnam et constanter aliquando appetere et prudenter aliquando declinare. Necesse est quippe ut pro omne quod agimus in mentis trutina hinc positum pondus illinc fructum nostri laboris estimemus. Et cum pondus fructum superat, laborem quisque innoxie declinat, dum modo se in aliis exerceat, in quibus lucro fructuum pondus laboris vincat. Cum vero subsequenti quantitate fructuum mensuram laboris aut equat aut vincit, labor non sine gravi culpa declinatur. Unde predicator sanctus cum Damasci valde obstinatas mentes persequentium cerneret, noluit adversitate confligere, quia et semetipsum que prius multis noverat vidit posse deficere, aut nullis aut paucis prodesse. Decessum ergo a certamine petiit, et pugnaturus melius ad alia se bella servavit. Non enim loco virtus sed locus virtuti defuit. Et idcirco fortissimus miles ab obsidionis angustia exitus campum quesivit, ubi autem subiugandam regi proprio multam adversariorum collectam conspexit, subire bellum ut tu morte non timuit. Sicut ipse cum Iherusalem pergeret cunctique discipuli passione illius per prophetiam prescita prohiberent sibimetipsi attestatur dicens: Ego non solum alligari sed et mori paratus sum pro nomine domini Ihesu. Neque enim facio animam meam preciosiorem quam me. Quam igitur hic hostiles cuneos etiam prescita passione sua impetitus petiit, ille discretione fugisse edocuit non de timore quod fugit. Qua in re pensandum est quia ille labores quosdam pro dispensationis iudicio laudabiliter declinat, qui pro deo labores maiores alios fortiter tolerat. Ita sepe ab hominibus timor debilis cauta

Act 21

sapiens est qui contra hostiles cuneos exercitum prius admonet. Neque ille dux fortis est qui se hinc ab hostibus fuge [illegible] subducat. Sed [illegible]

dispensatio vocatur et quasi prudenter se impetum declinasse asserunt, cum fugientes turpiter in terga feriuntur. Unde necesse est ut in causa dei cum res dispensationis agitur, metus subtilissima deliberatione pensetur, ne pusillanimitate timor surrepat, et sese per dispensationis ymaginem rectam fingat, ne culpa se prudenciam nominet, cum sed nec ad primam animus reddeat quando hoc quod inique perpetrat virtutem vocat. Restat ergo ut in dubiis quisque deprehensus cum quelibet sibi adversitas imminet, prius intra semetipsum contra formidinem et precipitationem pugnet, quatenus nec formidolose se subtrahat, nec precipitanter opponat. Valde enim preceps est, qui semper se adversis obicit, et valde pavidus qui semper abscondit. Sed hec melius in bellis spiritualibus discimus, si formam exercitii a corporalibus bellis trahamus. Neque enim ille dux debet modo ab hostili impetu exercitum caute trahere, modo hostem certis insidiis coartare. Quod nimirum sollicitate perfecti predicatores exhibent, cum modo persecutoris rabiem declinantes noverint sapienter sed non enerviter cedere, modo autem persecutionis impetum contempnentes noverint fortiter sed non precipitanter obviare. Quia autem sanctus vir cum cognoverit, ictibus pectus obicit et venientia iacula vel moriens retundit, recte dicitur: In occursum pergit armatis. De quo adhuc bene subditur: Contempnit pavorem nec cedit gladio. Videamus quomodo pavorem despiciat, qui ipsos adversariorum gladios enervans calcat. Ait enim: Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia, an fames, an persecutio? In pavore autem ventura pena metuitur, in gladio vero iam dolor desperata percussione sentitur. Quia igitur vir sanctus ventura adversa non metuit, pavorem despicit. Quia vero nec superne mentis percussione vincitur, nequaquam gladiis

Ro



Pastori morti se offerre

debet cum fructus est ubi ab aut laboribus

Non debet cum fructus minor est labore

+ Aliquando vero clandestina pravorum machinationes designatur per pharetram unde dei occulta per consilium redit

xxxi

Contra hunc itaque equum tot sunt gladii hostium, quot genera persecutionum. Qui cuncta obvians superat, quia amore vite se se ad interitum parat. Sed quia tam robustissimum pectus quomodo se iaculis opponat audivimus, nunc quid ab adversariis agatur audiamus. Sequitur Super ipsum sonabit pharetra.

m In scriptura sacra pharetre nomine aliquando iustum dei occultumque consilium exprimitur. Sicut idem beatus Iob in superiori parte testatur dicens: Pharetram enim suam aperuit et afflixit me, id est occultum consilium detexit et publica me persecutione vulneravit. Sicut enim in pharetra sagitte, sic in occulto consilio latent sententie, et quasi ex pharetra sagitta ducitur quando ex occulto dei consilio aperta sententia iaculatur. Pharetre quoque nomine pravorum machinationes designantur. Sicut per prophetam dicitur: Paraverunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde. Iniqui enim cum dolos quos bonis excogitant secretis machinationibus occultant, quasi in pharetra sagittas parant, et instar pestis vite cuiusque velut in obscuro rectos corde feriunt, quia malitiosa eorum iacula et sentiri prolimus possunt et tamen venientia deprehendi non possunt. Igitur quia equus dei multa adversitate tetendit, ei quo magis obviatur, eo in intentionibus sue super armatos hostes ferventior ducitur. Persecutores eius qui se etiam ferientes vinci sentiunt turbati ad consilium revertuntur, dolos parant et velut ex longinquo mittendo vulnera occultant. Unde recte nunc dicitur: Super ipsum sonabit pharetra. Ut enim ex abscondita machinatione longe feriant, cum apertis congressionibus tamen appropinquant, hec tunc super equum dei pharetra sonuerat cum ...

biti hominis mortem conminaverunt eduri decrevit Paulum querebant, ut consiliorum suorum ictibus, quem saltem sagittarum dolo interficerent, quem congressione persecutionis publice superare nequaquam possent. Pharetra ergo sonuit, quia occulte machinationis ad Paulum causa pervenit, quamvis si vigilat quisquis ad hunc in pharetre sonitu aliquid subtilius invenimus. Sepe enim adversarii consilia contra bonos ineunt, pravis inventionibus intenduntur, ad excogitandos dolos se conferunt, sed tamen qui eosdem dolos bonis prodere debeant ipsi instituunt. Latentes ipsi transmittunt ut crudelis suppliciorum apparatus, vel dum quam furtive innotescat, amplius timeatur et ad audientis animum plus suspecta vulnera quam percepta perturbent. In pharetra enim sagitte dum latent et sonant, mortem etiam non ipse denunciant. Pharetra ergo contra equum sonitum reddit, cum contra predicatorem suum occulta pravorum machinatio consilium suum quod fraudulenter operit fraudulenter innotescat, ut premissis minis quasi ex sonitu pharetre terreat, cum predicator dei apertis cotidie insidiis velut equus minus ferienda iacula non formidat. Cum vero isdem minis minime terret, mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta producit. Unde bene postquam dictum est, Super ipsum sonabit pharetra, illico addit: Vibrabit hasta. n
Contra predicatorem dei post pharetre sonitum hasta vibratur, quando post terrores exhibitos cominus iam feriens aperta pena producitur. Predicatores autem sancti cum professione fidei supplicia subeunt, ad eandem fidem quos valent rapere etiam inter verbera non desistunt, et cum patiuntur vulnera suscipiunt,

prudentium contra corda infidelium
sagittas praedicationis reddunt. Unde
non numquam agitur ut ipsi qui in
persecutione saeviunt non tam dole-
ant quod cor praedicatoris non emol-
liunt quam quod per eius verba etiam
alios amittunt. Quia igitur et
feriendo non superant, ne fortasse
se et alii qui illum audiunt dere-
linquant, mox contra loquentis
verba sententiam confusionis parant.
Unde cum dicit: Vibrabit has-
ta. Recte subiungit: Et clypeus per-
secutione saeviens. Postquam praedica-
toris corpus supplicio percutit, au-
ditorum cor quasi clypeo verbis
sive disputationis munit. Vir
igitur sanctus ut feriri debeat
hasta vibratur, sed ne audiri pos-
sit clypeus opponitur. Habent na-
que defensores Dei in proelio sagit-
tas suas, quas eo ictibus audi-
torum cordibus mittunt, quo il-
las de spirituali arcu, id est de
intima cordis tensione distin-
guunt. His quippe se in bello fi-
dei Paulus armaverat cum diceret:
2 thy. 2 Laboro usque ad vincula quasi male
operans, sed verbum Dei non est al-
ligatum. Ac si diceret: hasta quidem
supplicii ferior, sed tamen verborum
sagittas emittere non desisto. Vul-
nera crudelitatis accipio, sed cor-
da infidelium vera loquendo transfi-
go. Dicatur ergo: Super ipsum sonabit
pharetra, vibrabit hasta et
clypeus. Contra equum quippe Dei
quia pravorum consilia perstrepunt
pharetra sonat, quia aperta per-
sequitur, hasta vibratur, quia
verbo etiam disputatione re-
sistitur, clypeus opponitur. Sed in-
quid a fervore suo pressura com-
pescit? Vir enim sanctus quo maiori
persecutione premitur, eo ad praedican-
dam veritatem acrius instigatur.
Et cum patienter persecutores tole-
rat, ardentes ad se auditores
trahere festinat. Unde et bene
adhuc de equo Dei subditur:

Fervens et fremens absorbet terram
nec reputat tubae sonare clango-
rem. Primo namque peccanti homini Gen 3
dictum est: Terra es et in terram ibis.
Tubae autem clangunt cum huius
saeculi potestates loqui sanctos terribiliter
prohibent. Quia igitur praedicator
zelo sancti spiritus inflammatus vel
inter supplicia positus quoslibet
peccatores ad se trahere non desistit,
fervens procul dubio terram sorbet.
Quia vero persecutorum minas minime
formidat, clangorem tubae sonare
non reputat. Tuba enim quae discri-
men belli denuntiat, quid est aliud
quam vox elata potentium quae con-
tempta resistentibus mortis cer-
tamen parat. Haec a principibus sa-
cerdotum tuba sonuerat, cum fla-
gellatos apostolos de Deo loqui pro- Act 7
hibebat. Sicut scriptum est: Testis
denuntiatum est ne loquerentur in no-
mine isto. Sed videamus quomodo
equum Dei clangor tubae non terreat.
Ait Petrus: Obedire oportet Deo Act x
magis quam hominibus. Qui alias quoque
persequentibus dicit: Non enim pos-
sumus quae vidimus et audivimus
non loqui. Equus ergo clangorem
tubae non metuit, quia praedicator
egregius despectis potestatibus saeculi
nullos minarum sonitus pertimes-
cit. Videamus alium equum Dei
quo terram sorbeat, quomodo nullus Act
eum terror tubae attingat. Scriptum 1x
est: Supervenerunt autem quidam ab
Antiochia et Iconio Iudaei et per-
suasis turbis lapidantes Paulum
traxerunt extra civitatem, aestima-
tes eum mortuum esse. Circumda-
tibus autem eum discipulis sur-
gens intravit civitatem, et postera
die profectus est cum Barnaba
in Derben. Cumque evangelizasset
civitati illi et docuissent multos,
reversi sunt Lystram et Iconium
et Antiochiam, confirmantes animas
discipulorum. Pensamus ergo quae
hunc equum possent nunc compes-
cere, quando eum ab intentione non

Valet mors ipsa prohibere. Certe lapidibus obruitur nec tamen a veritatis sermone removetur. Occidi potest superari non potest. Velut extinctus extra urbem proicitur, sed intra urbem die illo illesus predicator ingreditur. Qua fortis huic viro testa est firmitas, qua victrix pena, quam dominatrix patientia ad agendam repulsionem provocatur, ad predicandam salutem plagis erigitur, ad repellendam laboris lassitudine pena resonet. Que ergo huic adversitas superet quem pena sonet. Sed equus dei est et pharetre sagittas despicit quia insidiarum consilia contempnit, vibrationem hastium superat, quia et contra aperte persecutionis vulnera pectus firmat, oppositum clypei rumpit quia disputationum resistentium ratiocinando subigit. Terram sorbet quia peccatores in suo corpore exhortando convertit. Clangorem buccine sonare non reputat, quia vocem qualibet tribulis prohibitionis calcat. Minus est autem quod dicitur quia fortis perseverat in laboribus adhuc quod maius est exultat adversis. Unde et ~~subditur~~ Ubi audierit buccinam dicit vah. Quibus profecto verbis et illud ostenditur quod hoc loco a domino de equo irrationabili nil dicitur. Neque enim dicere vah brutum animal potest, sed dum asseritur quod omnino dicere non potest innuitur quid designet. Equus ergo cum audit buccinam vah dicit, quia fortis quisque predicator cum certamen sibi passionem appropinquare considerat, de exercitio virtutis exultat, nec terretur pugne periculo quia victorie letatur triumpho. Signo est itaque vah dicere predicatori sancto de ventura passione gaudere. Sed si predicator fortis gloriam passionis appetit, si discrimen mortis subire pro domino letus querit, quid est quod ipsi fortissimo predicatori qui ex robusto corde virtute traxit nomen Petro Veritas dicit: Cum senueris

extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo non vis. Quo de passione gaudet qui cinctus ab alio quo ducitur ire non vult. Sed si pensamus qualiter animus appropinquante passione et mortis metu quatitur et tamen de venturo regni premio letatur, intelligimus quomodo gloriose etiam is periculum subire volens nolet, quia et in morte considerat quod tolerans paveat et in fructu mortis aspicit quod appetens querat. Unde animus Pauli quomodo amet quod refugit quod amat dicens: Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo. Et mihi vivere Christus est et mori lucrum. Et tamen dicit: Nam qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus gravati eo quod nolumus expoliari sed supervestiri ut absorbeatur quod mortale est a vita. Ecce mori desiderat et tamen carne expoliari formidat. Cur hoc? quia etsi victoria in perpetuum letificat, ipsa nichilominus adpresens pena perturbat, et quamvis vincat amor subsequentis muneris tangit tamen non sine merore animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cum vicino iam belli certamine arma accingitur, palpitat et festinat, tremit et sevit, quasi pavere pallorem cutis sed per iram vehementer urgetur. Ita vir sanctus cum passioni appropinquare se conspicit ex nature sue infirmitate concutitur et spei sue soliditate roboratur, et de vicina morte trepidat et tamen quod moriendo verius vivat exultat. Ad regnum quippe non potest nisi interposita morte transire, et idcirco confidendo quasi ambigit et quasi ambigendo confidit, et gaudens metuit et metuendo gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non pervenit nisi hoc quod intercedit cum labore conscendat. Sic nos cum morbos ex corpore repellere cupimus tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi

quod refugit
phi. 1
1 cor. 7

autem desuper sequenti salute gaudet.
Quia enim perveniente corpus ad
salutem non valet, in potu libet
etiam quod tedet. Cumque ama-
ritudini initia inesse animus con-
spicit, merore turbatus hylarescit.
Dicitur ergo ubi audierit bucci-
nam dicit vah. Quia predica-
tor fortis cognito certaminis initi-
o, etsi ut homo adventum persecu-
tionis trepidat, per spei tamen
certitudinem ad premium remu-
nerationis exultat. Sed neque
quisquam ad hoc passionis bellum
intrepidus existeret, nisi eandem
passionem intenta cogitatione me-
ditando preveniret. Malum namque
quod consilio prevenitur, dum certamen
contra se animo ex ratione subi-
citur, quanto contra illum
presciendo paratus invenitur. Se-
pe enim grave timoris pondus
usu levigatur, sepe mors ipsa
sicut inopinata perturbat, de-
liberatione prevenita letificat.
Unde recte de hoc equo ~~subditur~~
Procul odoratur bellum. Ac si ap-
tius dicatur: Id circo quodlibet cer-
tamen exsuperat, quia mentem
certamini ante certamen parat.
Bellum quoque procul odorari
est adversa queque longe adhuc
posita cogitando prenoscere, ne for-
tasse valeant improvisa superare.
Hoc bellum procul odorari dis-
cipulos Paulus ammonet cum di-
ceret: Vosmetipsos temptate si
estis in fide, ipsi vos probate.
Ac si aperte precipiet dicens: Per-
secutionum certamina ad mentem
reducite et cordis vestri intima
atque occulta pensantes, quales
inter supplicia existere valeatis
invenite. Hoc bellum sancti vi-
ri procul odorantur, quando et in
pace viventibus ecclesie positi vel
hereticorum bella vel imminentia
ab infidelibus tormenta conspi-
ciunt, qui dum recte vivunt se-
pe pro bonis mala recipiunt, de-
tractionum contumelias equanimiter
ferunt, ut si persecutionis occasio
superveniat, tanto illos fortiores

aperti hostes inveniant, quanto
illos et intra etiam falsorum fra-
trum iacula non expugnant. Nam qui
a statu patientie ante linguarum
vulnera corruit, ipse sibi testis est
quia contra manifeste persecuto-
ris gladium non subsistit. Quia
ergo vir dei exercitatus parvis
contra ventura, et exercitatus
minimis contra maiora mittitur,
recte de equo dei dictum est
quod bellum dei procul odoretur.
Sequitur: Exhortationem ducum
et ululatum exercitus. Duces ad- Q.
verse partis sunt erroris auctores,
de quibus psalmista dicit: Effusa
est contentio super principes eorum
et seduxerunt eos in invio et non in via.
De quibus per semetipsam veritas dic- Mt 15
it: Cecus si ceco ducatum prebet, ambo
in foveam cadunt. Hos autem du-
ces exercitus sequitur pravorum scilicet
turba que iniquis eorum preceptioni-
bus famulatur. Notandum quoque
quod duces exhortari, exercitum vero
dicit ululare. Quia videlicet
hi qui infidelibus hereticis presunt
prava que teneri sapiunt quasi
ex ratione persuadent, turba vero
eis subdita, quia sine iudicio eorum
voces sequitur, dum per confusionis
insaniam perstrepit, bestiali more
ululare perhibetur. Lupis quippe proprie
ululatus convenit. Et quia catherve
reproborum vitam moresque fide-
lium sola rapacitate insequuntur, quasi
per ululatum clamant. Equus ergo
dei exhortationem ducum et ulula-
tum exercitus procul odoratur. Di-
scens quippe predicator longe ante
considerat, quod vel auctores errorum
contra electos valent percipere, vel
turba eis subdita quid possit tamen
insanire. Hanc exhortationem
ducum odorabatur Paulus cum Ro 16
diceret: Per dulces sermones et benedic-
tiones seducunt corda innocentium.
Hunc ululatum exercitus odoraba-
tur dicens: Intrabunt post discessionem Act
meam lupi graves in vos. Exhortationem 20

xxi p

quia tanto ... ad versus viii

2 cor 13

Quem odoratus est petrus cum
de quibusdam discipulos admoneret
pe 2 dicens In avaritia fictis verbis de
vobis negociabuntur. Multorum quoque
exitus odorabatur cum premitteret
dicens Et multi sequentur eorum
luxurias per quos via veritatis
blasphematur. Igitur quia sanctus
quisque predicator atque in spiritualis
bello dux fidei qualem se possit
exhibere narravimus, Nunc subtilius
equi specie unumquemque Christi militem
describamus, ut et si nunquam ad predica-
tionis culmen nec dum se per-
venisse considerat, hac tamen vo-
ce ducta si iam bene vivere cepit
expressum se esse cognoscit, quatenus
hinc [struck] colligat quantum
deo notus sit si ad maiora per-
venerit que signante dei eloqui-
xxii R o nec in minimis premittitur. Singula
itaque que de equo dicta sunt
repetentes intuemur, quomodo
miles dei argumenta conversationis
preferat, quomodo animus ad
maiora succrescit, vel quibus
gradibus ab infimis ad superna
pervenit. Dicitur ergo Numquid pre-
bebis equo fortitudinem aut
circumdabis collo eius hynnitum.
Unicuique anime cum misericordi-
ter dominus presidet ante omnia fidei
fortitudinem prebet. Unde petrus
pe 7 ait Adversarius vester dyabolus sicut
leo rugiens circuit querens quem
devoret cui resistite fortes in
fide. Huic autem fortitudini hyn-
nitus iungitur, dum fit quod scrip-
tum est, Corde creditur ad iustitiam
Ro x ore autem fit confessio ad salutem.
Sequitur Numquid suscitabis eum
quasi locustas. Unusquisque qui
deum sequitur in ipso suo exor-
dio quasi locusta suscitatur, quia
et si in quibusdam actionibus locu-
ste more fluxis terre inheret, in qui-
busdam tamen expansis alis
sese in aera suspendit. Conuersa-
tionum quippe inchoantium bonis moribus
malisque permixta sunt, dum et
nova iam per intentionem agitur
et vetus adhuc intra ex usu re-
tinetur. Tanto adhuc minus per-
mixtis interim malis ledimur,
quanto contra illa cottidie sine
cessatione pugnamus, ne si nos
iam nos culpa vendicat, cum
pravo usui nostra sollicitudo mens
resultat. Minus itaque nobis in-
choantibus terrena opera efficiunt
quantum in nobis divinus amorem
prohibent. Sed dum de ipso in primo nostre
conversationis initio, in summa quedam
de nobis pie dominus tolerat, ut
nos quoque ad celestia ex professione
provocet, quasi locustas nos in
exordio suscitat, quia et in volatu
[struck] virtutis nos sublevat
et non tamen detrem operis
casu desperat. Gloria narium
eius terror, pro eo quod non visa res
odore deprehenditur, non immerito
narium nomine spei nostre cogita-
tiones exprimuntur, quibus venturum
iudicium, quod et si oculis ad-
huc non cernimus, iam tamen
sperando prevideamus. Omnis autem
qui bene vivere incipit audiens
quod per extremum iudicium iusti ad
regnum vocentur hylarescit. Sed
quia quedam mala adhuc ex
reliquiis sibi inesse considerat,
hoc ipsum iudicium de quo exul-
tare inchoat appropinquare for-
midat. Vitam quippe suam
bonis malisque permixtam conspi-
cit, et cogitationes suas aliquo-
modo spe et timore confundit.
Nam cum audit que sunt regni
gaudia, mox mentem letitia
sublevat. Et rursum cum re-
spicit que sunt iehenne tormen-
ta, mox mentem formido per-
turbat. Bene ergo gloria narium
eius terror dicitur, quia in spem
et metum positus, dum futurum
iudicium mente conspicit, hoc
ipsum timet unde gloriatur. Ipsa ea
sua gloria terror est quia inchoatis

iam bonus spe demulcta letus est et nec dum finitis omnibus malis perfecte securus non est. Sed inter hec sollicite adinuentem (?) reuertitur et procellas tante formidinis reuoluens, seque in solius pacis tranquillitate disponens, totis viribus ad districto iudice inveniri liber conatur. Securitate quippe estimat dinitiam (?) perditam formidare, ac ne conspectum pretis (?) metuat, illa agit per que filium cognoscit. Discit ergo iudicem tota expectatione diligere, atque ut ita dixerim timendo renuit timeri. Quam autem cordis formidine per carnalem actione considerat, et idcirco ante omnia carnem forti edomatione castigat. Unde per hoc dicitur est. Gloria narium eius terror. subiungit. Terram ungula fodit.
xxiij b Ungula namque terram fodere est districta abstinentia carnem edomare, quo autem plus caro premitur, eo de celesti spe animus securius letatur. Unde effossa terra apte subnectitur. Exultat audacter, quia cum valenter reprimit quod impugnat, audacter exultat de his que in eterna pace desiderat, tanto quod mens inclinius ad superna appetenda componitur, quanto ab illicitis artius corpus
Prov. 24 edomatur. Unde recte per Salomonem dicitur. Diligenter exerce agrum tuum ut postea edifices domum tuam. Ille quippe bene domum mentis edificat, qui prius agrum corporis ab spinis viciorum purgat, ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiunt, intus tota virtutum fabrica fame boni crescente destruatur. In ipso autem quisque belli certamine positus, tanto subtilius fraudem hostium conspicit, quanto et districtius corpus premit. Quasi quedam hostium adiutorem premit, qui et post contricionem corporis post leticiam cordis recte subiungit. In occursum armatis

pergit. Hostes armati sunt immundi spiritus in minis contra nos standibus acuati. Cum enim suadere nobis iniqua nequeunt, ea subtiliter spe mentis obtutibus opponunt et quasi sub specie bona arma contegunt, ne in sua malicia a nobis nudi videantur. Armatis hostibus in occursum pergimus, quando eorum insidias longe providemus. Effossa igitur terra armatis hostibus in occursum pergere est, edomita carnis superbia dolos in insidiorum spirituum invisibilium explorare. Effossa terra armatis hostibus in occursum pergere est, devicta carnali nequicia contra spiritualia vicia certamen subire. Nam qui adhuc secum enervius (?) pugnat, frustra contra se bella extra posita instituit. Cum enim semetipsum carnalibus subiugat, quo spiritualibus viciis resultat, aut quomodo de labore etiam certaminis triumphare appetit, qui adhuc apud semetipsum domestico libidinis bello succumbit. Vel certe armatis hostibus in occursum pergimus, quando per exhortationis studium eorum insidias et in alieno corde premimus. Quasi enim in quo ex loco suum ad locum alium obviam hostibus venimus, quando iura cura ordinate postposita accessum in mundorum spirituum approximi mente prohibemus. Unde fit plerumque ut hostes callidi, militem dei iam etiam de intestino bello victorem, tanto de semetipso turbilius (?) temptent, quanto illum contra se et in alieno corde prevalere fortiter vident, ut dum illum ad se tuendum revocant aliena corda liberius que ex hortatione eius protegebantur invadant. Cumque eum superare non possent, saltem temptare conantur. Quatinus dum miles dei de semetipso convincitur non ipse sed is quem defendere consueverat premitur. Sed mens in deum immobiliter fixa temptationum spicula despicit, nec cuiuslibet terroris

iacula pertimescat. Superne enim gratie
fretus auxilio, sic vulnera infirmi
tatis sue curat, ut aliena non
deserat. Unde et bene de hoc
equo subiungitur: Contempnit pavo-
rem. Quia nullius tempta
tionis formidine ad hoc usque
terretur ut taceat. Nec cedit gla
dio, quia et si violentum illum
temptationis percutit aciem, tamen
proximi non repellit. Unde et
Paulus exemplum invicte nobis
constitucionis insinuans, et quos
ab hoste gladios susceperat dicit
et quomodo eisdem gladiis non
cesserit ostendit. Cum enim eum
carnalis operis superata pugna
carnalis temptationis gladium
ab hoste susceperat qui dicebat
Ro. 7 Video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis
mee et captivum ducentem me
in lege peccati que est in membris
meis. Sed eodem gladio quem
in se viderat etiam in aliis cede
bat, cum perfecto proximis diceret
Ro. 6 Non regnet peccatum in vestro mortali
corpore ad obediendum desideriis eius.
Col. 3 Et rursum: Mortificate membra vestra
que sunt super terram, fornicationem,
immundiciam, libidinem, concupis
centiam malam. Gravis illum
2 Cor. 11 temptationum gladius feriebat
de quibus ipse ait: In laboribus
plurimis, in carceribus habundan
tius, in plagis supra modum, in
mortibus frequenter. A Iudeis quinquies
quadragenas una minus accepi,
ter virgis cesus sum, semel la
pidatus sum, ter naufragium
feci, nocte et die in profundo
maris fui, et cetera que ipse tole
rare potuit, nos enumerare lassa
mur. Sed quomodo eidem gla
dio in proximi dilectione non cedat
post multa ipse subiungit: Pre-
ter illa que extrinsecus sunt instan
cia mea cottidiana sollicitudo
omnium ecclesiarum. Quis ergo dei et
gladio percutitur nec tamen percussi
one eadem a cursu prohibetur, dum
fortis spiritualis certaminis miles et

et cedit gladio suscipit

ipse vulnera ab hoste susceperit, et
tamen ad salutem alios stringit.
Sed erga talem durum celestis militis
pectus antiquus hostis contra acutiora spi-
cula percutit, quanto se despici ro
bustius conspicit. Unde et sequitur:
Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit xxiiii v
hasta et clipeus. Quia enim videt
sancte mentis contra se studium
et aliis prodesse, multiplicata
contra sagitta temptat confundere.
Nam sepe contingit ut hii qui re
gentes aliis presunt temptationum
certamina fortiora paciantur. Quia
corporalium more bellorum dum dux
ipse ad fugam cogitur, resistentium
exercitus constipata unanimitas
sine labore dissipetur. Hostis itaque
callidus contra celestem militem
diversa percussionum vulnera exq
uirens, modo ex pharetra per in
sidias cum sagitta vulnerat,
modo ante faciem eius hastam
vibrat, quia videlicet vicia et alia
sub virtutum specie contegit, et alia
ut sunt aperta eius oculis opponit.
Ubi enim infirmari dei militem
conspicit, illic fraudis velamen
non requirit. Ubi autem sibi forte
resistere considerat, illic contra
vires procul dubio dolos parat.
Nam cum infirmum quemque in car
nis illecebra videt, aperte species
corporis que concupisci valet eius
obtutibus obicit. Si autem fortiter
se vallidum contra avariciam
cernit, importune eius cogitationi
bus domesticorum suorum inopiam
suggerit, ut dum mens ad pro
visionis curam quasi pie flec
titur, seducta furtim in rerum am
bitu turpiter rapiatur. Quem ergo
dei sagitta per insidias impetit,
quia ei hostis callidus sub virtute
vicium abscondit. Hasta autem co
minus vulnerat, cum manifesta
nequicia etiam sciente temptat.
Sepe vero celesti militi uno eo
demque tempore utrumque ab hoste obici
tur, ut in qualibet una percussione
perimatur. Dolosus namque adversarius
ferire simul nititur et aperte semetipsum

Prelati fortiora temptamenta recipiunt

Super meli[illegible] hominis pat[?] temptationibus mentis

et in insidiis latens, ut dum de oc-
culta sagitta metuitur, minus con-
tra faciem hasta timeatur, vel dum
ante faciem haste resistitur, nequa-
quam de occulto veniens sagitta
videatur. Sepe enim temptationem
proponit de libidine, et subito fraun-
dulentus cessans elationem sug-
gerit de servata castitate. Et sunt
non nulli qui dum multos ex
castitatis arce in elationis foveam
cecidisse conspiciunt, vite sue custodiam
negligentes in immundiciam
libidinis demerguntur. Sunt non-
e contrario non nulli qui dum li-
bidinis immundiciam fugiunt,
per castitatis culmen in elationis vo-
raginem ruunt. Quasi ergo aperte
feriens hasta est culpa devicta
et quasi ex occulto vulnerans
de pharetra sagitta in culpa deu-
tite. Sed equus dei et contra faciem
hastam superat, cum libidinem calcat,
et a latere sagittam conspicit, cum in
castitatis munditia se ab elatione
custodit. Unde bene nunc vera
Pro. 3 quoque etiam per Salomonem dicitur: Dominus
erit in latere tuo, et custodiet pe-
dem tuum ne capiaris. Pes nam-
que in anteriora tendit, anteriora
autem non videt, qui ea que sunt
a latere conspicit. Cumque cum
pedum custodiam providens an-
teriora cernit, circumspectionem lateris
deserit. Dum vero ante faciem
posite virtutis aliquid agimus,
quasi quo pes debeat poni
providemus. Sed dum ex virtute
eadem furtiva culpa suboritur,
quasi dum in anteriora respicitur,
ad sagittam lateris incidat. Se-
pe enim dum oriente culpa
metimus virtutem, que agenda
est declinamus, et quasi dum
latus conspicit, nequaquam cernit
pes in anteriora quo ponatur. Bene
ergo dicitur: Dominus erit in latere
tuo et custodiet pedem tuum ne
capiaris. Quia miles dei dum e
gratie clypeo protectus et que
ex latere possunt prodire conspicit et
quo consideret et gressum ante
faciem ferre proficiendo non cessat.

Cui fraudulentus hostis invidens
quia et pharetram et hastam nequaquam
se prevalere conspicit, clypeum apponit,
ut si resistentis pectus feriendo non
perforat, saltem quibusdam obiectio-
nibus proficiens iter intercludat. Quasi
namque difficultates ipsis eius co-
natibus obicit, et cum superare non
valet, vel resistit. Sed quid contra
tot argumenta bellorum equus dei a-
gat audiamus: Fervens et fremens
sorbet terram nec reputat tube so-
nare clangorem. Contra equum cla-
gor tube insonat, quando eiusdem mente
in eo quod agit fortiter cuiuscumque quan-
dam posita culpa tribulatio temptat.
Sed fervens et fremens sorbet terram
quia nimio ardore semetipsum
distendit, et quidquid in se terrenum rep-
perit cotidie proficiendo consumit
et clangore tube sonare non re-
putat, quia consideratione forti
omne vitium quod deitatis gloria
manifestatur sollicitus declinat. Bonus
enim tube clangorem reputaret,
si fortasse propter aliud quod premeret
suborta alia agere ita metueret.
Quia ergo ad agenda fortia cum
in contraria temptamenta non tre-
pidat, in fervore suo potius cla-
gorem tube minime formidat. Se- x
pe enim dum pulsari se in actibus
conspicit, ne ipsa illum virtutum
prosperitas elevet, pulsari se tempta-
tionibus gaudet. Unde apte subinfertur:
Ubi audierit buccinam dicit vah.
Multos enim prosperis sua felicitas
stravit. Multos diuturna pax in-
gertes reddidit, eosque illos inopina-
tus hostis gravius pertulit, quo longe
a certis usu negligentes invenit.
Unde sancti viri cum multa se per-
fice virtutum prosperitate considerant quo-
dam dispensationis moderamine
exire se etiam temptationibus ex-
ultant, quia tanto robustius ac-
ceptam virtutis gratiam custodiunt,
quanto temptationis impulsu concussi
in firmitatem suam humilius cognoscunt.
Equus ergo audita buccina vah
dicit, quia videlicet prelator dei
cum vim temptationis incumbere
conspicit utilitatem sine dispensationis

+ narium sit provisione cogitationum inquietas latentes indagare.

considerat ex ipsa valitudine adversitate confidit, cuius adversitatis certamina ideo illum non superant quia nimirum in praevisa temptationum longe ante praenotat ex una quaque re cuius vicii pugna succrescat. Unde et subditur: Procul odoratur bellum. Bellum namque procul odorari est ex causis praecedentibus que viciorum pugne subsequantur agnoscere. Quia enim sicut sepe iam dictum est, odore res non visa cognoscitur, procul odorari est sicut flatu desiderio odorandi recte dicitur in canticis sub laudibus dicitur: Nasus tuus sicut turris que est in Libano. (libani) Per nasum namque fetores discernimus et quid per nasum nisi provida sanctorum discretio designatur? Turris vero speculatoris in altum ponitur ut hostis veniens longius videatur. Recte ergo nasus ecclesie turri dicitur similis, quia [illegible] sanctorum provida discretio dum sollicite circumquaque conspicit in altum posita priusquam veniat culpa deprehendit, eamque quo vigilanter praenotat eo fortius declinat. Hinc Abacuc ait: (Abac 3) Super custodiam meam stabo. Hinc etiam unius cuiusque animi vigilias ammonet dicens: Statue tibi speculam pone tibi amaritudines. Speculam quippe statuere est ventura viciorum certamina ex alta consideratione praenoscere. Sibique etiam mens amaritudines ponit quando in cuncta parte constituta, dum mala insidiantia conspicit, secura quiete non consentit. Primo autem ne mala quelibet, secundo vero loco consideat ne bona incaute faciat, et postquam prava subegit ipsa etiam sibi subicere recta contendit, ne si incaute dum transeat in elationis culpa vertantur. Quia enim sicut superius dictum est plerumque ex bonis operibus [illegible] vicia mala nascuntur, vigilanti studio contemplatur quomodo ex doctrina arrogantia, ex iusticia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor oriatur. Cumque bona hec agit, quanta contra se hostes per hec consurgere valeant considerat. Nam cum adipiscendis studiis elaborat mentem sollicitat contra certamen arrogantie, superantem tum culpas delinquentium ulcisci nimis te desiderat, sagacissime providet ne modum iusticie crudelitas vindicte transcendat. Cum pietate se frenare nititur, solerter prospicit ne quia disciplinae solutione vincatur. Cum se recti zeli stimulis excitat summopere providet ne plusquam necesse est ire se flamma succendat. Cum magne mansuetudinis tranquillitate se temperat, vigilanter observat ne torpore frigescat. Quia ergo spiritualis militis cogitatione omne vicium priusquam surripere possit aspicitur, recte de equo dei dicitur: procul odoratur bellum. Perpendit etiam que turba imminentium praviatis mala ad se ingredi nec paucam permittit. Unde et sequitur: Exhortacionem ducum et ululatum exercitus. Temptancia quippe vicia que invisibili contra nos praelio regnanti super se superbie militant, alia more ~~ducum~~ (ducum praeeunt alia more) exercitus subsequuntur. Neque enim culpe omnes pari accessu cor occupant, sed dum maiores et pauce neglectam incautam praeveniunt, minores et innumere ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque viciorum regina superbia cum devictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus viciis, quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importune viciorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus si ipsos duces atque exercitum specialiter ut possumus enumerando proferamus. Radix quippe cunctis malis superbia est, de qua scriptura attestante dicitur: Inicium omnis peccati superbia. Primae autem eius soboles septem nimirum principalia vicia de hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristicia, avaricia, ventris ingluvies, luxuria. Nam quia his septem superbie viciis nos captos doluit, ideo redemptor noster ad spiritale liberationis praelium spiritu septiformis gratie plenus

Superbia: inanis gloria, invidia, ira, tristicia, avaricia, gula, luxuria

Ex virtute vicium nascitur

venit. Sed hunc contra nos hec
singula exercitum sunt. Nam de
inani gloria inobediencia. iac-
tancia. ypocrisis. contentiones, per-
tinacie, discordie, et novitatum presump-
tiones oriuntur. De invidia odium,
susurratio. detractio, exultatio in
adversis proximi, afflictio autem in pro-
speris nascitur. De ira rixe. tumor
mentis, contumelie. clamor in-
dignatio. blasphemie. De tristicia
malicia. rancor, pusillanimitas,
desperatio, torpor circa precepta, va-
gatio mentis erga illicita nascitur.
De avaricia, prodicio, fraus, fal-
lacia, periuria, inquietudo, viole-
cia, et contra misericordiam obduratio-
nes cordis oriuntur. De ventris in-
gluvie inepta leticia, scurrilitas,
inmundicia, multiloquium, ebe-
tudo sensus circa intelligenciam
propagatur. De luxuria cecitas men-
tis, inconsideratio, inconstancia,
precipitatio, amor sui, odium Dei,
affectus presentis seculi, horror autem
vel desperatio futuri generantur.
Quia ergo septem principalia vicia
tantam de se viciorum multitudinem
proferunt, cum ad cor veniunt,
quasi subsequentis exercitus cater-
vas trahunt. Ex quibus videlicet
septem, quinque spiritualia, et duo
carnalia sunt. Sed unum quodque
eorum tanta sibi cognatione inne-
ctitur, ut non nisi unum de altero
proferatur. Prima namque superbie so-
boles. Inanis est gloria. que dum
oppressam mentem corrumpit, mox
invidiam gignit, quia nimirum
dum vani nominis potenciam
appetit ne quis eam adipisci va-
leat tabescit. Invidia quoque iram
generat, quia quanto interno livo-
ris vulnere animus sauciatur, tanto
etiam mansuetudo tranquillitatis
amittitur, et quia quasi dolens
membrum tangitur, ideo opposite
actionis manus velut gravius
pressa sentitur. Ex ira quoque tristicia
oritur quia turbata mens quo in-
ordinate se concutit, eo addicen-
do confundit et cum dulcedinem
tranquillitatis amiserit. nichil

hanc nisi ex perturbatione subsequens
meror pascit. Tristicia quoque in avariciam ꝯ
derivatur quia dum confusum cor
bonum leticie in semetipso intus ami-
serit, unde consolari debeat foris
querit, et tanto magis exteriora
bona adipisci desiderat, quanto
gaudium non habet, ad quod intrinsecus
recurrat. Post hec vero duo carna-
lia vicia. id est ventris ingluvies
et luxuria supersunt. Sed cunctis liquet
quod de ventris ingluvie luxuria
nascitur dum in ipsa distributione me-
brorum ventri genitalia subnixa
videantur. Unde dum unum inor-
dinate reficitur aliud procul dubio
ad contumelias excitatur. Bene autem *
duces exhortari dicti sunt exercitus
ululare, quia prima vicia decep-
te menti, quasi sub quadam ratione
se inserunt, sed innumera que sequuntur
dum hanc ad omnem insaniam
pertrahunt quasi bestiali amore con-
fundunt. Inanis autem gloria
devictum cor quasi ex ratione solet
exhortari, cum dicit, debes ma-
iora appetere, ut qui potestate
valueris multos excedere, eo etiam
valeas et pluribus prodesse. Invi-
dia quoque devictum cor quasi
ex ratione solet exhortari cum dicit
In quo illo vel illo minor es, cur
ergo eis vel equalis vel superior
non es, quanta vales que ipsi non
valent, non ergo tibi aut superio-
res esse, aut etiam equales esse
debent. Ira etiam devictum cor,
quasi ex ratione solet exhortari
cum dicit Que erga te aguntur
equanimiter ferri non possunt
hec, immo patienter tolerare peccatum
est. Quia et si non eis cum magna
exasperatione resistis, contra te de-
inceps sine mensura cumulentur.
Tristicia quoque devictum cor quasi
ex ratione solet exhortari cum dicit,
Quid habes unde gaudeas cum tanta
mala de proximis portas, perpende
cum quo merore omnes intuendi
sunt, qui contra te in amaritudinis
felle utuntur. Avaricia quoque devictum
animum quasi ex ratione solet ex-

hortari cum dicit, valde sine culpa es quod quedam habenda concupiscis quia non multiplicari appetis, sed egere pertimescis, et quod male alius retinet ipse melius expendis. Deuictum quoque ingluuies deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. Ad esum deus omnia munda condidit, et qui saciari cibo respuit quid aliud quam muneri concesso contradicit. Luxuria quoque deuictum cor, quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. Cur te in voluptate tua non dilatas cum quid te sequatur ignoras, acceptum tempus sine in desideriis perdere non debes quia quam cito pertranseat nescis. Si enim deus misceri in voluptate coitus nollet hominem in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset. Hec est ducum exhortacio, que dum incaute ad secretum cordis admittitur familiaris in iniquia persuadet, quam videlicet exercitus vlulatus sequitur, quia infelix anima semel principalibus viciis capta, dum multiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur ferali iam immanitate vastatur. Sed miles dei quia solerter prouide viciorum certamina nititur bellum procul odoratur. quia mala principia quid menti persuadere valeant, cogitatione sollicita respicit exhortacionem ducum naris sagacitate deprehendit. Et quia longe prospiciendo subsequentium iniquitatum confusione conspicit quasi vlulatum exercitus odorando cognoscit. Igitur quia vel predicatorem dei vel quemlibet spiritalis certaminis militem descriptum equi narratione cognouimus Nunc eundem iterum auis signo videamus, vt qui per equum didicimus eius fortitudinem, etiam per auem discamus illius contemplacionem. Qualiter enim descriptum equum magis audiuimus, quam contra certamina viciorum vir sanctus preparatum toleret. Nunc per auem speciem cognoscimus qualiter per contemplacionem volat. Sequitur. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum. xxvi

Quia per annos singulos pennam veterem noua nascente proiciat, ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Non autem hic illud tempus plume dicitur de quo in nido vestitur quia tunc adhuc minime pullus vt ad austrum expandere alas non valet, sed illa annua pluma describitur que laxata veteri penna renouatur. Equidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant munita ac tepencia loca requiruntur. Agrestibus vero moris est, ut flante austro alas expandant, quatinus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tepore concalescant. Cum vero ventus deest. alis contra radium solis expansis atque percussis repente sibi auram faciunt. Sicque primum temporis vel veteres exeunt et noue succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere nisi quod vnumquemque sanctorum tactus flatu spiritus sancti concalescit, et vsum vetuste conuersacionis abiciens noui hominis formam sumit. Quod paulus admonet dicens Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes nouum. col. 3. Et rursum licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. 2. cor. 4. Vetustam autem pennam proicere est inueterata studia dolose actionis amittere, et nouam pennam sumere est mitem ac simplicem bene viuendi sensum tenere. Penna namque vetus conuersacionis grauat, et pluma noue innouacionis subleuat, ut ad volatum tanto leuiorem quanto nouiorem reddat. Et bene ait Expandit alas suas ad austrum. Alas quippe nostras expandere ad austrum est per aduentum spiritus sancti nostras confitendo cogitaciones aperire ut iam non libeat defendendo nos tegere sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad austrum alas ex

Substrauit dominum cum veteram fac do

pandit. Quia enim unusquisque virtutum se pennis induit cum sancto spiritu cogitationes suas confitendo non detegit, novae vitae opera minime producit; qui nescit lugere quod gravat, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis torporem cordis aperit, et plumas intuitum fundit. Cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, alacri novitate invenescit. Dicatur ergo beato Job: Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? id est, numquid cuilibet electo tu intelligentiam contulisti, ut flante sancto spiritu cogitationum alas expandat, quibus pondera vetustae conversationis abiciat, et intuitu plumas in usum novi volatus sumat? Ut hinc videlicet colligat, quia vigilantiam sensus in semetipso esse non habet, quam habere esse conferre aliis nequaquam valet. Potest etiam per hunc accipitrem renovata gentilitas intelligi. Ac si beato Job aperte dicatur: ad futuros intuitum plumas in gentilitate respice, et vetustas superbiae pennas amitte.

xxvij ponit

Sequitur: Numquid ad praeceptum tuum elevabitur aquila et in arduis ponet nidum sibi? In scriptura sacra vocabulo aquilae aliquando maligni spiritus raptores animarum, aliquando praesentis saeculi potestates, aliquando vero subtilissima sanctorum intelligentia, vel incarnatus dominus prima celeriter transvolans et mox summa repetens designatur. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur,

Je x

Ieremia attestante qui ait: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis caeli. Persecutores enim nostri velociores aquilis caeli sunt, cum tanta contra nos maligni homines faciunt, ut ipsas etiam aereas potestates in inventionibus malitiae praeire videantur. Aquilae vocabulo potestas terrena figuratur.

Ez xl

Unde per Ezechielem prophetam dicitur: Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis et varietate venit ad Libanum et tulit medullam cedri et summitatem frondium eius evulsit. Quae videlicet aquila quis alius quam Nabuchodonosor rex Babyloniae figuratur, qui pro immensitate exercitus magnarum alarum, pro diuturnitate temporum longo membrorum ductu, pro multis vero divitiis plena plumis, pro innumera terrenae gloriae compositione plena varietate describitur. Quae venit ad Libanum et tulit medullam cedri, et summitatem frondium eius evulsit. Quia Iudaeae celsitudinem petens nobilitatem regni eius quasi medullam cedri abstulit, et dum tenerrimam regum prolem a regni sui culmine captivando sustulit, quasi summitatem frondium eius evulsit. Aquilae vocabulo subtilis sanctorum intelligentia, vel volatus dominicae ascensionis exprimitur. Sicut idem propheta dum sub animalium specie evangelistas quatuor se vidisse describeret, eis sibi hominis, leonis, bovis et aquilae faciem apparuisse testatur. Quartum procul dubio per aquilam Iohannem signans, qui volando terram deseruit, et per subtilem intelligentiam interna mysteria verbum videndo penetravit. Cui nimirum prophetae sententiae ipse quoque Iohannes in revelatione sua de semetipso non dissonat dicens: Animal primum simile leoni, secundum simile vitulo, tertium animal habens faciem quasi hominis, quartum animal simile aquilae volanti. Et quamvis singula ad unumquemque evangelistam conveniant recte, dum alius humanae nativitatis ordine, alius per immundi sacrificii mactationem quasi vituli mortem, alius potestatis fortitudine quasi leonis clamorem insinuat, alius nativitatem verbi intuens quasi ortum solis aquila spectat. Possunt tamen haec quatuor animalia ipsum cuius caput cuius sunt membra signare. Ipse namque et homo est, qui naturam nostram veraciter suscepit, et vitulus qui pro nobis patienter occubuit, et leo qui per divinitatis fortitudinem susceptae mortis vinculum rupit. Ad extremum aquila quia ad caelum de quo

Aquila

venerit redit. Homo quippe nascendo vitulus moriendo leo resurgendo aquila ad celos ascendendo vocatus
A est. Sed hoc loco aquile nomine subtilis sanctorum intelligentia et sublimis eorum contemplacio figuratur. Sanctorum quippe animi visum acies aquile superat, ita ut solis radios fixos eius in se oculos nulla fulgoris sue choruscacione reverberans claudat. Ad preceptum ergo dei elevatur aquila, dum iussionibus divinis obtemperans in supernis suspendit fidelium vita, que et in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens spe iam de celestibus nutrit. In arduis nidum ponit, quia habitacionem mentis
Nu 24 sue in abiecta et infima conversacione non construit. Hinc est quod Cineo Balaam prophetante dicitur: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum. Cineus namque possessor interpretatur. Et qui sunt qui propria possident nisi hii qui in ingenio sapientie secularis callent, qui in hoc robustum sibi habitaculum construunt, si per humilitatem parvuli apud semetipsos facti in Christi sublimitate nutriantur, si semetipsos infirmos senciant, et in excelsa humilitate cogniti redemptoris fundata mentis fiduciam ponant, si yma non appetant, si omne quod preterit cordis volatu transcendant. Videamus aquilam nidum spei in arduis construentem, que ait: Nostra conversacio in celis est. Et rursum: Qui conresuscitavit et consedere nos fecit in celestibus. In arduis habet nidum, quia profecto in supernis figit consilium. Non vult mentem in yma deicere, non vult per abiectionem conversacionis humane in finibus habitare. Tunc Paulus fortasse in carne tenebatur cum se consedere Christo in celestibus testaretur. Sed ibi erat ubi ardente iam mente fixerat, non illic ubi illum nexu pigra adhuc caro retinebat. Hoc namque esse speciale

electorum solet, quod sic statim primis mente viam carpere, ut proficere celsitudinem noverit, iam se ad alta pervenisse, quatinus cuncta que preterfluunt sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo eminet amenitatis calcet. Hinc est enim quod sequenti se anime per prophetam dominus
dicit: Sustollam te super altitudines terre. Quasi quedam namque inferiora terre sunt dampna contumelie egestas abiectio, que ipsi dilectores seculi, dum per latitudinem vie planiciem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines vero terre sunt lucra rerum, blandimenta subditorum, diviciarum habundancia, honor et sublimitas dignitatum, que quisque prima adhuc desideria incedit, eo ipso alta estimat quo magna putat. At si semel cor in celestibus figitur, mox quam abiecta sint cernitur que alta videbantur. Nam sicut qui in montem conscendit eo paulisper cetera subteriacencia despicit, quo ad altiora amplius gressum tendit. Ita qui in summis contemplacionem figere nititur, dum amisso ipso nullam prius mentem gloriam esse deprehendit, super terre altitudinem elevatur, et quod prius in ymis desideriis positus sursum credidit, post ascendendo proficiens sibi subesse cognoscit. Quia ergo ille dominus facturum se esse pollicetur dicens: Sustollam te super altitudines terre, hoc apud beatum Iob solum se facere testatur posse dicens: Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum sibi? Ac si dicat ut adimere, qui quod exterius proprio hoc in tuis egentia occulte largitatis in spiritu. Sequitur: xxxiiii c

In petris manet. In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur quis alius quam Christus accipitur, Paulo attestante qui ait: Petra autem
erat Christus. Cum vero petre pluraliter appellantur, membra videlicet sancti viri qui illius robore solidati sunt exprimuntur. Unde nimirum Petrus
apostolus lapides vocat dicens:-

Margin notes: Ysay 78 (beside "dicit: Sustollam te"); B (beside "Altitudines vero terre"); 1. cor. x (beside "Petra autem erat Christus"); 1 pet. 2 (beside "apostolus lapides vocat").

Vos tamquam lapides vivi edificamini
in domos spirituales. Ista itaque aquila
que adversus solis radios cordis o-
culos erexit in petris manere dicitur
quia in dictis antiquorum et fortium
patrum mentis statione collocatur.
Eorum quippe vitam quos in via
dei precessisse conspicit ad memoriam
reducit atque in celsitudine illorum
fortitudinis studendo nidum sibi
construit sancte meditationis. Cumque
eorum dicta actaque tacite cogi-
tat, cum presentis vite gloriam in com-
paratione eterne excellentie quam sit
abiecta considerat, quasi sub se esse
yma terre in petris residens
observat. Possunt etiam petre
sublimes virtutum celestium potestates
intelligi quas non iam quasi more
arborum huc atque illuc ventus
nostre mutabilitatis inclinat, quia
velut petre in arduis site ab omni
motu mutabilitatis aliene sunt
et ad soliditatem fixe celsitudinis
ipsa eius cui inherent eternitate durue-
runt. Vir itaque sanctus cum terrena
despicit, more se aquile ad alti-
ora suspendit, et per contemplationis
spiritum sublevatus perhennem angelorum
gloriam prestolatur, atque huic mundo
hospes illa appetenda que aspicit
iam in sublimibus figit. Recte ergo
dicitur in petris manet, id est in
intentione cordis. Inter illas celestes
virtutes residet, que potestatis
sue fortitudine tanta iam sol-
liditate fixe sunt, ut in nullo
culpe late mutabilitatis varietate
flectantur. Unde et apte sequitur
Et in preruptis silicibus commoratur
atque inaccessis rupibus. Quinam
alii sunt prerupti silices, nisi illi
fortissimi angelorum chori, qui
quamvis non integri, sed tamen in
proprio statu fixi cadente cum suis
diabolo angeli remanserunt.
Prerupti enim sunt quia pars eorum
cecidit, pars remansit. Qui in-
tegri quidem stant per qualitatem
meriti, sed per numeri quantitatem pre-
rupti. Hanc propterea restitutione
mediator venit, ut redempto

humano genere illa angelica dampna
sarciret, et mensuram celestis patrie
completionis fortasse cumularet. Propter
hanc propterea depre dicitur: Proposuit Ephe
in eo in dispensatione plenitudinis
temporum instaurare omnia in Christo
que in celis et que in terra sunt. In ipso
quippe restaurantur ea que in terra sunt
dum peccatores ad iusticiam convertuntur.
In ipso restaurantur ea que in celis sunt
dum illuc humiliati homines redeunt vii a
unde apostate angeli ceciderunt. De vero ait: In inaccessis rupibus statu
nimirum qui prerupti silices, ipsi sunt angli
inaccesse rupes. Cordi enim peccatorum excid.
hominum valde inaccessa est claritas
angelorum, quia quo ad pulchra cor-
poralia cecidit, eo ad spiritualia specie
oculos clausit. Sed quivis iam contem-
platione rapitur, ut per divinam gratiam
sublevatus intentionem suam iam
angelorum choris inserat, et fixus
in sublimibus ab omni se infirma
actione suspendat. Non ei sufficit
gloriam angelice claritatis aspicere
nisi eum etiam qui est super ange-
los valeat videre. Sola namque eius
visio mentis nostre refectio est. Unde
cum dixisset hanc aquilam in petris
manere et in preruptis silicibus atque in
inaccessis rupibus commorari, illico
subdidit: Illic contemplatur escam, id
est ex illis choris angelicis tendit
oculum mentis ad contemplandam
gloriam superne maiestatis, qua non
visa adhuc esurit, qua tandem
visa satiatur. Scriptum quippe est: Pro eo Ysa 53
quod laboravit anima eius videbit
et saturabitur. Et rursum: Beati qui [illegible]
esuriunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi sa-
turabuntur. Cuius vero mentis nostre
ipse cibus sit, indicatur aperte cum dicitur:
Beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt. Et quia in expositione cor-
ruptibilis carnis gravati deum sicu-
ti est videre non possumus, recte sub-
iungitur: Oculi eius de longe prospiciunt. xxix c.
Quantislibet in hac vita positus quisque
profecerit, nec dum deum per speciem sed
per enigmatis speculum videt. Eminus
ante cum respicimus verius cernimus.
Cum vero longius aciem tendimus

sub incerto visu caligamus, quia quamvis
sancti viri in alta contemplatione
se erigunt, et tamen Deum sicut
est videre non possunt. Bene de
hac aquila dicitur: Oculi eius de lon-
ge prospiciunt. Ac si diceret: intentionis
aciem fortiter tendunt, sed nec Deum
propinquum conspiciunt, cuius claritatis ut est
magnitudinem penetrare nequaquam
possunt. A luce enim incorruptibi-
li caligo nos nostre corruptionis ob-
scurat. Cumque videri aliquatenus potest
et tamen videri sicuti ipse sicut est
non potest, quam longe sit indicat.
Quem si mens ut cupit non cerneret,
nec quia longe esset videret. Si
autem perfecte iam cerneret, profecto
hanc quasi per caliginem non videret.
Igitur quia nec omnino cernitur, nec
deest. Quia longe Deus videtur.
Libet ad medium verba Ysaie de-
Isa. 33 ducere, atque hec et illa quia uno
spiritu proferuntur indicare, qui cum
active vite virtutes exprimeret di-
cens: Qui ambulat in iusticiis et
loquitur veritatem, qui proicit avari-
ciam et calumpniam et excutit manus
ab ab omni munere, qui obdurat au-
res suas ne audiat sanguinem,
et claudit oculos suos ne vide-
at malum. Illico quibus eiusdem vite
active gradibus ad contempla-
tionis culmina conscendatur adiun-
xit dicens: Iste in excelsis habita-
bit et munimenta saxorum sublimi-
tas eius. Panis ei datus est,
aque eius fideles sunt. Regem
in decore suo videbit, oculi eius
cernent terram de longe. In excelsis
namque habitare est cor in celestibus
ponere, et munimenta saxorum sub-
limitas nostra est, cum fortium
patrum precepta et exempla re-
spicimus, atque ab infima cogitatio-
ne separamur. Munimenta saxorum
sublimitas nostra est, cum mentes
nostras choris castrisque celestibus
iungimus et insidiantes malignos
spiritus stantes in arce cordis quasi
sub nobis positos expugnamus. Tunc
nobis etiam panis datur, quia
in supernis erecta intencio etiam

contemplatione reficitur. Aque enim
nostre fideles sunt, quia doctrina Dei
quod hic per spem promittit, hoc illic
in munere exhibet. Sapientia namque
huius mundi infidelis est, quia
mercedem post modum non est.
Aque nostre fideles sunt quia verba
vite quod ante mortem insinuat
hoc etiam post mortem demonstrat.
Regem in decore suo oculi nostri
conspiciunt, quia redemptor noster
in iudicio et a reprobis homo vi-
debitur et ad divinitatis eius intue-
ndam celsitudinem soli qui electi sunt
elevantur. Quasi enim quandam fe-
ditatem regis videre est sola ser-
vilem formam in qua ab iniquis
despectus est cernere. Sed a electis
in decore suo rex cernitur, quia velut
semetipsos rapti in ipso deitatis
fulgore oculos cordis figunt, qui
quamdiu in hac vita sunt, quia
illam viventium patriam sicut est
videre non possunt. Recte adiungitur:
Cernet terram de longe. Quod quod
hic ait: Elevabitur aquila in ar-
duis ponit nidum sibi, hoc illic
dicitur: In excelsis habitavit. Quod
hic dicitur: In petris manet et in
preruptis silicibus commoratur, hoc illic
subiungitur: Munimenta saxorum sub-
limitas eius. Quod rursus hic
subinfertur: Inde contemplatur escam,
hoc illic quoque subditur: Panis ei
datus est, aque eius fideles sunt.
Regem in decore suo videbunt
oculi eius, etsi hic subiungitur: Oculi
eius de longe prospiciunt. Hoc illic
apte subicitur: Cernet terram de longe.
Consideremus quam sublimis aquila
fuit Paulus, qui usque ad tercium 2 cor 12
celum volavit, sed tamen in hac
vita positus e longinquo adhuc
Deum prospicit qui ait: Videmus 1 cor 13
nunc per speculum in enigmate, tunc
autem facie ad faciem. Et rursus:
Ego me non arbitror comprehendisse. Phi. 1
Sed quamvis etiam valde minus
quam sunt ipsa conspiciat, quamvis
etiam se perfecte cognoscere non posse
cognoscat, infirmis tamen auditoribus

ea ipsa in f[ra]nde p[re]dicando no[n] p[ro]t
que vide[re] saltem p[er]speculum et p[er]
ymaginem p[otes]t / de semetipso tamq[ua]m
de alio loquit[ur] dicens / Audiuit ar-
2 cor 12 chana verba que no[n] licet homi[ni]
loqui / Intima ergo q[ua]muis minima
et ex[tr]ema videant[ur] / fortibus tamen
p[re]dicatorib[us] summa sunt / Infirmis
|| sunt vero auditorib[us] i[n]capabilia / Vnde
et p[re]dicatores sancti cum auditores
suos diuinitatis v[er]bum capere no[n]
posse conspiciunt / ad sola incarna-
cionis d[omi]nice v[er]ba descendunt / Vn[de]
bene h[ic] d[icitu]r dum subleuata i[n] ardu[u]s
aquila longe vide[re] dicat[ur]. Illico
xxx ff subiungit[ur] Pulli eius lambent s[an]g[uine]m
Ac si ap[er]te dicet[ur] / Ipsa quide[m] diui-
nitatis contemplacione pascit[ur] / sed
quia auditores eius diuinitatis
capere archana nequaq[ua]m possunt
cognito crucifixi d[omi]ni cruore
saciant[ur] / Sanguine nam[que] lambe-
re est passionis d[omi]nice i[n]firma venerari
Hinc est q[uod] isdem paulus q[ui] sicut
iam paulo ante diximus ad tercium
celi secreta volabat discipulis di-
1 cor 2. cebat. Non enim iudicaui me sci-
re aliquid int[er] vos nisi x[ristu]m d[omi]n[u]m
et hunc crucifixu[m] Ac si ap[er]te h[ec]
aquila dicet / Ego quidem etiam
meam diuinitatis eius potencia[m]
delonge p[ro]spicio / s[ed] vobis adhuc
p[ar]uulis in carnacionis eius tm[tm?] ha-
bendu[m] s[an]g[uin]em trado. Nam qui p[ro]
p[re]dicacionem suam tacita diuinitatis
celsitudine infirmos auditores
de solo cruore crucis edocet / quid
aliud q[uam] s[an]g[uin]em pullis p[re]bet / Cum
vero vniuscuiusq[ue] s[an]c[t]i p[re]dicatoris
anima corrupcione carnis exuta
ad eum mox ducat[ur] qui pro nobis
sponte sua i[n] morte[m] cecidit et de
morte surrexit ap[er]te desig[na]t aquila
subd[itur] / Vbicu[m]q[ue] cadauer fuit stati[m]
G adest / Cadauer quippe a casu d[icitu]r
et no[n] in merito corpus d[omi]ni p[ro]pter
casum mortis cadauer vocatur
Cui sunt h[ic] exstat aquila dicitur
Vbi cu[m]q[ue] cadauer fuit stati[m] adest
hoc de egredientibus animabus
vitalis fieri spondet dicens. Vbi-
Mt 28 cu[m]q[ue] fuit corpus illuc co[n]g[re]gabu[n]t[ur]

et aquile Ac si ap[er]te dicat / q[uia] celestis
sedi in carnatus redemptor vester
p[re]sideo / electoru[m] quoq[ue] animas dum
a carne soluero ad celestia subleua-
bo / Et hoc quod de[signa]t aquila di-
Vbi cu[m]q[ue] fuit cadauer statim ade[st]
Intelligi et alit[er] potest. Omnis enim
qui in p[e]cc[at]i mortem cecidit no[n] in
conuenient[er] potest cadauer vocari
q[uia] ex animis iacet qui iusticie vi-
uificante sp[iritu]m no[n] habet / Cum v[er]o
sanctus quisq[ue] p[re]dicator ubi peccatores
ee[sse] consideraverit illuc anxie p[ro]uolat
ut in p[e]cc[at]i morte iacentibus luce[m]
viuificacionis ostendat / Bene d[e]sig[na]t[ur]
aquila dicat[ur] / Vbicu[m]q[ue] cadauer fuit
statim adest / id e[st] illuc tendit ubi
vtilitate p[re]dicacionis p[ro]spicit / vt
ex eo q[uod] iam sp[iritu]alit[er] viuit / aliis
in morte iacentib[us] prosit quos
corripiendo q[uasi] edit / s[ed] ab iniquitate
ad innocenciam p[er]mutando in sua
membra quasi edendo co[n]uertit / Ecce
ipse quem ad testimo[nium] iam sepe
deduximus paulus cu[m] nu[n]c iudeam
nunc corinthu[m] / nunc ephesu[m] / nunc
romam / nunc hyspaniam peteret / vt
in p[e]cc[at]i morte iacentibus eterne
vite graciam nunciaret / Quid se a[lium]
q[uam] aquilam esse monstrabat
que velocit[er] cuncta circu[m]uolans ubi
cu[m]q[ue] iacens cadauer querebat / ut
dum voluntate dei luc[r]atis pecca-
toribus faceret / quasi escam suam i[n]
cadauere repiret / Esca quippe nos-
trum est conuersio peccator[um] [per] q[ua]m
de qua dicit[ur] Operam[ini] non cibum
qui perit / s[ed] qui p[er]manet i[n] vitam
eternam / Auditis itaq[ue] tot secretis
iuitatib[us] b[ea]tus iob obstupuisse intel-
ligitur / ac sub admiracionis terore
siluisse. Nam sequit[ur] / Adiecit
d[omi]n[u]s et locutus est ad iob Nu[m]q[ui]d
qui contendit cum deo tam fa-
cile conquiescit. Vtiq[ue] qui arguit
deum debet r[espo]nde[re] illi / Vir s[an]c[t]us
tanta hac districcione flagelli n[on]
estimauit augeri sibi merita / s[ed]
vicia resecari / Qui quia ipse
nulla cognouit p[er]cussum immerito
se credidit / Et paciente prorsus

arguere est deprehensione murmurare
Consideratus autem dominus quia ea quae protulit
non ex tumore superbiae sed ex qualitate
collegerat vitae piae illum increpat
dicens, Numquid qui contendit cum
deo tam facile conquiescit? Utique qui
arguit deum debet respondere illi. Ac
si apertius dicat, Cum tanta districtione
locutus es, cur audita superiore
vita siluisti? Quae enim sunt arguere
deprehensione mea, an sunt iusta dubitare?
Et bona quidem tua veraciter
protulisti, sed haec quo tenderent flagella
nescisti. Quia etsi non habes
iam quod corrigatur, habes tamen
adhuc quod crescas. Nunquam vero
virtutis arce quam plurimos sublevem
me esse cognovisti murmurante
ipse considerabas tuam, sed aliorum
celsitudinem nesciebas. Auditis gratiae
alienis virtutibus, si quid vales responde
de tuis. Scimus autem quod cordis sui oculum
per elationis tenebras exstinguit,
qui cum recta agit considerare meliorum
merita negligit. At contra
magno humilitatis radio sua opera
illustrat, qui aliorum bona subtiliter
pensat. Quia dum ea quae ipse
fecerit facta foris et ab aliis conspicit,
eum qui de singularitate
intus erumpere initium superbiae timuerat
Pulcher | Hinc est quod voce dei adhelias
eum solum se estimantem dicitur
Reliqui mihi septem milia virorum
3 Reg. 19 qui non curvaverunt genua ante
Baal, ut dum non solum se remansisse
cognosceret elationis gloriam
quae ei de singularitate surgere poterat
evitare potuisset. Beatus
itaque Iob nihil perverse egisse reprehenditur,
sed de aliorum etiam bene
gestis docetur, ut dum se esse bonos
et alios habere considerat, ei quod
singulariter summus est se humiliter
subdat. Sequitur. Liber moralium
beati gregorii XXVII. C

Sancti viri quo apud deum
altius virtutum dignitate
proficiunt eo subtilius indignos
se esse deprehendunt. Quia dum

proximi luci fiunt, quidquid in se
ipsis latebat inveniunt, et tanto
magis sibi foris deformes apparent,
quanto minus pulchrum est
quod intus vident. Uniusquisque enim
dum tactu veri luminis illustratur
sibi ostenditur et unde agnoscit quid
est iustitia, inde eruditur ut videat
quid est culpa. Hinc est quod saepe
mens nostra quamvis frigida in
conversatione humanae actionis
torpescat, quamvis in quibusdam
delinquat et nesciat, quamvis pravitati
quaedam quasi nulla perpendat,
cum tamen ad petenda ordinis
sublimia compunctione se erigit
ipso suo compunctionis oculo excitata,
ad circumspicienda se post
fletum vigilantior reddit. Nam
cum neglecta se deserit in noxio tempore
torpescit, vel otiosa verba vel inutiles
cogitationes minoris esse
esse reatus credit. Ac si igne compunctionis
in caelestes torpore
suo tacta subito afflatu contemplationis
emicuerit, illa quae levia
paulo ante credidit, mox ut gravia
ac mortifera perhorrescit,
cuncta enim vel minimus noxia
quasi atrocissima refugit, quia
videlicet per contemplationem spiritus gravida
in torpore adesse iam tamen
nulla permittit. Ex eo enim quod
intus conspicit quam sint horrenda
haec quae exterius perstrepunt sentit,
et quanto amplius sublevata profecit,
tanto magis refugit infima
in quibus prostrata defecit.
Nihil quippe eam nisi id quod
intus viderat pascit, atque eo
fortius tolerat quidquid se ex terrenis
ingerit, quo illud non est quod
intrinsecus videt. Et ex his intentionibus
quae raptim videre potuit
ad exteriora quae tolerat iudicandi
regulam sumit. Supra se enim rapta
dum sublimia contemplatur et semetipsam
iam liberius excedendo
conspiciens, quidquid ei ex se ipsa
remanet subtilius comprehendit.
Ex qua re miro modo agitur ut

Singularitas inducit superbiam
considerare aliorum bona prohibet
m m m

sicut superius dictum est. Unde
dignior efficitur inde sibimet in-
digna videtur. Et tanto a rectitudine
longe se esse sentiat cum appropinquat
Unde salomon ait Cuncta temptaui
Ec 1 in sapientia et dixi Sapiens ef-
ficiar et ipsa longius recessit a me
.y. I ¶ Quesitam enim sapientiam longe recesse
dicit, quia appropinquanti altior videtur
Qui vero hanc nequaquam attingunt
tanto se ei propinquos estimant,
quanto eius rectitudinis regulam
ignorant, quia siti in tenebris
interne claritatis lucem nesciunt
quam numquam viderunt Cumque
ferma eius pulchritudinis non
tenduntur, in semetipsis libenter cot-
tidie deformes fiunt, Nam quisquis
eius radiis tangitur, sua illi ma-
nifestius tortitudo monstratur
et eo verius invenit quantum
flectitur in vitio, quo sagacius summa
considerans conspicit quantum distat
a recto. Unde beatus Job humanam genti-
litatibus transiens amicos lo-
quendo superavit, Sed loquente deo
sublimius eruditus semetipsum
cognoscendo reticuit, Illos namque
iuste loquendo subdidit, sed ad
verba locucionis intime per omnia
se iuste cognouit, Et quidem cur
flagellatus sit nescit, sed tamen
cur flagella venerantius non sit
silendo redarguit, Diuina enim



Iudicia diuina
non sunt investiganda

iudicia cum nescimus, non audaci
sermone discucienda sunt,
sed formidoloso silencio veneranda
Quia cum causas rerum conditor
in flagello non aperit, eo iustius in-
dicat quo se eis facere qui sine
iustus est demonstrat, Vir igitur
sanctus prius de locucione, post de
silencio reprehensus, quid de semet-
ipso senciat innotescat ait enim
Qui leuiter locutus sum respon-
dere quid possum Ac si dicat Ser-
monem meum defenderem, si hunc
cum racionis pondere protulissem
At postquam lingua leuitatis vsque conuin-
citur, quid restat nisi ut conticendo
refrenetur Sequitur Manum meam po-

nam super os meum Usu sacri eloquii K
in manu operacio, in ore locucio solet in-
telligi, Manum ergo super os ponere est
virtute boni operis culpas tegere
inperite locucionis Quis autem
invenire potest qui qualibet per-
fectus sit de ore tamen sermone
non peccet Jacobo attestante qui
ait Nolite plures magistri fieri in Ia 3
multis enim offendimus omnes
Et rursum Linguam nullus hominum
domare potest Eius culpas Mt 12
redarguens per semetipsam veritas dicit
Dico autem vobis quia omne verbum
ociosum quod locuti fuerint homines
reddent deo racionem in die iudicii
Sed sancti viri ante oculos studet dei
pondere bonorum operum prius ymo
deinceps verborum Unde iustorum etiam
manus super os ponitur dum in-
certis eius cottidie ociose locucionis
vicium bone actionis virtute
operitur, Scriptum namque est Beati
quorum remisse sunt iniquitates
et quorum tecta sunt peccata Sed
rursum cum scriptum sit Omnia Hebr
autem nuda et aperta sunt oculis
eius, quo tegi possunt que eius
oculis tamen nuda sunt omnia
abscondi nequaquam possunt Sed
quia hoc quod tegimus inferius
ponimus, atque hoc quod tegimus
minimum superducimus ut quod est
subter positum tegamus Tegere
peccata dicimur, que quasi subter po-
nimus dum abdicamus, eisque
aliud superducimus dum actionis bone
operis ad hoc post eligimus ut per-
feramus, Qui ergo priora mala
deserit, et bona postmodum facit,
per hoc quod addit transacta nequicia
tegit, cum boni operis vita subdu-
cit, Beatus igitur iob sancte ecclesie
typum tenens et in verbis sua al-
legans, nostra designans dicit ex
se, dicit ex nobis, Manum meam
ponam super os meum. id est hoc
quod districto iudicii de sermone meo
in me displicuisse considero, ante
eius oculos sub velamine recti

operis abscondo. Deinde quod dicit: Unum locutus sum quod utinam non dixissem et alterum quibus ultra non addam. Si iuxta actum beati Iob verba discutimus, nichil eum dixisse nequiter reperimus. Si vero dicta eius que cum virtute ac libertate prolata sunt in aliquod superbie vitium flectimus, duo iam solummodo non erunt quia multa sunt. Sed quia loqui nostrum est hominibus occultum sensum vocibus aperire, loqui vero domini est ad divinas aures motum mentis etiam ex passione actionis ostendere, beatus Iob ad libram subtilissimi examinis se pensans locutione sua secundo se deliquisse confitetur. Unum ergo loqui ulterius est res flagello dignas agere, aliud loqui est etiam de flagello murmurare. Semel ergo ante increpationem domini iam in omni opere hominibus prelatus fuit, ipsa in altum increpatione proficiens, et minus se tamen prius in opere, et minus patientem post in verbere agnovit. Unde semetipsum redarguit dicens: Unum locutus sum quod utinam non dixissem et alterum quibus ultra non addam. Ac si dicat: Iam quidem me iustum homines credidi, sed te loquente ante flagella pravum et post flagella rigidum inveni. Quibus ulterius non addam, quia iam quanto te subtilius loquente intelligo, tanto memetipsum humilius investigo. Et quia beatus Iob sancte ecclesie typum tenet, possunt electis omnibus hec verba eius congruere, qui cognoscentes dum in uno et alio se deliquisse senciunt. Quia intelligunt se vel in cogitatione et opere vel in dei ac proximi neglecta dilectione peccasse, quibus se promittunt ultra nil addere, quia per conversionis gratiam curant penitendo cottidie etiam iuxta actum purgare. Hoc tamen quod beatus Iob de duobus se penitendo redarguit, hoc quando ostenditur quod peccator omnis in penitentia duplicem gemitum

[illegible]

Pena duplici.
respirat gemitu.

habere debet, nimirum quia et bonum quod non oportuit fecit [margin: et pravum egit quod non debuit]. Hinc est enim quod per Moysen de eo qui iuramentum protulit ut vel male quid vel bene faceret atque hoc ipsum oblivione transcendit dicitur: Offerat agnam de gregibus sive capram, orabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures vel duos pullos columbarum, unum pro peccato et alterum in holocaustum. [margin: Leviti 7] Iuramentum namque proferre est voto nos divine servitutis alligare. Etenim bona opera promittimus, bene nos facere spondemus. Cum vero abstinentiam [illegible] cruciatumque carnis nostre vovemus, male ad prius nos non facere iuramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est ut qualibet deo devotus sit inter ipsa quantumlibet pia vota non peccet, pro peccato agnam de gregibus offerri sive capram precipitur. Quid autem per agnam nisi active vite innocentia? Quid per capram que in summis sepe extremisque rupibus pendens pascitur nisi vita contemplativa signatur? Qui ergo se conspicit promissa ac proposita non implesse, ad satisfactionem dei sese studiosius [margin: debet] vel in innocentia boni operis vel in sublimi pastu contemplationis attingere. Et bene agna de gregibus, capra vero de gregibus offerri non iubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa vero paucorum. Et cum hec agimus que multos agere et egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed tamen offerentis virtus ad agnam capramque non sufficit, in remedium penitentis adiungitur ut duo columbarum pulli vel duo turtures offerantur. Scimus columbarum pulli vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos vel duos turtures nisi duplex

penitencie nostre gemitus designatur
Ut cum ad offendenda bona opera non
assurgimus nosmetipsos duplici-
ter defleamus, quia et recta non fecimus
et praua operati sumus. Unde et
turtur unus pro peccato, alter vero in
holocaustum offerri iubetur. Holocau-
stum namque totum incensum
dicitur. Unum ergo turturem pro
peccato offerimus, cum pro culpa
gemitum damus. De altero vero
holocaustum facimus, cum pro eo quod
bona neglexerimus nosmetipsos
funditus succendentes igne do-
loris ardemus. Quia igitur duplex
in penitencia gemitus debetur, beatus
Iob diuine vocis increpacione
proficiens, atque in sua reprehensi-
one succrescens dixisse se unum
et alterum penitens fatetur. Ac
si aperte dicat. Et erga bona per
negligencia torporem, et ad mala per audaciam presumpcionis
Sequitur. Capitolum xl.
iiij Respondens autem dominus Iob de
iij turbine dixit. Accinge sicut
vir lumbos tuos. Interrogabo te
et indica michi. Quid sit dominum
de turbine vidisse, quid beatum Iob
lumbos accingere, quid interrogare
dei, quid hominis indicare, primo
huius dudum sermone tractatum est.
Quia ergo lectoris tedio premi
cauemus, summopere ne dicta re-
plicemus. Sequitur. Nunquid ir-
ritum facies iudicium meum et con-
dempnabis me ut tu iustificeris.
Quisquis contra flagella domini
defendere semetipsum nititur, flagel-
lantis iudicium euacuare conatur.
Nam cum sua culpa feriri se de-
negat, quid aliud quam in iusticia
ferientis accusat. Beatus itaque Iob
non ideo flagella celestia per-
cepit, ut in eo culpas extin-
gueret, sed potius ut merita au-
gerent, quatenus quam in tranquillitatis
tempore in tanta sanctitate claruerat
etiam ex percussione pates-
ceret, que in eo patet virtus latebat.
Qui quidem culpam suam iusta
flagella non inueniens, non tamen
flagella eadem causa sibi esse au-
gendi meriti deprehendens, iniuste
se feriri credidit, cum quid ipse
debuisse corrigi non inuenit.
Sed ne ipsa innocencia in timore
elacionis inflectur, diuina voce
corripitur, et mens eius ab iniqui-
tate libera, sed uberibus presa ad
iudicia occulta reuocatur, ut supra
sentencia et si non est cognita,
non tamen credatur iniusta, sed
eo saltem iustum credat omne
quod patitur, quo minime constat quod
deo auctore patiatur. Magna enim
satisfactio percussionis est, voluntas
iusta conditoris, que cum facere
iniustum nil solet, iusta agitur
etiam si latet. Nam cum pro iniusticie
peccato percutimur, si in percussione nostra
diuine voluntati coniungimur, mox
a nostra iniusticia ipsa conuictione
liberamur. Quisquis enim percussi-
onem tolerat, sed adhuc percussio-
nis causas ignorat, si iustum
credens hoc ipsum contra se iu-
dicium complectitur, eo ipso ab
iniusticia sua correctus est, quo
se percussum iuste gratulatur. In
vindicta enim sua deo se sociat,
se se contra se erigit, et magis est
iam iusticia quam voluntati iudicis
concordat in pena, cui discrepauerat ato displicuit
in culpa. Vir igitur sanctus quia in
nulla deo culpa displicuerat,
quasi cum difficultate ei iusta
supplicia concordabat. Neque enim
credidit quod flagella que solent
vicia extinguere, in illo sola merita
augerent. Unde nunc iuste corri-
pitur, ut occultis iudiciis nes-
ciens subdetur, eique dicitur. Nunquid
irritum facies iudicium meum,
ut tu iustificeris et condempna-
bis me. Ac si aperte dicatur. Tua
quidem bene facta considerans
sed mea occulta iudicia ignorans
Qui ergo ex tuis meritis contra mea
flagella disputas, quid aliud
quam me de iniusticia addicere

te iustificando festinas. Sequitur. Si
habes brachium sicut deus et si voce
simili tonas. Quia humani generis
iob mentis ostendebat enim prius
conditor et eruditor ad considera-
dam similitudinem sue magnitudinis
provocabat ut cognita tanta dis-
similitudine in similitate se premat
Sed tamen ideo vox et brachia di-
cendum summopere est ne quid
in deo mens corporeum suspicetur
In antropomorphitarum namque here-
sim cadere est. enim qui internum
sepe implet et complectitur omnia
intra corporalia firmamenta concludi
Sed omnipotens deus ad sua nos tra-
hens usque ad nostra se humiliat
atque ut alta insinuet humilibus
condescendit quatenus paruulorum animus
rebus cognitis enutritus ad inqui-
renda consurgat incognita et ab
eo qui longe super ipsum est quedam
iuxta se audiens quasi quibusdam
passibus ad illum moveatur. Unde
fit ut perscripturam suam aliquando
a corporibus hominum aliquando a mentibus
aliquando avibus aliquando etiam rebus
ab insensatis quasdam longe dis-
similes in se similitudines trahat
Plerumque enim a corporibus hominum
in se similitudinem trahit sicut
de eo propheta ad israel dicit Qui
tetigerit vos tangit pupillam
oculi mei. Et sicut de eo rursus
speciali homini per prophetam dicitur. In sca-
pulis suis obumbrabit tibi. Con-
stat namque quod in natura sua deus
nec oculos nec scapulas habeat
Sed quia nos parvulum cernimus
In scapulis vero onera sustinemus
deus quod omnia videat oculum sibi
perhibet. Quia vero nos tolerat atque
eo modo quo tolerant fovet ob-
umbrare nos scapulis dicitur. Ait
enim. In scapulis suis obumbrabit
tibi. Ac si diceret peccatori homini
et post peccatum veniam deprecanti
Ea pietate te dominus protegit qua te
pietate toleravit obumbrabat
in scapulis suis quia dum portat

defendit. Aliquando vero a mentibus
in se similitudinem trahit. Sicut
per prophetam ad israel dicit. Recordatus Iere. 2
sum tui miserans adolescentiam tuam
Et rursum per sponse comparacionem
loquens. Et si illa oblita fuerit Isa. 49
ego non obliviscar tui. Quis enim
nesciat quia dei memoria nec
oblivione rumpitur nec recorda-
cione sarcitur. Sed dum aliqua
deserens permittit more mentium
oblivisci dicitur. Et cum post longum
tempus que voluit visitat more
mutabilitatis consuetudine recor-
datus dicitur. Quo enim pacto dum-
inentis eius vim oblivio dissi-
pet cum ipsa quoque laudabilis
memoria essencialiter concordat
Nulla namque nisi aut preterita
aut absencia recordatur. Quomodo
ergo deus preteritorum reminiscitur cum
ipsa que in semetipsis preterierunt
eius intuitu semper presencia assistunt
Aut quo absencium recordatur dum
omne quod est presens illi presto est
Quod si ei presto non esset omnino non
esset. Nam non existencia viden-
do creat existencia videndo
continet. Quid tunc ergo creator
non videt essencia subsistendi
careret. Aliquando autem ab avibus in se
similitudo trahitur. Sicut per moy-
sen dicitur. Expandit alas suas
et assumpsit eos. Et sicut propheta
ait. Sub umbra alarum tuarum pro-
tege me. Quia enim nos parvulos
dum protegit nutrit et non gravi
atque onerosa sed leni et blanda
protectione nos refovet dum suas
in nos vias exerit quasi more
avium super nos alas suas tendit
Aliquando etiam in sensatis rebus
propter infirmitatem nostram alta
condescensione se comparat. Sicut
per prophetam dicit. Ecce ego stridebo Amos 2.
subter vos sicut stridet plaustrum
feno. Quia enim fenum vita est
carnalium sicut scriptum est Omnis Isa. 40
caro fenum. In eo quod dominus vitam
carnalium patitur more plaustri
fenum se portare testatur. Cui sub

onere senti strid(er)e est, pondera et
iniquitates peccatorum cum querela
tolerare. Cum ergo longe ipse dis-
similitudines trahat, solerter intuen-
dum est, quod quedam talia aliquando
dicuntur in deo propter effectum operis,
aliquando autem ad indicanda signa
eius maiestatis. Nam cum oculi
in deo, stipule atque ale nominantur,
effectus quidam operacionis ostendi(tur).
Cum vero manus brachium dex-
tra vel vox in deo dicitur, per hec
vocabula consubstancialis eius
filius demonstratur. Ipse quippe
est manus et dextra dextra(?) atteste-
stione per moysen pater loquitur dicens:
Exo 32 Tollam in celum manum meam et
incedo per dexteram meam. Ipse bra-
Isa 53 chium de quo propheta ait: Et brachium
domini cui revelatum est. Ipse vox quo-
que. Eo quod de quo pater dixit, de quo
Jo 1 scriptum est: In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Per quod verbum
patrem fecisse omnia david asse-
rit dicens: Dixit et facta sunt.
Deum ergo brachium habere est, ope-
rantem filium gignere. Voce to-
nare est, consubstancialem dei filium
vi p mundo tribuere demonstrare. Bea-
to igitur iob dominus dicit dominus: Si habes
brachium sicut deus, et si voce si-
mili tonas, ac miram dispensacione
pietatis eum dominus increpat ex-
altat, quia eum quem sua opera-
cione superat superiorem cunctis
demonstrat. Cum in hac proposicione
subiungit: Circumda tibi decorem
et in sublime erigere et esto gloriosus
et speciosus in diversis vestibus. Sub-
audis ut ego. Ipse enim sibi circum-
dat decorem, de quo scriptum est:
Dominus regnavit decorem induit.
Ipse apud nos in sublime erigitur,
cum intus mentibus nostris sua
impenetrabilis esse demonstrat. Ipse
vero gloriosus est, qui dum se-
ipso perfruitur, accidentis laudis in-
digens non est. Ipse speciosus in
diversis vestibus, quia sicut angelorum
choros quos condidit in usum

sui decoris assumpsit, et velut quan-
dam vestem gloriosam sibi etiam
exhibet non habentem rugam aut
maculam. Unde ei per prophetam dicitur:
Confessionem et decorem induisti
amictus lumine sicut vestimento. Hic
quippe confessionem induit, illic de-
corem, quia quos hic penitencia
confitentes fecit, illic fulgentes
per decorem iusticie ostendit. Luce quo-
que sicut vestimento amictus est, quia
sanctis omnibus quibus dictum est: Vos Mt 5
estis lux mundi, lumine et in illa
eterna gloria vestitur. Unde et per
ewangelistam dicitur: Quia transfiguratio in Mt 17
monte domino vestimenta eius can-
dida facta sunt sicut nix. In qua
transfiguracione quid aliud quam
resurrectionis ultime gloria nunciatur?
In monte enim vestimenta eius
sicut nix facta sunt, quia claritatis
eius culmine, sancti omnes luce iu-
sticie fulgentes ei adherebunt. Sed
quia speciosarum vestium nomine
iustos sibi quos adiungit ostendit,
sequitur: Disperge superbos in furore
tuo. Subaudis ut ego qui contra
eos et tranquillitatis tue unitos
contra me tolero, et districtus
quoque veniens, in meo eos furore
dispergo. Sed inter hec solerter in-
tuendum est, quod gravis perfidie
error admittitur, si fortasse quis
estimet, quod nulla divinitatis sua
furor et tranquillitas varietur. Crea-
tor namque omnium eo summe immortalis
est, quo creature more muta- Ja 1
bilis non est. Hinc de illo per Jaco-
bum dicitur: Apud quem non est trans-
mutacio nec vicissitudinis obum-
bracio. Hinc rursus scriptum est: Sap 12
Tu autem domine cum tranquillitate
iudicas. Hinc propheta ait: Deserta Je 25
facta est terra a facie ire columbe,
a facie furoris domini. Quod enim
iram columbe predixit, hoc furo-
rem domini subiunxit. Columba
namque valde simplex est animal,
et quia in deum nulla inequalitas
furoris serpit, furorem domini
iram columbe vocavit. Ut enim

divine districtionis vim imperturbabilem demonstret, et tamen dixit: Et humilia. Ac si aperte diceret: Districtum iudicium in contumaces exerit, qui permanens mansuetus punit. Vel certe quia extremo iudicio in semetipso incommutabilis manet, nulla vicissitudine a sua immutabilitate variatur. Sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie eadem incommutabilitatis ostenditur. Quia et tranquillus iustis, et iratus apparet iniustis. Testem enim conscientiam intra semetipsos deferunt, unde eorum mentes eius vim respiciunt, sed non equaliter modificantur. Quia et iustis eum benignum ostendit antecedens iusticia, et illis terribilem culpa.

explicit Quorum pavorem quibus etiam contingit miseris et intra se culpas cernere et ante se iustum iudicem videre, hoc nimirum cottidie in usu vite presentis agitur, ut de qualitate venturi iudicis morientium corda doceantur. Nam cum duo ad iudicium perguntur, alius innocentie sibi conscius, alius culpe, ante prolatam sententiam adhuc tacentem iudicem uterque conspicit, et tamen culpe debitor gravem contra se iram hoc ipsum iudicis silentium suspicatur. Quam iram sibi non denuntiat perturbatio iudicis, sed recordatio pravitatis. Quia etsi adhuc pena foris sua non clamat, intus iam conscientia accusat. At contra iustus animus decedentis vultum conspicit, sed intus de testimonio bone recordationis hylarescit, et quo apud se quod metuat non habet, omne quod erga semetipsum est blandum videt. Hoc itaque loco furor domini dicitur non perturbatio divine substantie, sed super peccatores male sibi conscios examinatio iuste vindicte. Quamvis enim illum tranquillum in iudicio videant, quia tamen feriendos se ab illo non dubitant, eum in suis motibus perturbatum putant. Sequitur: Et respiciens omnem arrogantem humilia. Ac si dicat ut ego apte

autem ad vindicte ordinem arrogantibus superborum culpa proponitur, quia nimirum non superbia de arrogantia, sed arrogantia generatur de superbia. Duobus autem modis peccator unusquisque a domino respicitur. Cum aut apertione convertitur, aut correptione punitur. De respectu enim conversionis dicitur: Quia respexit dominus Petrum, et recordatus Petrus flevit amare. De respectu etiam ultionis dicitur: Vultus autem domini super facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum. Utrisque autem modis in humilitate arrogantes sunt. Quia aut penitendo cognoscunt culpam, aut pereundo percipiunt penam. Sequitur: Respice cunctos superbos et confunde eos, et contere impios in loco suo. Subaudis ut ego. Superbi enim ex respectu domino confunduntur, aut hic de pietate domini cognoscentes et dampnantes crimina, aut illic supplicia de iusticia sencientes. Impiorum vero locus ipsa superbia est. Quia cum septimum sit initium omnis peccati superbia est. Unde oritur impietas, ibi continetur superbia. Quamvis nequaquam a superbia distat impietas. Valde enim superbire est impium de auctore sentire. Impius ergo de loco suo conteritur, quia ipsa superbia qua elevatur opprimitur. Cumque extendo se in cogitacionibus erigit, lumen sibi iusticie quod invenire debuisset abscondit. Sepe autem dum cor eorum falsa gloria extenus perficit, vera miseria intus in anescit. Unde propheta ait: Deiecisti eos dum allevarentur. Non enim dixit: Deiecisti eos postquam elevati sunt, sed dum allevarentur. Quia hoc ipsum fit superbis intus deici, quod eis contingit falsa gloria extenus gloriari. Ordinante enim divino iudicio non eis aliud culpa est atque aliud pena, sed sua illis in penam vertitur culpa, ut elatis fastu superbie hoc ipsum fit vere intus cadere quod foris ostenditur perstetisse.

Peccator respicitur duobus modis

B

Ecc. x

Sequitur. **Absconde eos in pulvere simul et facies eorum dimerge in foveam.** Subaudis ut ego. Superbos atque impios iusto iudicio dominus in pulvere abscondit quia eorum corda ipsis que despecto amore creatoris eligit terrenis desuper negotiis permittit. Unde et illorum intentam eciam in iudicio extremo distruit tamquam sibi absconditam non agnoscit dicens: Nescio vos qui estis. Vita pravorum sub pulvere absconditur quia abiectis et infimis desideriis gravatur. Quisquis adhuc ea que mundi sunt appetit quasi ante faciem veri luminis non apparet quia nimirum sub pulvere terrene cogitacionis latet. Hunc pro varum cogitacionum pulverem oppressa mens tolerat quem ventus nequissime temptacionis apportat. Hinc est enim quod de vana quaque anima terrenis desideriis agitata sub effraym specie per prophetam dicitur: Effectus est effraym subcinericius panis qui non reversatur. Ex natura quippe bene nobis condita est intencio que surgat ad deum. Sed ex conversacione nequiter assueta in est voluptas que prius amat seculum. Panis autem subcinericius ex ea parte est mundior qua in ferius occultatur, atque ex ea parte sordidior qua desuper cinerem portat. Quisquis ergo intencione qua deum debuisset querere neglegit quasi more panis subcinericii mundiore parte inferius premitur. Et enim curis seculi libenter tolerat quasi gestum cinerem superius portat. Reversaret autem subcinericius panis si desideriorum carnalium cinerem repelleret et bonam intencionem quam ipse dudum despiciendo oppresserat superius ostentaret. Sed reversari renuit cum mens carnalium curarum

amore pressa molem suppositi cineris abicere neglegit. Dumque assurgere intencione bona non appetit quasi mundiorem faciem subtus premit, aperte autem subiungit. **Et facies eorum dimerge in foveam.** Ac si dicat ut ego. Iusto namque iudicio superborum facies dominus in foveam mergit quia in tencione cordis corpus sese ultra homines erigentem inferius deicit. Yma enim respicit cuius facies foveam attendit. Et bene de superbis dicitur: Eorum facies in foveam dimergitur quia yma petunt dum superbiendo altiora appetunt. Et quo magis extollendo se erigunt eo magis ruendo inferius tendunt. Terrena quippe gloriam querunt et infima sunt que perpiciunt dum superbiendo alta petunt. Sed miro ac dispari modo res agitur ut humiles celum petant dum se inferius deiciunt, superbi infima appetunt dum despiciendo ceteros quasi in altioribus extollunt. Isti dum se despiciunt celestibus miscentur, illi dum se erigunt a superioribus dividuntur. Atque ut ita dixerim isti se elevantes deprimunt, isti se deprimentes levant. Et bene de superbientibus per psalmistam dicitur: Humiliat autem peccatores usque ad terram. Eterna ea que intra sunt ambientes dum extollendo se erigunt amisso celo quid aliud quam terram petunt. Quibus hoc ipsum iam nimis cecidisse est relictis superioribus yma quesisse. Recte ergo facies eorum in foveam dimergi perhibentur quia sequentes infima ad inferni barathrum descendunt. Iusto enim iudicio agitur ut quos hic voluntaria aversio excecavit illic ab intuitu veri luminis digna supplicii fovea abscondat. Igitur quia vir sanctus tanto divine potencie terrore discussus est ut ei diceret

Si habes brachium ut deus et si
voce simili tonas disperge superbos
in furore tuo et respiciens omnem
arrogantem humilia. Et cetera. Que
deus quidem facit homo vix
sufficit audire. Cuncta hec quia
deus in tencione finisset fine
debite conclusionis ondit dicens
Et ego confitebor quod salvare te pos-
sit dextera tua. Ac si apte dicat
v Si potes tribulia ista facere ipse quod
protulit tibi et non michi deputa
ta omnia bona que fecisti. Si
vero perimentes alios non potes
per te respiciendo liquet quod arcan-
tu nequicie tua virtute te non
vales liberare. Ecce divina vo
ce ad beatum iob dicitur quod sua dex
tera non salvetur et tamen non
multi hominum qui ab huius viri
viribus longe sunt despecto
dei adiutorio sua se fortitu
dine salvari confidunt. A quibus
quid aliud desperari debemus
nisi ut si iam dona bonorum operum
perceperint hoc quoque donum acci
piunt ut a quo hec acceperint
discant. Quia autem finissis verbis
dominus potentiam sue magnitudinis
intulit, mox in subsequentibus
nequiciam antiqui hostis ondit
ut bonus famulus et auditis
prius virtutibus domini sciret quantum
diligeret et cognita post calliditate
dyaboli disceret quantum timeret.
Unde bene per prophetam dicitur Leo ru
giet quis non timebit, dominus
deus locutus est quis non prophe
tabit. Postquam enim ei virtus
conditoris innotuit nequicias
illum vires adversarii latere de
buerunt, ut eo magis defen-
sori suo se humilius subderet quo
hostis sui nequicias subtilius
agnovisset, protectorem quoque suum tanto
ardencius quereret, quanto terribi
liorem hostem cognovisset quem
vitaret. Certum quippe est quia
minus diligit redemptorem

suum qui minus intelligit periculum
quod evasit et vile placitum depu
tat defensoris qui virtutem adversari
um debilem putat. Unde bene ereptionem
suam domino tribuens propheta dice
bat Diligam te domine virtus mea
apte videlicet dicens. Eo te magis
diligo quo infirmitatem propriam
sentiens virtutem meam te cognosco
Hinc rursum ait Magnifica misericordias
tuas qui salvos facis sperantes in te.
Quia tunc misericordiam domini
mire apud nosmetipsos qui eri
pimur sumus, cum per easdem misericordias
quam gravia sunt pericula que eva
simus agnoscimus. Et quia sermone
precedente dominus beato iob mira opera
sua omnium sequencium patefecit ut
his auditis disceret qualiter de
virtutum suarum culmine quam
humilia sentire debuisset. Nunc
ei cum quo hoste bellum gerat
ondit. Et vires fraudesque illius
subtilius indicat ut qui ad col
loquium auctoris sui perductus est
argumenta adversarii apte agno
scat. Verbis enim sequentibus fideli
famulo dominus cunctas callidi ho
stis machinaciones insinuat,
omne quod opprimendo rapit, omne
quod insidiando trucidat, omne
quod minando terret, omne quod
suadendo blanditur, omne quod desperando frangit
mittendo decipit. Cuncta enim — omne quod pro
tergiversationis illius certamina
ex ordine dicens. Ecce behemoth — xx x
quem feci tecum. Quem sub
behemoth nomine nisi antiquum
hostem insinuat, qui in interpretatione
ex hebrea [illegible] voce in latina
lingua animal sonat. Cuius interiorem
dum maliciam subdit, patenter per
sonam demonstrat. Sed cum de deo
scriptum sit, Qui fecit omnia — Eccli. 18
simul, Cur hoc animal cum
homine se fecisse indicat. Dum
cuncta quia simul fecit constat
Rursum querendum est, quomodo
deus omnia simul condidit
dum moyses sex dierum vicissitudine
varietate distincte creata describat

Deus omnia simul creavit

Quod tamen citius cognoscimus
si ipsius causas originis subtilius
indagamus. Rerum quippe sub-
stantia simul creata est, sed simul
in species formata non est, et quod
simul exstitit per substantiam ma-
terie, non simul apparuit per speciem
ge 1 forme. Cum enim simul factum
celum terraque describitur, simul spi-
ritualia atque corporalia, simul quic-
quid de celo oritur, quicquid de terra
producitur simul factum indicatur.
Sol quippe atque luna et sydera
quarto die in celo facta perhibentur.
Sed quod quarto die processit in specie,
primo die in substantia exstitit
per conditionem. Primo igitur die terra
creata dicitur et tertio arbusta con-
dita, et cuncta terre virentia de-
scribuntur. Sed hoc quod die tertio in
specie protulit se, minimo primordio
ipsa [illegible] de qua ortum est terre
substantia condita sunt. Hinc
est quod moyses et distincte per sin-
gulos dies condita omnia retu-
lit, et tamen omnia creata simul
subiunxit dicens: Iste sunt genera-
tiones celi et terre in die qua create
sunt. In die quoque dominus fecit ce-
lum et terram, et omne virgultum
agri antequam oriretur in terra omne-
que herbam regionis. Qui enim
diversis diebus creatum celum et
terram, virgultum herbamque narrabat,
nunc uno die facta manifestat,
ut liquido ostenderet quod omnis
creatura simul per substantiam
exstitit, quamvis non simul per
speciem processit. Hinc illic quoque
scriptum est: Creavit deus hominem
ge 2 ad ymaginem suam, ad ymagi-
nem dei creavit illum. masculum
et feminam fecit eos. Nec dum
enim eva facta describitur, et iam
homo masculus et femina perhibetur.
Sed quia ex adam latere erat per sub-
stantiam processura, procul dubio
femina erat in illo iam computa-
batur per substantiam, a quo erat
producenda per formam. Conside-
rare tamen hoc etiam minimis

possimus, ut ex minimis maiora pe-
semus. herba namque cum creatur
nec dum in illa fructus sui seme
ondit. Inest vero ei etiam cum
non apparet fructus et semen, quia
minirum sunt simul in radicis
substantia, que non simul prodeunt
per temporis incrementa. Sed quia
hec simul creata per substantiam
dicimus, que prodire alia ex aliis
invenimus, quo pacto cum beato
Job behemoth creatus asseritur,
cum neque una substantia sit an-
geli et hominis, neque homo ex an-
gelo neque angelus ex homine proferatur.
Si vero propter hoc sicut behemoth
cum beato Job dicitur, quia creatura
omnis ab auctore qui in actione
sua neminem temporis prelatione de-
scendit sit condita, non dubitatur.
Cur de behemoth specialiter dicitur
quod commune cum creaturis omnibus
generaliter habetur. Sed si rerum causas
subtili discussione pensamus, simul
factum angelum hominemque cogno-
scimus, simul videlicet non unitate
temporis, sed cognitione rationis. Simul
per acceptam ymaginem substantie
et non simul per commercium substan- I
tie forme. Scriptum namque de homine
est: Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. Et per Ezechie- 28
lem de sathan dicitur: Tu signaculum
similitudinis plenus sapientia et perfectus
in decore in deliciis paradisi dei
fuisti. In cuncta igitur creatura homo
et angelus simul conditus exsti-
tit, qui ab omni creatura irra-
tionabili distinctus processit. Quia
ergo in cuncta conditione rerum
nullum rationale animal nisi angelus
et homo est, quod quod ratione uti
non potest, cum homine factum non esse
dicitur itaque homini dicitur de angelo
qui et si potentiam sublimitatis
perdidit, subtilitatem tamen rationalis
non amisit. Ecce behemoth quem
feci tecum. Ut dum homo qui in xl
ratione secum factus est prius se consi-
derat vitium sibi casum superbie

ex ipsa primordii sui perditione perti
mescat. Illud autem nobis solerter
intuendum est, quod apte voce domi
nica nepharium manichei dogma
reprehenditur, qui dum duo prin
cipia loquitur tenebrarum gentem non
factam asserere conatur. Quomodo
ante non facta gens nequissima
dicitur, cum behemoth istum videlicet
auctorem nequicie pro natura
bene conditam se dominus fecisse
testatur. Sed quia behemoth cum
quo sit factus audivimus, pro
ditus quid agat audiamus.
Sequitur: Fenum sicut bos come
det. Si prophetarum verba sollicite
discutimus, hec et illa uno spiritu
prolata reperimus. Ysaias namque
cum cerneret vitam peccantium
Isa. 11 ab antiquo et insaciabili hoste
devorari, ait: Leo sicut bos co
medet paleas. Quid autem feni
palearumque nomine nisi carna
lium vita signatur. De qua per pro
phetam dicitur: Omnis caro fenum.
Isa. 40 Cum ergo hic behemoth, illic
leo; cum hic fenum, illic palee no
minantur, sed perscrutari mens
nititur cur iste vel apud ysaiam
leo, vel hic dicta voce behe
moth in comestione feni vel
palee utroque loco non equo
sed bovi compararetur. Quod ci
cius agnoscimus si in utrisque
animalibus que sit incremen
torum distancia perpendamus. Equi
namque fenum quamvis sordidum
comedunt, aquam vero non nisi
mundam bibunt. Boves autem
aquam qualibet sordidam bi
bunt, sed feno non nisi mundo
vescuntur. Quid est ergo quod bovi
qui mundo pabulo pascitur, be
hemoth iste comparatur, nisi hoc quod
de isto antiquo hoste per prophetam
dicitur alium: Esca eius electa.
1. Neque enim eos se gaudet rapere
quos prius ac sordidis actibus
implicatos in pravis conspicit volun
tatis sue iacere. Fenum ergo sicut

bos comedere appetit, quia sug
gestionis sue dente conterere munda
spiritualium vitam querit. Sed que
rendum video quomodo behemoth
iste sicut bos fenum comedens vi
tam spiritualium consumere dicatur,
cum sicut supra dictum est
feni nomine carnalium vita de
signatur. Esca quoque eius electa
iam non erit, si fenum comedens
carnales rapit. Sed ad hec citius
occurrit, quia nonnulli homines et
apud deum fenum sunt, et apud
homines spiritualis nomine censen
tur; et ante humanos oculos
aliud ostendit vita, et ante divina
iudicia aliud intendit conscientia.
Hii itaque apud humana iudicia
electi sunt, sed apud subtile ex
amen dei fenum. Nam ante divinos
oculos fenum saul non erat, de
quo samuel populo dicebat:
Certe videtis quem elegit dominus. 1. Reg. 10
De quo paulo superius dicitur: Electus
et bonus. Quem enim peccatis
pluribus meruit, et apud deum
reprobus exstitit, et tamen circa
suum ordinem electus et bonus
fuit. Quia multi fenum sunt et
electos se ex humana estimatione
suspicantur. Bene per salomonem dicitur: Eccl. 8
Vidi impios sepultos, qui eciam
dum adhuc viverent in loco sancto
erant et laudabantur in civitate
quasi iustorum operum. Quia multi
fenum sunt, sed tamen sanctitatis fa
vore falluntur. Bene quidam sapi
ens in dicat dicens: Transi hos Eccli. 29
pes et orna mensam. Transeundo
namque hospes mensam ornare dicitur.
Quia si ad altare positus quis
dei per bona opera gloriam propriam querit
et de ostentatione sanctitatis eius laus
altaris extenditur, et ipse tamen
apud deum in numero civium non
habetur, aliis eius opinio proficit,
et tamen adeo extraneus ipse per
mansit. Mensam itaque transeundo
decoravit, quia stare ad eternam
noluit, qui pompe quod agere



Multi apparent
electi qui tamen
sunt reprobi

studuit ad humanas laudes mente
decurrit. Quia ergo non nulli
mundam quippe vitam p(ro)secutum
ducunt, sed excelsa in tuis placere
non appetunt, recte terra eius
electa dicit(ur) et tamen fenum sicut
bos behemoth iste edere p(ro)hibetur.
Quasi enim ante os behemoth is-
tius munditer fenum in terra atque in
sumis iacet, cum et vita quasi in
nocens p(er) mandatorum custodiam
agitur et tamen in tua actione
que bona ostendit(ur) cor ad appe-
tenda sublimia non levat(ur). Quo-
rumque utilitatis agit qui ipse
munditiam vite custodit sed
per intentionem in sima more be-
hemoth huius in premendum se
intra delinquit. Quia ergo omnip(otens)
deus quid hostis iste agit in-
sinuat, ut calliditatis eius ne-
quitia quo aptius cognoscit(ur) vide quid prevaleat innotescat
facilius superet(ur). Sequitur Fortitu- N
do eius in lumbis eius et virtus
illius in umbilico ventris eius.
Semina(rium) coitus viris in lumbis
feminis autem in umbilico inesse
p(ro)hibe(tur). Hinc est enim quod veritas
discipulis dicit Sint lumbi vestri Lu. 12
precincti. Hinc petrus cum luxu-
riam a corde restringeret admo-
nuit dicens Succincti lumbos 1 pet. 1
mentis vestre. Hinc paulus cum
per abrahe sacrificium melchisedech hebr. 7
tempore levi sacerdotum diceret de-
cimatum, ubi tunc in abrahe
corpore levi latet ostendens ait
Adhuc enim in lumbis patris sui erat.
Quia vero seminarium luxurie
femine in umbilico continetur
propheta testatur qui sub femine
specie p(ro)stitute iudee petulantiam Eze. 16
increpans ait In die ortus tui
non est p(re)cisus umbilicus tuus.
In die quippe ortus umbilicum est
p(re)cidere, conversionis tempore carnis
luxuriam resecare. Quia enim
difficile est male inchoata cor-
rigere et semel formata deformi-
ter in melius reformare, sortu(m)
suo iudeam reprehendit que dum
in deo nata est ipsum umbilicum
retinuit

Quia fluxa luxurie non abscidit.
Quia igitur potestate dyaboli utriusque
generis sexus valde ex luxurie infir-
mitate substant(ur), et fortitudo eius
in lumbis contra masculos et virtus
illius contra feminas in umbilico
p(ro)hibet(ur). Sed cur cum behemoth
istum fenum comedere intulit, pro
deceptionis eius argumenta luxu-
rie dampna subiunxit, nisi quod
liquido omnibus patet, quia post-
quam semel hominis pectus superbia
cepit, mox se ad corruptionis carnis
extendit. Quod in primis quoque parentibus
hominibus agnoscimus, qui dum
post perpetratam superbiam pudenda
membra contegunt patent(er) indi-
caverunt quia postquam appetunt semet-
ipsos intus arripe alta conati
sunt, mox in carne foris erubes-
cenda pertulerunt. Behemoth namque
iste insatiabilit(er) semens et devora-
re totum simul hominem querens
modo in superbiam mentem erigit,
modo carnem luxurie voluptate
corrumpit. Bene autem nequaquam
fortitudo eius in lumbis vel
in umbilico eorum dicit(ur) qui
p(er)sistunt. Sed fortitudo eius in
lumbis eius et virtus illius in
umbilico ventris illius. Ac si apte
dicer(et)ur Fortitudo eius in lumbis
suis et virtus illius in umbilico
ventris sui. Quia membra eius
corpus proprie fiunt qui sug-
gestionum turpium blandimentis
decepti ei per luxurie fluxa suc-
cumbunt. Sequitur Stringit
caudam suam quasi cedrum. 7.
Multa in his superius que in
sumendis moribus p(ro)ferimus. Sed
prius behemoth istius violenta
distinximus, ut post subtilius
astuta detegamus. In scriptura
sacra cedri nomine aliquando alta
excellentia glorie celestis expri-
mit(ur), aliquando autem procerum rigi-
da elatio designat(ur). Cedri nomine
celestis glorie celsitudo exprimit(ur).

Ledrus

Sicut psalmista testatur: Iustus ut palma florebit, ut cedrus Libani multiplicabitur. Rursus cedri nomine superba primorum potentia designatur, sicut per eundem dicitur: Vox domini confringentis cedros. Quid autem cauda behemoth istius, nisi illa antiqui hostis extremitas dicitur? Cum videlicet vas proprium illud perditum hominem ingreditur, qui specialiter Antichristus vocatur, qui in gloria modo honoribus secularibus, modo signis et prodigiis ficte sanctitatis in timore potentie elevari permittitur. Recte voce dominica cauda illius cedro comparatur. Sicut enim cedrus arbusta alia in altum crescendo deserit, ita tunc Antichristus gloriam mundi temporaliter obtinens mensuras hominum et honoris culmine et signorum prioritate transcendit.

Apoc.

Eius quippe in illo est, qui in sublimibus conditus potentiam sue nature non perdidit, vel deiectus tunc minus interim virtus in toto minime ostenditur, quia dispensatione divine fortitudinis ligatur. Unde per Iohannem dicitur: Vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam magnam in manu sua, et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est dyabolus et sathanas, et ligavit eum per annos mille, et misit eum in abyssum et clausit, et signavit super eum. Ligatus quippe in abyssum missus perhibetur, quia retrusus in pravorum cordibus potentia divine dispensationis astringitur, ne in quantum vult noceat effrenatus, ut quamvis per eos occulte seviat, ad violentas tamen rapinas superbe non erumpat. Sed illud quoque quomodo in mundi fine sit solvendus intimatur, cum dicitur: Et postquam consummati fuerint mille anni, solvetur sathanas de carcere suo et exibit, et seducet gentes. Millenario namque numero universitatem perfectione sua hoc quantumlibet sit ecclesie temporis exprimitur. Quo pacto antiquus hostis suis viribus traditus, pauco quidem in tempore, sed in multa contra nos virtute laxatur. Quem quamvis sevitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen gratia dierum brevitate coangustat. Hinc enim per semetipsam veritas ipsa dicit: Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio usque nunc neque fiet amplius. Hinc rursum ait: Nisi abreviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro. Quia enim et superbos nos et infirmos dominus conspicit, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breviatos dicit, profecto ut superbiam terreat de adversitate temporis, et infirmitatem reforment de brevitate. Sed considerandum valde est, cum behemoth iste caudam suam sicut cedrum elevat, in quo tunc atrocius, qui nunc se exerit, surgat. Que enim penarum genera novimus, que non iam vires martirum expertas gaudemus. Alios namque in premisso ictu immersus iugulo gladius stravit, alios crucis patibulum suffixit, in quo et more progenitorum repellitur et impulsa provocatur. Alios hyrsutie serra dentibus contrivit, alios armato ferro in sultatis ungula sparsit, alios beluina rabies morsibus dentium cavando comminuit, alios abruptis visceribus pariter pressa vis verberum rupit. Alios effossa terra viventes operuit, alios in altum divexo in mortem precipitium fregit. Alios in se proiectos aqua replendo absorbuit. Alios edax flamma usque ad cineres depasta consumpsit. Cum igitur behemoth iste caudam in fine mundi nequius dilatat, quid est quod in suis tormentis

Mt. 24

xii

tunc atrocius crescat. Nisi hoc(?)
in ewangelio veritas dicat. Surget
pseudo xpi et pseudo prophete
et dabunt signa magna et pro-
digia, ita ut in errore inducant
etiam si fieri potest electi. Nunc
enim fideles nostri mira faciunt
cum perversa patiuntur. Tunc autem
Behemoth huius satellites etiam
cum perversa inferunt mira
facturi sunt. Pensemus ergo
que erit humane menti illa
temptatio. quando pius martir et
corpus tormentis subicit, et
tamen ante eius oculos mi-
racula tortor facit. Cuius tunc
virtus non ab ipso cogitationum
fundo quatiatur quando is qui
flagris cruciat signis choruscat.
Dicatur ergo recte. Stringit caudam
suam quasi cedrum. Quia in-
mitis et altus tunc erit vene-
ratione prodigii, et durus cru-
delitate tormenti. Non enim
sola tunc potestate erigitur
sed etiam signorum ostensione fulcitur.
Unde et per david dicitur. Insidiatur
in occulto quasi leo in spelunca
sua. Ad aperta nimirum po-
tentiam sufficeret ut leo esset
etiam si in sidians non fuisset.
Rursumque ad occultas insidias
sufficeret, si in sidians surripe-
ret etiam leo si non esset. Sed
quia hic antiquus hostis tunc
suis viribus effrenatur, saevire
per utraque permittitur. Ut contra
electos in certamine et fraude
et virtute laxetur. Virtute per
potentiam, fraude per signa. Hic
ergo et leo. et in sidians dicitur.
Insidians per miraculorum speciem,
leo per fortitudinem secularem.
Ut enim eos qui apte signi-
sunt secularem potentiam ostentat.
Ut vero istos fallat signis
sanctitatem simulat, illis suadet
elationem magnitudinis. istos de-
cipit ostensione sanctitatis. Dehac

cauda Behemoth istius sub dra-
conis specie per johannem dicitur.
Et cauda eius trahebat terciam partem
stellarum celi, et misit eas in terram.
Celum namque est ecclesia que in hac
nocte vite presentis dum in se in-
numeras sanctorum virtutes con-
tinet, quasi radiantibus desuper
syderibus fulget. Sed draconis
cauda in terram stellas deicit.
Quia illa sathane extremitas
per audaciam assumpti hominis
erecta, quosdam velut electos
in ecclesia dei invenit obtinendo
reprobos ostendit. Stellas itaque
de celo trahere est in terram, relicta
non nullos spe celestium illo du-
ce ad ambitum glorie secularis
inflammare. Hinc daniel sub anti-
xpi specie contra hac draconis
caudam loquitur dicens. Deiecit
de fortitudine et de stellis et con-
culcavit eas, et usque ad principem
fortitudinis magnificatus est.
et ab eo abstulit iuge sacrificium
et deiecit locum sanctificationis eius.
robur autem ei datum est contra
iuge sacrificium propter peccata et
prosternetur veritas in terram et faciet
et prosperabitur. De fortitudine quippe
et de stellis deicit cum non nul-
los et iusticie luce resplendentes
et virtute operis robustos frangit.
Qui usque ad principem fortitudinis
magnificatur quia contra ipsum
auctorem virtutis extollitur. Iuge
ergo sacrificium tollit, quia studium
conversationis ecclesie in eos quos capit
interrumpit. Robur vero ei propter
peccata contra iuge sacrificium
datur, quia nisi peccatum merita
exigerent, eos qui sancti credebantur
obtinere adversarius nequaquam posset.
Veritas in terram prosternitur, quia fides
tunc rerum celestium. ad deside-
rium vite temporalis inclinatur. Et
faciet et prosperabitur. Quia tunc
non solum in reproborum mentibus
sed etiam in electorum corporibus cru-

Mt 24 · Apo 12 · 3. · quos · Dan 8 · prthat · ceca

delicate inestimabili sine qualibet
abiectione cessatur. Hinc rursum per
Dan 8 Danielem dicitur: Consurget rex in-
pudens facie et intelligens propo-
siciones, et roborabitur fortitudo eius
non in viribus suis. Roborabitur
quia sathane virtute in gloriam
potencie attollitur. Hinc rursum
ait: Interficiet robustos et popu-
lum sanctorum secundum voluntatem suam
et diriget dolus in manu eius.
Robustos quoque interficiet, cum eos
qui mente invicti sunt corporaliter
vincit. Vel certe robustos et populum
sanctorum secundum voluntatem suam
interficiet, cum eos qui sancti ac
robusti esse credebantur ad nutum
sue voluntatis trahit. In cuius
manu dolus diriget, quia illo
falsus per opus adiungitur. Quod
enim fallendo dicit, hoc iniquita-
te faciendo asserit. Nam quidquid
mendax lingua simulat, hoc fi-
eri verum esse manus in opere ostendit.
Hinc rursum dicit contra princi-
Dan 8 pem principum consurget et sine
manu conteretur. Hinc Paulus ait:
2 Thess 2 Ita ut in templo dei sedeat, os-
tendens se tamquam sit deus. Hinc
rursum dicit: Quem dominus Ihesus
interficiet spiritu oris sui, et destruet
illustratione adventus sui. Quod
enim per Danielem dictum est: Con-
tra principem principum consurget,
hoc Paulum dicit: Ita ut templo
dei sedeat ostendens se tamquam
sit deus. Et quod per Danielem sub-
iungitur: Sine manu conteretur, hoc
Paulus exprimit: Quem dominus
Ihesus interficiet spiritu oris sui, et
destruet illustracione adventus
sui. Sine manu quippe conteritur,
quia non angelorum bello, non sanctorum
certamine, sed per adventum iudicis
solo oris spiritu eterna morte ferietur.
Dehinc Behemoth elacione Pau-
lus dicit: Qui adversatur et extol-
2 Thess 2 litur supra omne quod dicitur deus
aut quod colitur. Dehinc Daniel cum
quartam bestiam diceret decem cor-
nibus fultam, protinus adiunxit:
Dan 7

Considerabam cornua et ecce cornu
aliud parvulum ortum est de
medio eorum, et tria de cornibus
primis evulsa sunt a facie eius, et ecce
oculi quasi oculi hominis in cornu
isto, et os loquens ingentia. Un-
decimum quippe huius bestie cornu
esse describitur, quia regni eius
potencia in iniquitate roboratur.
Omne enim peccatum undenarium
est, quia dum quis perversa agit,
precepta decalogi transit. Et quia
in cilicio peccatum plangitur, hinc est
quod in thabernaculo vela ciliciana
undecim fiunt. Hinc etiam per
undecimum psalmum dicitur: Salvum
me fac domine quoniam defecit sanctus.
Hinc ab undenario numero remanen-
tes apostolos Petrus metuens, Mathiam Act 1
duodecimum missa sorte requisivit.
Nisi enim significari culpam per undena-
rium cerneret, implere apostolorum numerum
tam festine duodenario non cura-
ret. Quia ergo per undenarium trans-
gressio exprimitur, huius bestie cor-
nu undecimo ipse auctor transgres-
sionis indicatur. Quod videlicet
parvulum oritur, quia pravus homo
generatur. Sed in malicia crescit quo-
usque ad coniunctam sibi vim an-
gelice fortitudinis proficiat. Quod
tria cornua que ei ante faciem
sunt evellit, quia dicioni sue
totidem que sibi vicina sunt
regna subiciat. Cuius oculi sunt
ut oculi hominis, sed os ingentia
loquitur, quia in illo humana quidem
forma cernitur, sed verbis super ultra
homines elevatur. Quod ergo per
Paulum dicitur: Extollens se super 2 Thess 2
id omne quod dicitur aut colitur
deus, hoc Daniel propheta testatur
dicens: Os loquens ingencia. Quem
vero illum vel Daniel loqui in-
gencia vel Paulus perhibet super
cultum divinitatis extolli, hoc esse
aperit beatum Job in divino eloquio
cedro comparatur. More enim cedri
quasi ad alta mittitur dum in omni

fallacie et uirtutis robore et culminis
elatione prosperatur. Bene autem
caudam stringere dicitur, quia tota
eius uirtus in uno illo dampnato
homine congesta densatur. ut tanto
pessimum fortia ac mira faciat, quan-
to illum collectis uiribus sibi in
stigat. Sed quia quale sit caput
iniquorum audiuimus. nunc que
membra adhereant huic capiti au-
xiii q diamus. Sequitur. Nerui testiculorum
eius perplexi sunt. Tot iste Behe-
moth testes habet, quot iniquitatis
sue predicatores possidet. An eius
testes non sunt qui prauis persua-
sionibus corda hominum uirulenta
erroris semina fundendo corrum-
punt. Apte autem dicitur quod testi-
culorum eius nerui perplexi sunt.
Quia uidelicet predicatorum illius
argumenta dolosis assertionibus
innodantur. ut recta esse simulent
que peruersa suadent. Ut alliga-
tionum implicatio, quasi neruorum
perplexitas et si uideri possit sol-
ui non possit. Neruos eius testi-
culi perplexos habent, quia semina
v̄ sub predicatorum eius argumentis du-
plicibus latent. Plerumque autem
cum illis corda inficiunt, torpore
innocentiam ostendunt. Neque
enim bonos persuasione sua ad
se traherent si se in actionibus per-
uersos exhiberent. Sed quia testes
sunt huius belue. et perplexis
neruis illigantur, et reos se os-
tendunt ut lateant et peruersa
predicant ut corrumpant. Ipsum
nimirum suum caput imitantes,
quia sicut leo in insidiis et sicut
potentiam terrenam culminis, et bla-
ditur per speciem sanctitatis. Sed hec
belua uiuum nunc solum ista
agere et non ad corrumpenda quam
fidelium uiscera hos luxurie
testiculos non habet. Neque enim
malum sola locutione oris in-
fundit, sed prauis et pluribus o-
peris exemplo premitur. Quanuis
multi enim antixpm non uiderint

sed tamen testiculi eius sunt quia
corda innocentium actionis sue ex-
emplo corrumpunt. Quisquis namque
in superbia extollitur, quisquis auaricie
desideriis cruciatur, quisquis luxurie
uoluptatibus soluitur, quisquis iniuste
uel immoderate ire flagris igni-
tur, quid aliud quam antixpi testis
est. Qui dum se libenter eius ui-
ribus implicat, exemplo suo aliis
fetus erroris ministrat. Iste praua
agit, ille praua agentibus adheret,
et non solum non obuiat, sed etiam
fauet. Quid ergo aliud quam anti-
xpi testis est, qui perdita ante per-
missa deo fidei testimonium prestat
erroris. Quos tamen si quis
redarguit, mox se sub quodam
uelamine defensionis occultant,
quia uidelicet eorum nerui perple-
xi sunt, et male implicati cor-
reptione solui non possunt. Sequitur.
Ossa eius uelut fistule eris. In A
corpore ossa sunt que continent
membra. Habet ergo carnes hec
belua, habet et ossa. Quia et sunt
iniqui sunt, aliqui tamen ab aliis
in errore retinentur. et neqmores
sunt illi qui in errore alios reti-
nent. Quid itaque sunt ossa anti-
xpi, nisi quilibet in eius corpore uale-
tiores in quorum corde est iniquitas
dum uehementer in duritiam per eos
tota corporis eius compago subsis-
tit. Multi namque in hoc mundo diui-
tes uidentur, qui dum rebus opibusque
subnixi sunt. quasi ex fortitudine
solidantur. Sed largiendo hec ipsa
quibus fulti sunt. ad suum errore
alios trahunt. Modo enim non
nullos ut praui fiant donis
alliciunt, modo non nullos ut peruersi
permaneant donis astringunt. Sed
itaque hii misi antixpi ossa sunt
qui dum malos continendo mul-
tiplicant in eius corpore carnes portant.
Hii non iniqua decipiendis audi-
toribus exhibent lingue dulce-
dinem. Quia et spine proferunt
flores. et apparet quidem in eis

quod oleat, sed latet quod pungat
amaris dulcia, noxiis blanda per-
miscent, et pietate quidem admirari
videri appetunt, sed fallendi arte
premissa colloquio quasi humiliter
subsistunt, quia sermonem desem-
simulant, quod operis exhibitionem
negant. Unde et recte ossa be-
hemoth istius eris fistule comparantur
quia nimirum more metalli in-
sensibiliter sonum bene loquendi habent,
sed sensum bene vivendi non habent.
Hoc namque quasi humiliter loquendo
asserunt, quod elate vivendo contemp-
nunt. Unde bene Paulum loquitur
Cor. 13 dicit: Si linguis loquar hominum et
angelorum, caritatem autem non habeam
factus sum velut es sonans aut
cymbalum tinniens. Bona quippe
loquens per amorem eadem bona
non sequens, velut es aut cymba-
lum sonum reddit, quia ipse non
sentit verba que ipse facit. Sunt
vero non nulli in huius belue cor-
pore. non honoribus clari non
divitiis fulti, non virtutum specie
decorati. non sciencia calliditatis
periti, sed tamen videri quales
non sunt ambiunt, et ideo ceteris
bonorum vitam nequiores fiunt
Cartilago illius quasi lamine ferree b denique et sequitur Cartilago vero
sed ossis speciem habet, sed ossis for-
titudinem non habet. Quid est
ergo cartilago eius lamine ferree
comparatur, nisi quod hii qui in illo de-
biliores sunt ad perpetranda mala
nequiores existunt. Fero quippe
cetera metalla conciduntur et car-
tilago eius fero similis dicitur. Quia
hii qui teneri corpore ad ostensio-
nem virtutum non sufficiunt contra vere
fidelium acrius accedunt. Quia
enim tanto se facere signa et prodigia
non posse considerant, fideles se
illi per crudelitatem probant, et eo
quod innocentum corda corrumpere
persuadendo non possunt multi
plerumque ceteris bonorum corpora se ex-
tinguere gloriantur. Bene ergo dicitur

Cartilago eius ut lamine ferree
Quia in eius corpore quo infirmi-
or quisque credidit eo nequius incidit
Quia vere fero non tantum modo sed
lamine ferreis comparantur, quia dum
se cumque in credulitate dilatare
ambiunt, quasi in ferro se laminas
extendunt. Libet auctoris incompreh-
ensibilis manum, hec eadem verba con-
ditoris que iam videntur distincta
distinguere atque uberiores intelli-
gencie fructus in struendis mori-
bus apportare. Nam quia antiquus
hostis quid per assumptum hominem
contra homines agat audivimus
super est ut nunc quid in hominibus
etiam per semetipsum sine homine
moliatur exploremus. Ecce enim
dicit: Stringit caudam suam quasi
cedrum. Prima quippe serpentis
suggestio est mollis ac tenera est
+ de facili pede virtutis conterenda.
Sed si hec negligenter invalescere permittitur
eique ad cor aditus licenter
prebetur tanta se virtute exaggerat
ut captam mentem deprimens
usque ad intollerabile robur convales-
cat. Caudam itaque quasi cedrum
stringere dicitur, quia semel eius re-
cepta in corde temptacio in cunctis
que subsequuntur intulerit, velut ex
iure dominatur. Huius ergo behemoth
caput herba est, cauda cedrus,
Quia ex prima suggestione blandiens
sternit, sed per usum vehementer invales-
cens succrescente temptacionis
fine roborat. Capabile namque est
omne quod initio suggerit, sed inde
sequitur quod vinci vix possit. Prius enim
quasi consulens blanda ad animum
loquitur, sed cum semel dentem de-
lectacionis infixerit violenta post
consuetudine pene insolubiliter in-
nodat. Unde et bene stringere caudam
dicitur. Dente enim vulnerat, cauda
ligat. Quia prima suggestione per-
imit sed persuasam mentem ne eva-
dere valeat invalescente fine pertur-
bacionis astringit, quia enim primum c

3b, de peccato quattuor
Suggestio
Delectatio
Consensus

tribus modis admittitur. Cum vide
licet serpentis suggestione carnis
delectatione spiritus consensione perpe
tratur. Behemoth iste prius illicita
suggerens linguam erexit, post ad de
lectationem pertrahens dentem fixit
Ad extremum vero per consensum pos
sidens caudam stringit. Hinc est enim
quod non nulli peccata longo usu per
petrata in semetipsis ipsi reprehen
dunt, atque hec ex iudicio fugiunt
sed vitare opere nec detenti prevalent
Quia dum behemoth istius caudam
non conterunt, plerumque eos cauda
etiam nolentes ligat. Que con
tra eos cedri more indurescit
quia blanda voluptate exordium
usque ad violentiam retentionis
excrevit. Dicitur ergo Stringit
caudam suam quasi cedrum, ut
tanto quisque debeat initia temp
tationis fugere quanto finem eius
intelligit citius solvi non posse
Sciendum quoque est quod plerumque
eis quos cepit tunc graviores
culpas ingerit, cum per eis vite
termino appropinquare illos cognoscit
Et quo se consummaturum temptationes
considerat, eo eis iniquitatum pon
dera graviora coacervat. Behemoth
ergo caudam suam quasi cedrum
stringit, quia quos per initia in
iquitatis cepit, ad finem deteriores
reddit, ut temptamenta eius
quo citius cessatura sunt vale
tius compleantur. Quia enim sue
penis eorum sufficere estimat supplicium
in eis ardentius ante mortem ni
titur omne exaggerare peccatum
Plerumque vero behemoth iste iam
cor male subditum possidet, sed
tamen illum divina gratia re
pellit et manus sue eruit, que
ad se captiva voluntas transduxit
Cumque de corde expellitur, acrio
res infigere iniquitatum stimulos
conatur, ut eos temptationum fluctus
mens ab illo impugnata senciat
quos etiam possessa nesciebat. Quod
bene in evangelio exprimitur cum exire

ab homine immundus spiritus domino
iubente narratur. Nam cum demo
niacus prius fuisset oblatus scriptum
est: Comminatus est Ihesus spiritui
immundo dicens Surde et mute
spiritus ego tibi precipio exi ab eo et iam
plus ne introeas in eum. Et ex
clamans et multum discerpens eum
exiit ab eo. Ecce non eum discerpserat
cum eum tenebat, exiens discerpsit
quia nimirum tunc peius cogitatio
nes mentis dilaniat, cum iam egressui
divina virtute compulsus appropinquat
et quem mutus possederat cum cla
moribus deserebat. Quia plerumque
cum possidet minora temptamenta
irrogat, cum vero de corde expel
litur acriori infestatione perturbat.
Bene itaque dicitur Stringit caudam
suam quasi cedrum. Quia cor pos
sidens semper in malicia expositioni
bus crescit, et cor deserens vehemen
tioribus stimulis percutit. Sed adhuc hunc
Behemoth istius mira pietate con
ditoris astutiorum argumenta pan
dunt cum subditur. Nervi testi
culorum eius perplexi sunt. Nervi
testiculorum eius sunt pestifera ar
gumenta machinationum, per ipsa quip
pe calliditatis sue vires erigit et
per ipsa mortalium corda corrumpit
Testiculi eius suggestiones sunt
prave, quibus in mentis corrup
tione fervescit ac in constupratam
animam iniquorum operum prolem gignit
Sed horum testiculorum nervi perple
xi sunt, quia suggestionum illius ar
gumenta implicatis inventionibus
alligantur. Ut plerosque ita peccare
faciant, quatenus si peccatum fugere appetant,
hoc sine alio peccati laqueo non evadant
et culpam faciant dum vitant,
ac nequaquam se valeant ab una sol
vere, nisi in alia consenciant ligari
Quod melius ostendimus si qua
ex conversatione hominum illatoris huius
exempla proferamus. Quia vero
in tribus ordinibus sancta ecclesia
constat, coniugatorum videlicet con
tinentium atque rectorum. Unde per ezechi
elem dicitur Et ezechiel tres viros

Luc. ii
13 di
Nervi
Eze. 14

liberatos vidit, Noe scilicet, Danyel et Job. Et in euangelio Dominus duos alios in agro, alios in lecto, atque alios in molendino perhibet. Tres procul dubio in ecclesia ordines ostendit, liquido satisfecimus si singula ex singulis exquirimus. Ecce enim quidam dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti quod secreta illius omnino silentio contegat se iure iurando constrinxit. Sed is cui iuratum est adulterium perpetrasse cognoscitur, ita ut etiam maritum adultere occidere conetur. Is autem qui iusiurandum prebuerat ad mentem reuertitur et diuisis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silendo adulterii simul et homicidii particeps fiat, et prodere trepidat ne reatu periurii se obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est qui in qualibet partem declinans metuit ne a transgressionis contagione liber non sit. Alius cuncta que mundi sunt deserens, atque per omnia proprias voluntates frangere querens, alieno se regimini subdere appetit. Sed eum qui sibi apud deum preesse debeat minus cauta inquisitione distinxit. Cui fortasse is qui sine iudicio eligitur cum preesse iam ceperit, agi que dei sunt prohibet, que mundi sunt iubet. Pensans itaque subditus vel quid sit inobedientie, vel quod contagium secularis vite, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens deum in suis preceptis deserat, aut rursum non obediens deum in electo prelato contempnat. Et aut illicitis obtemperans hoc quod pro deo appetiit contra deum exerceat, aut rursus non obtemperans, cum quem sibi iudicem quesierat suo iudicio subponat. Apte ergo iste per districtionis viam perplexis testiculorum neruis astringitur. Quia aut obtemperans in culpa transgressionis ligatur, aut

certe non obtemperans in culpa transgressionis ligatur. Studebat enim proprias voluntates frangere et non cunctas eas contempto priore solidare. (*margin:* ccad) Decreuit enim mundum funditus relinquere, et ad curas mundi vel ex aliena voluntate cogitur redire. Perplexi namque nerui sunt, cum sic argumenta hostis nos illigant, ut culparum nodi quo conuertuntur positum durius astringant. Alius pensare pondus ecclesiastici honoris negligens ad locum regiminis premiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet plus meroribus afficitur quam honoribus gaudet, dum contribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur. Doletque se ad laborem cum culpa peruenisse, et quam sit iniquum quod admiserit ex ipsa difficultate fructus agnoscit.



Se igitur reum in impensis premiis agnoscens vult adepte sublimitatis locum deserere, sed timens ne grauius delictum sit suscepti gregis curam [illegible]gere, formidat ne deterior sit culpa regimina pastoralis cure empta possidere, per honoris ambitum ligatum se hinc inde conspicit. Esse quippe sine crimine reatu neutrum videt, si aut susceptus grex semel relinquatur, aut rursum sacra actio secularis empta teneatur. Undique metuit, et suspectus status omne pertimescit, ne aut sanus in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de gregis destitutione committat. (*margin:* emendat aut ite regimine deserens) Quia ergo behemoth iste ita in ex perplexibilibus nodis ligat, ut plerumque mens in dubio adducta, unde se a culpa soluere nititur, inde in culpa artius astringatur. Recte dicitur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Argumenta namque machinationum eius quos laxant, ut relinquant, eo magis implicant ut teneant. Est tamen quod ad destruendas eius versutias utiliter fiat ut cum mens inter minora

et maxima peccata constringitur si
omnino sine peccato euadendi aditus
patet. minora semper eligantur quia
et qui murorum semper ambitum vndi-
que ne fugiat claudit/ ibi se in fugam
precipitat ubi breuior murus in-
uenitur. Paulus dum quosdam
in ecclesia incontinentes aspiceret/ con-
cessit minima ut maiora declina-
rent dicens propter fornicationem vnus-
quisque autem vxorem suam habeat
Et quia tunc solum coniuges in
admixtione sine culpa sunt/ cum
non pro explenda libidine. sed pro
suscipienda prole miscentur vt hec
eciam quod concesserat sine culpa
quamuis minima esse monstraret
illico adiunxit. Hoc autem dico secundum
indulgenciam non secundum imperium
Non enim est sine vicio quod
ignoscitur et non precipitur/ Peccatum
profecto vidit quod posse indul-
geri prouidit/ Sed cum in dubiis
constringimur/ vtiliter minus sub-
dimur/ ne in magnis sine venia
peccemus/ Ita plerumque neruorum
behemoth istius perplexitas soluitur
dum admittentes maximas per
commissa minora transit. Sequitur
xvij
Ossa eius sicut fistule eris. Quid
ossa Behemoth istius nisi con-
silia designat/ Nam sicut in ossibus
positus corporis robur subsistit/
ita in fraudulentis consiliis tota
se eius malicia erigit. Neque enim
vi quempiam perimit/ sed calliditate pes-
tifere persuasionis interficit/ Et rur-
sum. Sicut ossa quia interiunt
medullas confortant. ita eius ossa
per spiritualis nature potenciam ipsius
ingenii subtilitate roborantur. hec vero
testiculi eius ab ossibus. id est sug-
gestiones a consiliis distant. quod per
illas apte noxia inseruit/ per hec
quasi ex bono consules ad cul-
pas trahit/ per illas enim persuadendo
supplantat/ per hec velut consulendo sub-
plantat/ Bene et bene ossa eius
id est hec eadem consilia eris
fistulis comparantur/ eris quippe fistule
sonoris aptari cantibus solent
que admote auribus dum blandum
carmen subtiliter concinunt/ interiora
mentis in exteriora delectationis tra-
hunt. et dum dulce est quod auribus
sonat/ virilitatem cordis in voluptatum
fluxum debilitat/ Cumque auditus
ad delectationem trahitur sensus abstra-
ctus sue fortitudinis eneruatur/ Itaque
astuta eius consilia dum quasi
blanda persuasione consulunt/ contra
forti intencione proterunt/ et dum
dulcia resonant/ ad noxia inclinant/
Quasi ergo eris fistule sunt/ que
dum libenter audiuntur. ab interna
intencione animum in exterioris
vite delectatione deiciunt/ Hoc enim
behemoth iste magno ope ad ex-
sequendam deceptionem satagit vt
dum prauitatis sue consilium quasi
vtile ostendit suauiter valeant resona-
re quod dicit. quatinus et ociosa vtiliter
mentem mulceant/ et absconsa in-
iquitate corrumpant/ Que ne apertius
in cunctis ostendimus si pauca con-
siliorum eius argumenta breuiter per-
dammus. Ecce enim quidam contentus
propriis rebus decreuit/ nullis huius
mundi occupacionibus implicari val-
de formidans quietis sue comoda
perdere et valde despiciens peccantis
ciuica tumultare/ ad hunc hostis cal-
lidus veniens ut intencionem bone
deuocionis subruat quasi vtilitatis
consilium subministrat dicens Ea
que sunt in presenti sufficiunt/ sed huius
deficientibus quid acturus es/ si
eciam post hec nulla assunt que
ad presens impendenda sunt filiis/ sed
tamen que parata sunt que fuerint
deesse poterit cautus. quod eciam et si
sollicitudo cessat parata pare quod
deest/ An non et terrena potest actio
peragi/ et tamen ita ratione culpa de-
clinari/ quatinus et exteriora stipendia
prebeat et tamen ab interna rectitudine
non inflectat/ hoc interim blan-
diens insinuat. et seorsum iam
in negocio terreno quod precidit per-
tenta laqueos occultat/ Ossa itaque
eius sicut fistule eris sunt/ quia pre-
ciosa eius consilia auditori suo

consulenti bonis suavitate blanditur.
Alius quoque non solum decrevit
terrena comoda non querere sed etiam
cunctis que possidet renunciare
ut in discipulatu celestis ma-
gisterii tanto se liberior exhibeat
quanto et expeditior redditus ea
que possidentem premere poterant
deserens calcat. Huius cor hostis
insidians occulta suggestione
alloquitur dicens. Unde hec teme-
ritatis tante surrexit audacia
ut credere audeas quod omnia
relinquendo subsistas. Aliter te crea-
tor condidit, atque aliter tu te ipse
disponis. Valenciorem robustioremque
te fecisset, si sequi sua vestigia
cum inopie necessitate te volu-
isset. An non plerique et terrena pa-
trimonia nequaquam deserunt et tamen
ex hiis per misericordie opera superne
sortis bona eterna merentur. Hec bla-
diens suggerit, seorsum vero in ipsis
rebus quas retinere admonet, et
ante retinentis oculos delectaciones
decipientes opponit, quatinus cor
seductum ad blandimenta exte-
riora pertrahat, et intima perfec-
cionis vota perimat. Ossa itaque eius
sicut fistula eris sunt, quia dolosa
eius consilia dum blandum de
exterioribus sonum reddunt pre-
ciosum de interioribus dispendium
ingerunt. Alius relictis omnibus
que exterius possiderat ut ordinem
superioris discipulatus apprehendat
etiam in minimis voluntates frangere
parat, ut rectoris se alterius volun-
tatibus subdens non solum pravis
desideriis sed ad perfectionis cumulum
etiam in bonis votis sibimetipsi
renunciet et cuncta que sibi agen-
da sunt ex alieno arbitrio ob-
servet. Hunc hostis callidus tanto
mollius alloquitur quanto ab excel-
lenciori loco dicere ardencius conatur.
Mox ex virulenta suggestione bla-
diens dicit. O quanta per temetipsum
miracula agere poteris. Nequaquam
te alterius iudicio subdere, cum pro-

sub
fectum tuum studio melioracionis in
minimis, cur in intencione tue bo-
num ultra quam necesse est ex-
tendere niteris frangis? Que enim
dum propria voluntate usus es
perpetrasti perversa, cur nunc alienam
voluntatem emendare conaris?
Cum ergo tibi ad bene vivendum
plene sufficias, alienum super te iudi-
cium requiris? Hec blandiens insi-
nuat, seorsum vero in voluntatibus
eius propriis extendere superbie cur-
sus parat, et dum laudat cordis
intestina rectitudine investigat
callide ubi subruat in pravitate.
Ossa itaque eius fistule eris sunt
quia clandestina eius consilia
unde quasi animum blande delec-
tant, inde pravitate a recta inten-
cione dissipant. Alius fractis ple-
ne voluntatibus suis multa iam
[illegible] vetusti hominis vicia et in imi-
tacione mente et lamentacione premens
excoxit, et tanto maiori zelo con-
tra aliena peccata accenditur quanto
sibimetipsi funditus mortuus
iniquitatibus propriis non tenetur.
Hunc hostis callidus quia zelo
iusticie etiam ceteris prodesse con-
gnoscit, quasi prospere consulen-
tibus verbis appetit dicens. Quid
te ad aliena curanda dilatas
utinam tua considerare convales-
cas. An non perpendis quia cum
ad aliena extenderis ergo ea
curanda que tua sunt minor
invenieris. Et quid prodest alienum
vulneris cruorem tergere et putre-
dinem proprii negligendo dila-
tare. Hec dum quasi consulens
dicit zelum caritatis adimit
et omne bonum quod prodire
ex caritate poterat gladio sub in-
troducti teporis extinguit. Si
enim proximos sicut nosmetipsos
diligere precipimur, dignum est ut
sic eorum zelo contra vicia sicut
et nostro flagremus. Quia igitur
dum suaviter consulit mentem
ab intencione propria aliena reddit

Recte dicitur Ossa eius sicut fistule
eris sunt/ Quando enim peruersi
dulcia consilia audiencium aures
blandimento sonant quasi eris fistula
eris cantat ut vnde mulcet in-
decipiat/ Sed behemoth iste val-
de mollibus certamen mouet qui
se in fidelibus sub pretextu infirmi-
tatis mouet excecet/ tunc ante
duriores temptaciones excitat
quando ante temptati oculos
iniquitatis laqueos sub specie
virtutis occultat/ Unde et recte sub-
xvii. iungitur Cartilago eius quasi la-
§ mine ferree/ Quid enim per car-
tilaginem nisi simulacio accipitur
Cartilago namque ossis ostendit
speciem/ sed ossis non habet firmitatem
Et sunt nonnulla vicia que osten-
dunt in se rectitudinis speciem sed
ex prauitatis prodeunt infirmitate
hostis enim nostri malicia tanta
se arte palliat/ vt plerumque ante
decepte mentis oculos culpas vir-
tutes fingat/ Ut inde quisque quasi
expectet premia/ vnde dignus est
eterna inuenire tormenta/
Plerumque enim in vlciscendis vicijs
crudelitas agitur et iusticia putatur
Atque inmoderata ira zeli iusti
meritum creditur/ et cum adistor-
tis moribus parcentes digni ante
debeant violenta inflexione
frangitur/ Plerumque enim dissolu-
ta remissio/ quasi mansuetudo
ac pietas habetur/ et dum plus
quam decet delinquentibus parcit
parcitur ad eterna supplicia crude-
liter reseruat/ Non nunquam effusio
misericordia creditur/ et dum male ser-
uare culpa sit penis spargi quod
acceptum est non timetur/ Non
nunquam tenacia parcitas putatur
7 cum graue sit vicium non tribue-
re credit virtus accepta retinere
Sepe malorum pertinacia constan-
cia dicitur/ et dum mens a pertin-
tate sua flecti non patitur quasi ex
recti defensione gloriatur/ Sepe
inconstancia quasi tractabilitas habetur

Aliquando vocis superbia viri libertas
estimatur. Et cetera

et quoquisque fidem integram nulli ser-
uat eo se amicum omnibus estimat
Aliquando timor incompetens humilitas
creditur/ et cum temporali formidine pressus
quisque a defensione tacet veritatis ar-
bitratur quod iuxta dei ordinem
humilem se potioribus exhibeat/ et...
pelacionem veritati contradicit loque-
di procacitas libertatis defensio putatur
Plerumque pigricia quasi continencia
quietis attenditur/ et cum grauis cul-
pa sit recta studiose non agere magne
virtutis meritum creditur tantum praua
actione cessare/ Plerumque inquietudo
spiritus vigilans sollicitudo nominatur
et cum quietem quisque non tolerat
agendo que appetit virtutis debite
implere se exercicium putat/ Sepe
ad ea que agenda sunt incauta
precipitacio laudandi studij feruor
creditur/ Et cum desiderata boni
intempestiua actione corrumpitur
eo agi melius quo celerius estimatur
Sepe accelerandi boni tarditas §
consilium putatur/ et cum expectatur
ut ex tractacione proficiat hoc impe-
diens mora supplantat/ Igitur cum
culpa velut virtus aspicitur/ necessario
pensandum est. quia tanto tardius
mens vicium suum deserit quanto
hoc quod perpetrat non erubescit/
Tanto tardius mens vicium de-
serit/ quanto prauitatis speciem decep-
ta priorum etiam de corde con-
queritur/ Facile autem culpa cor-
rigitur que et erubescitur quia
esse culpa sentitur/ Cum vero error
cum virtus creditur difficilius emen-
datur/ Recte dicitur Cartilago eius
quasi lamine ferree/ Behemoth enim
iste quo sub pretextu boni calidita-
tem suam fraudulencius exhibet
eo in culpa mentem durius te-
net hinc est quod non nunquam hij
qui quasi viam sanctitatis appetunt
terrorem lapsi tardius emendant
Rectum quippe existimant esse quod
agunt et sicut excolende virtuti
sic vicio perseuerantiam iungunt/ Rem

esse existimant quod agunt, et id circo suo iudicio, id est vicio, erroris serviunt. Unde bene Ieremias cum diceret: Candidiores Nazarei eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, pulchriores zaphyro, denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in platheis, illico adiunxit: Adhesit cutis eorum ossibus et aruit et facta est quasi lignum. Quid enim Nazareorum nomine nisi abstinentium et continentium vita signatur? que nive et lacte candidior dicitur. Nix enim ex aqua congelascit que super venit, lac autem ex carne exprimitur que in inferioribus nutritur. Quid ergo per nivem nisi candor vite celestis, quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerumque continentes viri in ecclesia tam mira opera faciunt, ut ab eis multi qui celestem vitam tenuerint, multi qui terrena bene dispensaverint superari videantur, et candidiores nive et nitidiores lacte referuntur. Quinetiam quia per ferventiorem spiritus etiam antiquorum ac fortium patrum vitam non nunquam vincere videantur, recte subiungitur: Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomine exprimitur, sancti desiderii flamma signatur. Ebur vero magnorum animalium os esse non ignoramus. Ebore itaque antiquo rubicundiores sunt, quia sepe ante humanos oculos non nullis precedentibus patribus studio ferventiores existunt. De quibus ut totum simul ostendatur adiungitur: Saphyro pulchriores. Etherei quippe coloris est zaphyrus. Et quia precedentes multos atque ad superna tendentes per celestem conversationem videntur vincere, narrantur saphyro pulchriores extitisse. Sed plerumque dum virtutum copia etiam plus quam expedit preparatur, in quadam sin

fiducia mens adducitur, et decepta presumptione propria repente peccato surripiente fuscatur. Unde recte subiungitur: Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri enim post candorem fiunt qui amissa dei iusticia dum se presumunt in ea etiam que non intelligunt peccata dilabuntur. Et quia post amoris ignem ad frigus corporis dilabuntur, extinctis carbonibus ex comparatione preferuntur. Non nunquam enim dum timorem dei per suam fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: Non sunt cogniti in plateis. Plathea quippe sermonis greci ratione latitudo dicitur. Quid vero est humane mentis angustius quam voluntates proprias frangere? De qua fractione veritas dicit: Intrate per angustam portam. Eo enim latius quisque incedit quo propriis voluntatibus reluctatur et quasi sub usu impulsus arbitrii duxit se in tractatione diffundere. Qui ergo per fiduciam sanctitatis postposito meliorum iudicio se sequuntur quasi per platheas pergunt. Sed non sunt cogniti in platheis, quia semitam suam ad ostenderant quando frangendo proprias voluntates in angusto se calle retinebant. Et bene additur: Adhesit cutis eorum ossibus. Quid in osse nisi duricia fortitudinis, quid in cute nisi mollities exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorum ossibus adherere dicitur, quia abhinc prima sentientibus infirmitatis vicii duricia virtutis preparatur. Infirma enim sunt que faciunt, sed elacionis fiducia decepti fortibus ea superioribus iungunt. Et quo de se magna sentiunt, eo de sua nequicia emendari contempnunt. Unde et recte subiungitur: Aruit et facta est quasi lignum. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Quam recte

aridam asserit, quia nulla sui congnitione viridescit. Quod igitur aperit Ieremias per infirmitatem cutis, hoc aperit beatus Iob per fragilitatem dicit cartilago, et quod illic ossa per duritiam, hoc hic lamine ferree dicuntur.

xviii

Sed behemoth iste qui per membra sua extremo tempore contra electos Dei tanta se arte exercet, qui etiam per semetipsum ad decipiendas mentes in tanta insidiarum tergiversatione se exhibet, cuius nature, cuius sit conditionis audiamus. Nec enim tam mira vel in maligna operatione posset, si non ex magna conditione subsisteret. Unde et mox inimica pietate dominus, ac si causas tante astutie tanteque fortitudinis redderet, adiunxit dicens: Ipse est principium viarum Dei. Velut si aperte diceret: Ideo adversum multa fortiter sufficit, quia in natura rerum hunc creando conditor primum fecit per substantiam. Quid namque vias Dei nisi eius actiones accipimus, de quibus per prophetam dicitur:

ps. Non enim vie mee sicut vie vestre.

Isa 70 Et principium viarum Dei behemoth dicitur, quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius principatus eminentiam considerat propheta cum dicit:

Eze. 31 Cedri altiores non fuerunt illo in paradiso Dei, abietes non adequaverunt summitatem eius, platani non fuerunt eque frondibus illius. Omne lignum paradisi non est assimilatum ei et pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum in multis condensis frondibus. Quid namque accipi in cedris, abietibus et in platanis possunt, nisi illa virtutum celestium procere celsitudinis agmina in eterne leticie viriditate plantata? Que quamvis excelsa sint condita, huic tamen nec prelata sunt nec equata. Quem speciosum in multis fructus condensis frondibus dicit, quia platanum ceteris legionibus tanti illum species pulchriorem reddidit, quanta et subposita angelorum multitudo decoravit. Ista arbor in paradiso Dei tot quasi condensas frondes habuit, quot subse positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui et idcirco peccans sine venia dampnatus est, quia magnus sine comparatione stat creatus. Hinc enim rursus per Ezechielem prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Eze. 28

Multa enim de eius magnitudine locutus, primo verbo cuncta complexus est. Quid namque boni non habuit, si signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annulus talis similitudo imaginis exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, angelo tamen quasi maius quid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, ut quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. Hinc est quod principatus eius potentiam adhuc insinuans idem propheta subiunxit: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, thopasius et iaspis, crisolitus, onix et berillus, saphirus, carbunculus et smaragdus. Novem dixit genera lapidum, quia nimirum novem sunt ordines angelorum. Nam cum per sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubin atque seraphin aperta narratione memorentur, quante sint supernorum civium distinctiones ostendit. Quibus tamen behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi vestem ad ornamentum suum habuit, quorum dum claritate transcenderet ex eorum comparatione

Ipse di 2 · principium

clarior fuit. Decimus illic de sculptione adhuc subiungit: Aurum opus decoris tui, et foramina tua in die qua conditus es praeparata sunt. Aurum opus decoris eius exstitit, quia sapientiae claritate candidum, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus fiunt, ut vinculati auro in ornamenti compositione iungantur, et nequaquam a se dissidentes, quos in se fusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suae foramina praeparata sunt. Quia videlicet capax caritatis conditus est, qua si repleri voluisset stantibus angelis tamquam positis in regis ornamento lapidibus potuisset inhaerere. Si enim caritatis auro se se penetrabilem praebuisset, sanctis angelis sociatus in ornamento regio ut diximus lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiae vitium caritatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco auro ligantur ne cadant, idcirco iste cecidit, quia perforatus manum artificis amoris vinculis ligari contempsit. Nunc autem ceteri lapides qui tunc similiter fuerant perforati, penetrante se invicem caritate ligati sunt, atque hoc in munere isto cadente meruerunt, ut nequaquam iam de ornamento regio cadendo solvantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta insinuat: Tu cherub extentus et protegens in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti. Cherub ergo plenitudo scientiae interpretatur. Et idcirco cherub iste dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur. Qui in medio lapidum ignitorum perfectus ambulavit, quia inter angelorum corda caritatis igne succensa, gloria conditionis clarus exstitit, quem bene extentum ac protegentem dicit. Omne enim quod extenti protegimus obumbramus. Et quia comparatione claritatis suae ceterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extentus et protegens fuisse perhibetur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiori praecessit. Quod ergo illic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce divina Behemoth iste viarum Dei principium vocatur. Dei quo ideo tam mira in quibus fuit, et quae amisit insinuat, ut trito homini ostendat quid ipse si superbiat de elationis suae culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in tantae claritatis gloriam elevavit. Consideret ergo homo quid in terra mereatur, si et praelatus angelis, angelus in caelo prosternitur. Unde et bene per prophetam dicitur: Inebriatus est in caelo gladius meus. Ac si aperte dicat, quia ira feriam superbos terrae perpendite, si ipsos etiam quos in caelo iuxta me condidi pro elationis vitio percutere non peperci. Tot itaque hostis antiqui virtutibus auditis, tanta conditionis eius magnitudine cognita, quis non in mentem formidine corruat? Quis non desperationis percussione succumbat? Sed quia elationem nimium omnia hostis potentia repperit, etiam infirmitati nostrae Dominus patefacta gratiae suae dispensatione favet. Unde enim eum principium viarum Dei dicit, illico adiunxit:

Qui fecit eum applicabit gladium eius. Gladius quippe Behemoth ipsa nocendi malitia est. Sed ab eo a quo bonus per naturam factus est, ei gladius applicatur, quia eius malitia divina dispensatione restringitur, ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit permittatur. Qui igitur hostis iniquus et multum potest et nimis percutit, eius gladium pietas conditoris astringit ut replicatus intra eius conscientiam

xix cap. | Isa 28 | xx

lateat, et ultra quam desuper iuste dis-
ponitur sese in mortes hominum eius
malicia non extendat. Quod autem
ad multa prevalet fortitudo hoc de
principio magne condicionis est.
Quod vero a quibusdam vincitur
eius nimirum gladius ab auctore
replicatur. Iste namque Behemoth
quia principium viarum dei est
cum contra sanctum virum licen-
ciam temptacionis accepit, greges
movit, greges abstulit, ignem
de celo deposuit, perturbato aere
ventos excitavit, domum concu-
ciens subruit, convivantes filios
extinxit, uxoris mentem in dolo
pravae suasionis excitavit, mariti
carnem inflictis vulneribus confodit.
Sed eius gladius a conditore
replicatur cum dicitur: Animam illius
serva. Quam replicato gladio quante
sit infirmitatis evangelista testan-
te describitur. quia nec manere in
obsesso homine potuit, nec cur-
rere in nature bruta animalia
non nisi iussus presumpsit dicens:
Si eicis nos, mitte nos in gregem
porcorum. Malicie eius gladius
quam sit replicatus ostenditur, cum si
potestas sue malicie non prebetur
nec grassari in porcos valet.
Quando ergo behemoth iste sua
sponte nocere fidelibus audet, qui ma-
gnum hominibus audeat, dei(?)
minimum constat, quia nisi iussus
contingere nec porcos presumat.
Notandum vero quod dum viarum
dei principium Behemoth dicitur
vesanum dogma Arrii aperta racione
dissipatur. Factum quippe dei filium
fatetur, et ecce behemoth in factura
rerum primus creatus ostenditur.
Superest ergo ut Arrius, ut non
factum filium perdicet, aut eum post
behemoth conditum fuisse fatetur.
Quia vero omne quod applicatur
in semetipso reducitur, recte appli-
catus Behemoth dicitur. Ipse met
ipso namque se eius malicia retor-
quet cum ad votum suum se conte-

ch 8

lectorum vitam non extendit. Multos
autem exigentibus meritis feri-
re permittitur, ut cum deum deserunt
dampnato hosti famulentur. Ab electis
vero eo valencius vincitur quo plus
auctori omnium humilius subsunt.
Quia ergo per hoc quod viarum dei
principium dicitur, per hoc quod permit-
tente deo valde intollerabilis
demonstratur, aperte cognoscimus
cum quanto hoste pugnemus. Super
est ut vim suam namque tanto
se plenius auctori subiciat quanto
verius contra se violentias adver-
sarii vires pensat. Quid namque
nos nisi pulvis sumus. Quid ille
nisi unus ex celestibus spiritibus,
et quod adhuc maius est summus.
Quid vero de propria virtute audeat
quando contra angelorum principem
pulvis pugnat. Sed quia superno-
rum spirituum conditor terrenum corpus
assumpsit, recte superbientem ange-
lum humilis pulvis vincit. In-
herendo quippe vere fortitudini
vires accepit quas cum fugit spiritus cum
semetipsum sequitur amisit, et dignum
est ut vincatur a pulvere qui forte
se credidit deserto creatore ut
agnoscat superatus quia defecit
elatus. Valde autem anhelat semper
eius quia cum ipsum yma cruciat
homo ad summa contendat
quia in illa celsitudine subvecta
caro permanet, a qua tantus ipse
spiritus sine fine proiectus iacet. Ex
tota mencium mutavit ordo me-
ritorum. Sic sic superbia meruit
decidi, sic humilitas exaltari, ut iste
et celestis spiritus erigendo se
tharttarum toleret, et terra humilis
sine termino super celos regnet.

Incipit liber xxxiii(?) et

Antiquo hosti qui sub Behe-
moth nomine dominica voce de-
scribitur superbi quique tanto fami-
liarius serviunt quanto huius vite
successibus apud semetipsos al-
cius intumescunt. Huius namque

augetur elacio cum gloria, cum ela
cione vero ad diuicias cura, hinc illinc
que animus tenditur quia et desi
deria cum rebus crescunt. Eiusque
cogitaciones in summas quasi agri
sensum proferunt, eisdem cogitaci
onibus velut desiderato pabulo be
hemoth istius famem pascunt.
Unde nunc recte dicitur: Hinc montes
herbam ferunt. In scriptura sacra
cum numero singulari mons
ponitur. Aliquando incarnatus dominus
aliquando sancta ecclesia, aliquando testamen
tum dei, aliquando apostata angelus.
Aliquando quilibet hereticus designatur.
Cum vero montes pluraliter nomi
nantur. Aliquando celsitudo a
postolorum atque prophetarum. Aliquando
secularium potestatum tumor ex
primitur. Mons namque dominum significat
Isa 2 Sicut scriptum est. Et erit in no
vissimis diebus preparatus mons
domus domini in vertice montium
Mons quippe est in vertice montium
incarnatus dominus transcendens celsi
tudinem prophetarum. Rursus per
montem sancta designatur ecclesia
Sicut scriptum est. Qui confidunt
in domino sicut mons syon.
Syon namque speculacio dicitur
per quam scilicet speculacionem con
templans deum ecclesia significatur.
Rursum per montem testamentum
dei exprimitur. Sicut abacuk ait
Aba 3 Deus ab austro veniet et sanctus
a monte umbroso et condenso
Qui enim venturum se per testamenti
sui paginas ~~paginas~~ spopondit
quasi inde venit unde velut sub
promissione se tenuit. Quod vi
delicet testamentum mons bene
umbrosus et condensus dicitur
Quia spissis allegoriarum obscu
ritatibus opacatur. Rursus per
montem angelus apostata de
signatur. Sicut sub specie babilo
nici regis de antiquo hoste pre
dicatoribus dicitur. Super monte
Isa 13

caliginosum levate signum. Predicato
res quippe sancti super montem
caliginosum signum levant, quando
contra sathane superbiam qui se
pe sub nebula simulacionis ab
scondit virtutem crucis exaltant
Rursum per montem hereticus quilibet
exprimitur. Sicut ex voce ecclesie psalmista
ait. In domino confido quomodo
dicitis anime mee transmigra
in montem sicut passer. Cum enim
fideli anime unitate relicta
et tumenti doctrina confidere
heretici predicatoris dicitur, despecto domino
quasi in monte transmigrare sua
detur. Rursum per montes apostolorum
et prophetarum celsitudo signatur.
Sicut scriptum est. Iusticia tua sicut
montes dei. Et voce pauli dicitur.
Ut nos efficeremur iusticia dei 2 Cor 7
in ipso. Vel sicut iterum voce
sperantis ecclesie psalmista ait. Le
vavi oculos meos in montes
unde veniat auxilium michi.
Rursum per montes secularium potestatum
tumor exprimitur. De quibus psalmista
ait. Montes sicut cera fluxerunt
a facie domini. Quia multi qui
prius alta rigiditate tumuerunt
deo in carne apparente magis
sunt penitentiam timore lique
facti. Vel sicut propheta idem item
dicit. Ascendunt montes et de
scendunt campi. Plerique enim
persecutores domini superbi contra eum
venerunt, sed ab eo humiles redierunt.
Qui montes ascendunt per timo
rem potencie, sed campi descen
dunt plani videlicet facti per co
gnicionem culpe. Sed quia non nulli
in elacionis sue altitudine re
manent, et ad divina obsequia
humiliter flecti dedignantur, pro eo
quod multa desideria antiqui ho
stis prava cogitare ac perpetrare
non desinunt. Recte hoc loco
de behemoth dicitur. Hinc mon
tes herbas ferunt. Elati namque

Mons.

P
seculi huius herbas fenum; behemoth
quia ex illo illum reficiunt quod
nequiter operantur. Hinc behemoth
herbas ferunt, quia suas illi
offerunt fluxas et lubricas vo
2 Thy. 3 luptates. Erunt enim homines
ait apostolus se ipsos amantes.
Quorum descriptionem complexus
est dicens: Voluptatum amatores
magis quam dei. Que est ergo
herba montium, nisi voluptas
fluxa, que ex corde gignitur super
borum, qui nisi deum superbie
do contempnerent, nequaquam lubrica
tot lasciviendo perpetrarent. Quibus
nimirum herbis behemoth iste
pascitur, quia in eis penam eterne mor
tis esuriens eorum perditis mori
bus satiatur. Superbi enim huius
seculi et si quando superne disp
sationis ordine prepediti ab expl
tione pravorum operum cessant, p
na tamen in cogitatione multipli
cant. Modo ut se potentiores
ceteris rebus et honoribus ostendant,
modo ut eandem suam potentiam
in studio aliene lesionis exerceant,
modo ut lubricis motibus ducti
plenia se facta voluptatesque
dissolvat. Cum enim rebus di
minutis acceptis nequaquam recta
sed prava semper agere cogitant,
quid aliud faciunt nisi sinus cont
deum donis pugnant. Quia igitur
behemoth iste in superborum mentibus
sua semper desideria recognoscit,
quasi herbas in montibus invenit,
quibus refectum sue malicie
ventrem tendit. Bene autem subditur:
4 R Omnes bestie agri ludent ibi. Quid
per bestias nisi inmundi spiritus,
quid per agrum nisi presens seculum
designatur. Unde de ipso malignorum
spirituum principe contra effraym
Oze. 13 dicitur: Bestia agri scindet eos. Et
sicut ysaias ait: Et mala bestia
Isa 37 non ascendet per eam. Quia autem



Voluptatibus superborum pascitur dyabolus.

agri nomine mundus accipitur, domini
per ipsum sermo testatur qui ait: Ager Mt 13
est mundus. Agri ergo bestie in
herbis montium ludunt, quia per
iecta in hoc mundo de superioribus
demonia pravis superborum operibus
delectantur. Bestie in herbis ludunt
cum reprobi spiritus humana corda
in illicitas cogitationes pertrahunt.
An non in inmundis spiritibus ludere est
mentes hominum ad ymaginem dei
conditas, modo ficta permissione
decipere, modo vanis titillationibus inani
re, modo eis transitoria gaudia
quasi mansura in perpetuum, modo
mansuras penas quasi transitorias
levigare? Harum procul dubio bestiarum
illusionem pertimuerat qui dicebat:
Deus meus in te confido, non eru
bescam, neque irrideant me inimici mei.
Quia igitur superborum cor ad omne
vicium sternitur, ut cuilibet maligno
spiritui irruenti prava cogitatione pa
teat, recte de herbis montium dicitur:
Omnes bestie agri ludent ibi, pro
eo enim quod superbi quique nullum malum
cogitando preterit, nulla est agri
bestia, que non horum montium
herba satietur. Nam et si quando
carnis luxuria fugiunt, in tioris
luxurie vicium de ipsa castitate glo
riando committunt. Si quando nil
amare optius rapiunt, nequaquam
ab illecebra avaricie mundi sunt.
Quia et si res nullas ambiunt
favores tamen hominum laudem de
continencia rapere conantur. Hinc ergo
Behemoth herbas fertur et omnes
bestie agri ludunt ibi. Quia in su
perborum corde quilibet malignus
spiritus tanto lacius pascitur quanto
et omne vicium de superbia generatur.
Sed quia audivimus quid iste
Behemoth comedat, nunc audia
mus necesse est ubi interim per
pravum desiderium sum requiescat.
Sequitur: Sub umbra dormit in R
secreto calami in locis humentibus.

Obumbracio in sacro eloquio aliqn
in carnacio dni ponit vel mentis
refrigeriu a feruore carnaliu cogi
tacionu. Ab appellacione vmbre et
superna protectione hoc ipm refrige
riu cordis insinuari solet. Ali
vero vmbra recedente caritate
torpor frigide mentis accipit.
Nam q dnica incarnacio seruata
veritate historie obumbracionis
appellacione signet. Angelicus sermo
testat qui ad mariam ait. Virtus
lu. 1. altissimi obumbrabit tibi. Quia
em obumbracio no alit exprimit
nisi p lumen et corpus virtus ei
altissimi obumbrauit. Quia in
eius corpore lux incorpea corpus
sumpsit. ex qua videlicet obum
bracione omne in se refrigeriu
mentis accepit. Quod rursum p
vmbram ex superna protectione
refrigeriu cordis exprimit psalmista
testat qui ait. Sub vmbra ala
rum tuaru protege me. Vel sicut sponsa
in canticis canticoru aduentu sponsi
Ca. 2. prestolata pronunciat dicens. Sub vm
bra illius quem desideraueram sedi.
Ac si dicat. Ab estu desideriorum car
naliu sub aduentus illius protecti
one requieui. Rursum p vmbra
recedente caritate torpor frigide
mentis exprimit. Sicut de primo
Gen 3. homine scriptum est. Quia secessit
ad vmbram. Calorem em carita
tis fugiens veritatis solem homo
deseruit et sub vmbra interni fri
goris se abscondit. Vn et voce ei
dem veritatis dicit. Habundauit
Mt 24. iniquitas et refrigescet caritas
multoru. Vnde et primus homo p
culpam inter arbores paradisi ad
auram post meridiem absconsus
inuenit. quia em meridiani ca
lorem perdiderat. iam sub peccati
se vmbra quasi sub frigore aure
torpebat. Iste igit Behemoth ex
illis quasi quandam requiem in
uenit. quos aucti solis ardore
subtrahendo frigidos facit. sub vm
bra dormire phibet. Quo inq vero
p vmbram si tamen cum adiectione
mortis ponat. vel mors carnis
exprimit. Vel quilibet reprobus qui
antiqui hostis tenebris studio p
ue operacionis imitant. Vnde voce
martiru psalmista dicit. Humiliasti
nos in loco afflictionis et cooperuit
nos vmbra mortis. Vmbra enim
mortis electos dei operuit. cum
mors carnis que imago eterne
mortis est. ab hac eos vita disiun
git. Quia sicut illa aiam a deo
ita hec ab anima separat corpus.
Vel certe vmbra eos mortis oper
uit. quia de antiquo hoste scriptum
est. Nomen illi mors. Vmbra Apok 7
ergo mortis sunt omnes reprobi
quia illius nequicia elacionis i
mitant. eius quoque imagine qm
vmbram exprimunt. dum eius ma
licie similitudinem in se trahunt.
Qui electos dei operuit dum tot
illos in atrocitate persecucionis tpalit
conualescunt. Hoc aut loco vmbra
nequicie torpor accipit. in qua is
te Behemoth dormit. Quia tot
corda caritate calencia pspicatius
vigilat. In frigidis aut mentibus
securius iacet. Dormire enim in
sctorum cordibus no pt. quia et si
quando se in eis ad breue mome
tum collocat. ipse em desideriorum
celestium estus fatigat. et quasi
toties vt recedat pungit. quoties
ab eius amore intimo ad eterna
suspirant. Tante em voces excitat
quante electorum mentibus sancte
cogitaciones ad celum clamant.
Vnde fit ut bonaru actionu amis
tritus. ac superiorum spiritalis pcussus
fugiat. et ad corda reproborum frigi
da rediens eam quam securius
possidebat malicie vmbram querat
que ubi ab illo inuenit. ondit
cum protinus subinfert. in secreto in 8.
calami et cetera. In sacro eloquio
calami vel arundinis appellacione
Aliqn ubrum manus. Ali doctoru
pitia. aliqn mobilitas mentis.

Aliquando nitor glorie temporalis accipitur.
Per calamum quippe sibi etiam designatur cum voce patris psalmista dicitur:
Lingua mea calamus scribe velociter
scribentis. Quia enim quod loquimur
transit, quod scribimus permanet, lin-
gua patris calamus scribe dicitur, quia
ab eo est verbum coeternum ac sine tran-
situ generatum. Rursum per calamum
scriptorum doctrina exprimitur sicut
de sancta ecclesia propheta pollicetur
Ysa 35. dicens: In cubilibus in quibus pri-
us dracones habitabant oriet-
ur viror calami et iunci. Quia in
minimum sententia sicut in hoc
opere longe superius diximus,
per calamum exprimitur doctrina scri-
bencium, per iuncum viriditas au-
ditorum. Rursum per calamum sen-
certe arundinem mentis mobilitas
designatur. Sicut iudeorum turbis in
Iohannis laude a domino dicitur:
Mt. 11 Quid existis in desertum videre
arundinem vento agitatam? ut
videlicet subintelligatur non. Iohannes
quippe arundo vento agitata
non erat, quia eius mentem spiritu
sancto solidam per diversos pravos ullius
linguarum flatus inclinabat. Rur-
sus per calamum vel arundinem nitor
glorie temporalis exprimitur. Sicut de iustis
per sapientiam dicitur: Fulgebunt iusti et
Sap 3 sicut scintille in arundineto discur-
rent. Arundinetum namque vitam
secularium appellat qui more arun-
dinum per temporalem gloriam foris quidem
ad alta proficiunt, sed intus a so-
liditate veritatis inanescunt. Bene
et iudeorum regnum calamo comparatur
cum per prophetam apparente in veritate
Ysa 42 carnis domino dicitur: Calamum
quassatum non confringet et linum
fumigans non extinguet. Quid enim
calami nomine nisi iudaici populi
temporale regnum denunciat, ni-
tens quidem exterius sed intus
vacuum? Et quia in eodem populo
genus iam regale defecerat et regnum
eius alienigena possidebat, ap-
te hoc idem regnum quassatum
calamum vocat. Quid vero per linum
nisi eius sacerdotium exprimitur, quod
lineis nimirum vestibus utebatur?
Quod quia in adventu domini
caritatis ardorem perdidit, quasi
amisso iam igne fidei non ardens
sed fumigans fuit. Incarnatus
autem dominus calamum quas-
satum non confregit, et linum fu-
migans non extinxit, quia iudee
regnum quod pene destructum iam
fuerat, eiusque sacerdotium quod ignis
fidei non tenebat non potestate
iudicii protulit sed cum paciencie
longanimitate toleravit. Hoc ergo
loco quid aliud appellatione calami
nisi mentes secularium temporali glorie
dedite designantur? Quia tanto
apud semetipsos intus inanescunt
quanto alti et nitidi exterius osten-
duntur, quia dum exteriori gloria
per superficiem defluunt, nulla inte-
rius firmitate solidantur. More quippe
calami intus sunt quidem per falsitatem
vacui, sed foris per speciem
et ostentationem pulchri. Et quanto
ab eis exterior gloria studiosius
queritur, tanto eorum corda crebro-
ribus cogitationum stimulis agi-
tantur. Unde et recte nunc behem-
oth iste in secreto calami dormi-
re perhibetur, quia quorum studia
ad appetitum temporalis nitoris atque al-
titudinis commovet, eorum corda
tenacius tenet, et quasi ipse sibi
quietus dormit, ubi eos quos
possidet quiescere non permittit. Dum enim
[illegible] excedere ceteros homines alti-
tudine ambiunt, dum more ca-
lami per nitorem exterioris indignitatis
in istorum spem quasi solidarum
arborum cortice vincunt, in hoc quod
ipsi interius vacui remanent, locum
Behemoth isti ubi apud se requiescere
debeant prebent. Unde et
in evangelio veritas dicit: Cum immundus
spiritus exiens qui in locis aridis
et inaquosis requiem non invenit,

Luc 11

qua domum quam relinquat vacua scopisque mundatam reperit habitacionem multiplicior intrauit. Quia enim fluxa sit terra que in funditur loca arenosa atque in aquosa sunt corda iniquorum que per discipline fortitudinem a bonis carnalis concupiscencie humore siccantur. Vnde hic adhuc vbi behemoth iste dormiat necessario demonstratur cum protinus subditur In locis humentibus. Loca namque humencia sunt terrenorum hominum mentes quas humor carnalis concupiscencie quia replet fluidas facit. In quibus behemoth iste iniquitatis sue vestigia tanto altius imprimit quanto in eisdem mentibus pes transitus illius quasi in fluxa terra descendit. Loca quippe humencia sunt opera voluptuosa. Pes autem in arida terra non labitur fixus vero in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus vite presentis iter faciunt qui in hac ad iusticiam recte stare non possunt. In his enim locis humentibus Behemoth dormit quia in reproborum hominum lubrica operacione requiescit.

v. Nonnulli vero loca humencia membra genitalia suspicantur. Quod si ita est quid aliud in locis humentibus nisi luxuria corporis exprimitur. Duo quippe hec sunt vicia que humano generi inmaniter dominantur videlicet spiritus atque aliud carnis. Elacio namque spiritum erigit luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humani generis vel pro elacione superbie vel pro luxuria premens in secreto calami atque in locis humentibus dormit. eis hoc damnatorum subdicione sue dominacionis aut per elacionem spiritus aut per carnis corrupcionem tenet. Quosdam vero in vtroque possidet quia cum eos superbie spiritus eleuat a timore sue altitudinis nec verecundia corrupcionis inclinat. Et quicquid contra hos in terra sanctam ecclesiam cottidie inuitum magistri non vigilat. Vnquam redarguere voluptates in

famas et suadere gaudia patrie celestis cessant. Et pravorum mentes tanto obstinacius summa non audiunt quanto arcius in infimis inheserunt. Quibus neque hoc sufficit ut ipsi pereant. sed adhuc quod est deterius cum quoslibet arguunt emendari eos conspiciant iniquorum increpacionibus obuiant ne saltem alii corrigantur.

Vnde et bene subditur Protegunt vmbre vmbram eius. iiij · x

Vmbre quippe sunt dyaboli homines iniqui. Quia dum imitacionem eius iniquitatibus inseruiunt quasi ab eius corpore ymaginis speciem trahunt. Sicut autem vmbre eius pluraliter sunt reprobi. Ita singulariter vmbra eius est vnusquisque peccator. Et dum doctrine rectorum iniqui contradicunt dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittunt. Vmbre behemoth istius vmbram eius protegunt. Quia peccatores qui eo in quo sibi male conscii sunt in eo et alium peccatorem defendunt vmbre vmbram eius protegunt. dum nequissimorum facta nequiores prauis patrociniis tuentur. Quod hoc nimirum studio faciunt ne dum culpa in qua et ipsi obligati sunt talibus corrigitur ad ipsos quoque correpcio veniat. Se igitur tegunt dum alios protegunt quia perpendunt suam vitam impeti vnde alios considerant liberam correpcione confundi. Sic quoque fit ut summa tantum dum defenditur augeatur et vnius cuiusque nequicia eo fit ad perpetrandum facilis quo difficilis est ad puniendum. Scelera quippe peccancium tanto maiora in crementa percipiunt quanto per defensionem potencium diucius in vita tolerantur. Sed tales quique sine extra ecclesiam esse videantur tanto se apciores dei hostes exhibent quanto maiores sunt patroni viciorum. Contra illum quippe sunt defensores

Pcta quo in carnibus suscipiunt

Duo vicia dicuntur huius generis scilicet Superbia · Luxuria

pungunt, cum ea que displicent
defendendo multiplicant. Quod
factum bene per prophetam dominus
sub specie babylonis redarguit
Isa 34 dicens: Orietur in domibus eius
spine et urtice et paliurus in mu-
nitionibus eius. Quid namque
per urticas nisi cogitationum pruri-
gines? Quid vero per spinas nisi
punctiones viciorum accipimus?
In domibus babylonis urtice
et spine pullulant, quia in con-
fusione mentis reprobe et desi-
deria cogitationum surgunt que
exasperant, et opera peccati que pungunt.
Sed hec agentes habent etiam alios
nequiores defensores suos. Unde
apte protinus subditur: Et paliurus
in municionibus eius. Paliurus
quippe tanta spinarum crudelitate
densescit, ut pre asperitate tangi vix
possit. Intus igitur spina et urtica
nascitur, sed utrumque extrinsecus paliuris
munitur. Quia videlicet minores
minimi mala quelibet faciunt,
sed ea maiores nequissimi tuentur.
Unde et hic subditur: Protegunt umbre
umbram eius. Dum enim malum
peior vindicat, quasi umbra um-
bram ne veritatis luce irradietur
obscurat. Sequitur: Circumdabunt
v. 2 eum salices torrentis. Infructuo-
se quidem arbores salicum, sed
tamen tante viriditatis sunt
ut abscise radicatus et erecte a-
rescere vix possint. Unde in sacro
eloquio salicum nomine aliquando
per viriditatem boni, aliquando autem
per sterilitatem reprobi designantur. Nisi
enim electorum vitam per constan-
tiam sue viriditatis exprimeret,
nequaquam de filiis sancte ecclesie
propheta dixisset: Germinabunt
Isa 44 inter herbas sicut salices iuxta pre-
terfluentes aquas. Sancte enim
ecclesie filii inter herbas sicut salices
germinant, dum inter arescentem
vitam carnalium hominum et mul-
tiplici ariditate et perpetua mentis
viriditate perdurant. Quas bene iuxta
preterfluentes aquas germinare per-
hibent. Quia unusquisque eorum
ubertatem ad fructum percipit ex
doctrina sacri eloquii que tempora-
liter preterit. Et rursum nisi per sterilitate
salicum vita peccantium signaretur,
nequaquam ex voce predicatorum contra
babyloniam psalmista dixisset:
In salicibus in medio eius suspen-
dimus organa nostra. Babylonis
quippe medio salices esse de-
scribuntur, quia nimirum infruc-
tuosi quique atque ab amore patrie
celestis alieni totis visceribus
cordis in hac seculi confusione
radicantur. Unde et predicatores sancti in
istis salicibus non extendunt organa
sed suspendunt, cum in fructuo-
sas ac reprobas mentes aspi-
ciunt, vim sue predicationis non
exhibent, sed potius lugentes
silent. Quid etiam per torrentem
nisi huius mortalis vite cursus
exprimitur? De quo rursus per prophetam
dicitur: De torrente in via bibet,
propterea exaltabit caput. Quia
videlicet redemptor noster mortalis
vite penam in quodam transitu
attigit, et ideo dum eidem mor-
ti cum sponte succubuit non in-
hesit. Unde tertia die hoc quod
moriendo posuerat resurgendo
caput elevavit. Quid est ergo v.
quod de Behemoth isto dicitur: Circum- 3
dabunt eum salices torrentis,
nisi quod amatores vite mortalis
a bonis actibus quasi a fructibus
alieni, tanto illi arctius inherent,
quanto eos largius delectatio
transitorie voluptatis infundit.
Hos enim quasi in radicibus
torrens rigat, dum in suis co-
gitationibus amor vite carnalis
inebriat. Quam scilicet more salicum
fructus non ferunt, in foliis vi-

rudes sunt quia ea que gratia ad
dicendum non sunt aliquando
honestatis verba proferunt sed
nullum vite pondus ex bonis o
peribus ondunt. Bene igitur dicitur
Circumdabunt eum salices torrentis
Quia infructuosi quique dum amo
ri vite temporalis inseruiunt antiqui
hostis perversis familiaritatibus
obsecunt. Sed quia quid ei a
suis clientibus impendatur au
divimus, nunc etiam quid illis
ipse agat audiamus. Sequitur
Absorbebit fluuium et non mirabitur
et habet fiduciam quod influat ior
7 danis in os eius. Quid hoc loco
fluuii nomine nisi humani generis
decursio designatur, que velut
a sum fontis origine nascendo sur
git, sed quasi ad yma defluens
moriendo pertransit. Quos autem
signatur appellacione iordanis nisi
hii qui iam imbuti sunt sacramen
to baptismatis. Quia cum redemptor
3 noster in hoc flumine baptizari dig
natus est, eius nomine debet bap
tizatos omnes exprimi in quo hoc
primum contigit sacramentum inchoari
Quia ergo behemoth iste a mundi
originis exortu, vix paucis electis
euadentibus humanum genus rapina
defluens usque ad redemptoris tempora
quasi quoddam in se fluuium
traxit. Bene nunc dicitur Absorbe
bit fluuium et non mirabitur. Quia
v vero post mediatoris adventum
7 temporum quasi quendam in se fluuium
traxit. Bene nunc dicitur Absorbebit
fluuium et non mirabitur. Quia uero
post mediatoris adventum quosdam
qui recte viuere negligunt etiam fide
les rapit. Recte subiungitur. Et habet
fiduciam quod influat yordanis in
os eius. Ac si diceretur ante redemp
torem mundi mundum non mirantem
absorbuit, sed quod est grauius etiam
post redemptoris adventum quosdam
qui baptismatis sacramento signati
sunt se posse deglutire confidit

Alios namque sub christianitatis nomine
positos devorat, quia eos in ipso
fidei errore supplantat; alios a rec
titudine fidei nequaquam deiicit, sed ad
usum prave operacionis inclinat
Alios quantum vult in operacione inun
dicie inflectere non valet, sed apud
semetipsos intus in studio inten
cionis intorquet, ut dum a caritate
mentem dividunt rectum non sit
quidquid extrinsecus operantur. Fide
tenent sed vitam fidei non tenent.
Quia vel aperte illicita faciunt
aut ex prauo corde prava sunt que
agunt, etiam si sancta videantur
Quia enim non nulli confitendo
fideles sunt non viuendo, hinc est
quod voce veritatis dicitur Non omnis Mt 7
qui dicit michi domine domine in
trabit in regnum celorum. Hinc
rursum ait Quid autem vocatis
me domine et non facitis que dico
Hinc paulus ait Confitentur se Tit 1
nosse deum, factis autem negant.
Hinc Johannes dicit Qui dicit 1 Jo 2
se nosse deum et mandata eius
non custodit mendax est. Hinc
est quod de ipsa sua plebe dominus
conqueritur dicens Populus hic la Isa 29
biis me honorat, cor autem eorum
longe est a me. Hinc etiam psalmista
ait Dilexerunt eum in ore suo
et lingua sua mentiti sunt ei.
Sed mirum non fuit quod behemoth
iste ante lavacri undam, ante
sacramenta celestia, ante corpoream
presenciam redemptoris humani
generis fluuium hyatu profunde
persuasionis absorbuit. Sed hoc
valde mirum, hoc valde terribile
est, quod multos aperto ore etiam
post cognicionem redemptoris sus
cepit, post lavacri undam polluit,
post sacramenta celestia ad infernum
rapuit. Dicitur ergo dicitur terribi
liter voce veritatis Absorbebit flu
uium et non mirabitur, et habet
fiduciam quod influat iordanis

in os eius. Neque enim pro magno
dyabolus habuit quod infideles
tulit, sed tanto nunc in suo tristorum
morte se erigit, quos contra se
regeneratos esse tabescit. Nemo ergo
fidem sibi sine operibus sufficere
Iaco confidat, cum scriptum sit: Fides
sine operibus otiosa est. Nullus be-
hemoth morsum ex sola fidei
confessione plene evasisse se ex-
timet. Quia iam quidem flu-
vium absorbuit, sed adhuc Iorda-
nem sitit, et toties Iordanis
in os eius fluit, quoties christi-
anus quisque ad iniquitatem
defluit. Os quidem eius iam
fide nos sublevante fugimus,
sed magnopere cavendum est, ne
in hac lubrica operatione dilabamur.
Si ambulandi cautela negligi-
tur, incassum credendo rectum iter te-
netur. Quia via quidem credendi
ad celestem patriam proficit,
sed offendentes minime perducit.
Habemus quidem adhuc in hac
re quod subtilius perpendamus.
Ipsi enim quos per Iordanem diximus
exprimi, possunt per flumen signari.
Qui enim fidem vitiis [illegible]
nerunt, sed fideliter vivere negli-
gunt, recte fluminis dici possunt,
quia videlicet deorsum fluunt.
Iordanis vero hebreo vocabulo
descensio eorum dicitur. Et sunt
non nulli qui humilitatem appeten-
tes semetipsos abiciunt atque a culmine
pristine elationis descendunt.
Cumque etiam cupiunt valde se
ab hoc mundo alienos reddunt,
dum non solum aliena non appe-
tunt, sed etiam sua derelinquunt, et
non solum in eo gloriam non querunt,
sed hanc cum se obtulerit etiam
contempnunt. Hinc est enim quod
Mt 16 voce veritatis dicitur: Si quis
vult venire post me, abneget
semetipsum. Semetipsum enim abne-
gat qui calcato typo superbie ante
oculos dei alienum se esse demon-
strat. Hinc psalmista ait: Memor

ero tui de terra Iordanis et Hermoniim.
Iordanis quippe ut dixi descensio,
Hermon ergo anathema, id est alie-
natio interpretatur. De terra ergo Iorda-
nis et Hermoniim dei reminiscitur qui
ideo quod semetipsum deicit atque a se
alienus existit, ad conditoris sui
memoriam renovatur. Sed antiquus
hostis pro magno hoc non habet
quod sub iure sue tyrannidis terrena
querentes tenet. Propheta quippe attes-
tante cognovimus, quia esca eius
electa. Neque enim minimum deputat
si eos absorbeat ~~eos~~ quos super-
bia erigit, avaritia tabefacit, vo-
luptas dilatat, malitia angus-
tat, ira inflat, discordia separat,
invidia exulcerat, luxuria in-
quinatos necat. Absorbebit ergo
fluvium et non mirabitur, quia pro
magno non estimat cum eos de-
vorat, qui per ipsa sue vite studia
deorsum currunt. Sed illos ma-
gnopere rapere nititur, quos despectis
terrenis studiis iungi iam celesti-
bus studiis contemplatur. Unde
absorpto flumine recte subiungitur:
Et habet fiduciam quod influat
Iordanis in os eius. Quia illos
insidiando rapere appetit, quos
pro amore superne patrie a presentis
vite gloria semetipsos deicere con-
gnoscit. Nonnulli quippe desertis
mundi et honorum transeuntium
vana delinquunt, et humilitatis
yma appetentes humane conver-
sationis morem bene vivendo tran-
scendunt, atque in tanta studiorum
arte proficiunt, ut signorum iam
virtute superent. Sed quia semet-
ipsos conspiciendo tegere negligunt,
inanis glorie telo percussi penitus
de alto ruunt. Hinc est enim quod
eternus iudex qui occulta cordis
examinat, eisdem nunc causam
premunitionis intendit cum dicit:
Multi dicent michi in illa die: Do-
mine, nonne in nomine tuo propha-
vimus et in nomine tuo demonia
eiecimus et in nomine tuo virtutes multas

Mt 7

fecimus. Et tunc confitebor illis
quia numquam novi vos, discedite
a me qui operamini iniquitatem ne-
scio qui estis. Hinc etiam per prophetam
Amos vii. dicitur. Vocavit dominus iudicium ad
ignem et devoravit abyssum mul-
tam et comedit partem domus domini.
Iudicium quippe ad ignem vocatur
cum iustitie sententia pena ad
iam eterne concremationis ostenditur
et multam abyssum comedit vel
devorat quia iniquas hominum in-
comprehensibiles mentes concre-
mat que nunc se hominibus etiam
sub signorum miraculis occultant.
Pars autem domus domini comeditur
quia illos quoque iehenna devorat
qui nunc quasi in sanctis actibus de
electorum numero se esse gloriantur.
Qui igitur hic iordanis, ipsi illic
pars domus domini vocantur.
Antiquus ergo hostis habet fiduciam
quod iordanis in os eius influat
quia non numquam calliditatis sue
insidiis eos etiam qui electi pu-
tantur necat. Sed cuius cordis du-
ritiam non ista domini verba terrent
cuius mentis constantiam non ab
intimis cogitationum radicibus
quatiant, cum hostis noster tante
esse contra nos fortitudinis de-
monstratur? Nullumne erit con-
solationis adiutorium? Erit certe
vi z. nam subditur. In oculis eius quasi
hamo capiet eum. Notandum
valde est quod scripture sue verba
misericorditer temperans deus modo
nos asperis increpationibus terret
modo blandis consolationibus
refovet et terrorem fomentis
miscet et fomenta terrori. Certa nos
utrumque mira magisterii arte tem-
perat, nec desperatione in veniam
triti, nec incaute securi. Nam cum
Behemoth astutias insidias atque
effrenatas vires multiplicibus sen-
tentiis indicasset protinus uni-
geniti filii sui redemptoris nostri
commendat adventum, et quo ab
illo ordine Behemoth iste sit pe-
rimendus insinuat, ut quia cor-
dium nostrorum narrata illius virtute per-
tulerat merore nostrum animus indi-
cata eius perditione ~~[illegible]~~. Igitur relevet
postquam dixit Absorbebit fluvium
et non mirabitur et habet fiduciam
quod influat iordanis in os eius
ipsum illico adventum dominice incarnationis
annuntiabat dicens. In oculis eius quasi
hamo capiet eum. Quis nesciat
quod in hamo esca ostenditur, aculeus
occultatur? Esca enim provocat ut
aculeus pungat. Dominus itaque
noster ad redemptionem humani generis
veniens velut quendam de se in
necem diaboli hamum fecit. Assump-
sit enim corpus ut in eo Behemoth
iste quasi escam suam mortem
carnis appeteret. Quam mortem
dum in illo iniuste appetiit, nos quos
quasi iuste tenebat amisit. In
hamo ergo incarnationis eius
captus est, quia dum in illo appetit
escam corporis transfixus est aculeo
divinitatis. Ibi quippe inerat hu-
manitas que ad se devorantem
duceret. Ibi divinitas que perforaret.
Ibi aperta infirmitas que provocaret.
Ibi occulta virtus que raptoris
faucem transfigeret. In hamo igitur cap-
tus est quia inde interiit unde
devoravit. Igitur behemoth iste in-
carnatum filium dei esse noverat
sed redemptionis nostre ordinem
nesciebat. Sciebat enim quod pro redemp-
tione nostra incarnatus dei filius
fuerat, sed idem redemptor noster
quod illum moriendo transfigeret
omnino nesciebat. Bene ergo dicitur xemus quasi hamo
In oculis. In oculis quippe habere capiet eum.
dicimus quod coram nobis positum
videmus. Antiquus vero hostis
humani generis redemptorem ante se
positum vidit, quem cognoscendo cht [illegible]
confessus, confitendo pertimuit dicens ca. 1.
Quid nobis et tibi fili dei venisti
ante tempus torquere nos. In oculis
itaque suis hamo captus est quia

Dyabolus christum [illegible]
sed per mortem [illegible]
[illegible]

et nouit et momordit. Sic cognouit passionem pertimescet, et tamen post non pertimuit cum nullo qui etiam mortem carius esuriret. Igitur quia caput nunc quid per se fecit audiuimus, nunc per membra sua quid faciat audiamus. Sequitur

Et in sudibus perforabit nares eius.

Quid aliud sudes palos accipimus, quia videlicet acuuntur ut figantur, nisi acuta consilia sanctorum, que eius behemoth nares perforant, dum sagacissimas eius insidias et vigilando circumspiciunt et suspicando transfigunt. Per nares vero odor trahitur et ducto flatu hoc agitur, ut res etiam que longe est posita cognoscatur. Naribus ergo behemoth callide eius insidie designantur, per quas sagacissime nititur et occulta cordis nostri bona cognoscere et hec pessima persuasione dissipare. In sudibus itaque suis nares eius dissipat, quia callidas eius insidias acutis sanctorum sensibus penetrans enervat. Sepe etiam bonorum vias tanta insidiarum arte circumvolat, ut per ea que alicuius bene gesta cognouit ad maliciam aditum quereret. Nam cum alium largiri quod conspicit, inde alium in discordie flammam succendit. Et cum hunc respicit misereri illi, persuadet irasci ut dum bonum quasi committitur, stimulum insinuat concordes animos a bono gratie communis abscidat. Qui enim iustorum mentes ad mala suadendo non valet frangere bonis subtrahit actibus inter eos mala seminare. Sed sancti viri eius insidias tanto celerius vincunt, quanto et subtilius deprehendunt. Quod melius ostendimus si vnum e multis assertoribus veritatis in testimonium paulum vocemus. Sub quo quondam corinthius dum incesti facinus perpetrasset, eum doctor egregius in carnis interitu ad satisfactionem penitencie sathane tradidit et in diem domini saluum eius spiritum reservauit. Magna quippe arte magisterii est traditus, coactus in penam cui sponte substratus est in culpa, ut qui auctor fuerat ad vicium nequicie, ipse flagellum fieret discipline. Qua tamen bene gesta penitencia dum cognouisset corinthios super eum misericordia motos ait: Cui aliquid donastis et ego. Nam et ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. Commonens vero quod etiam cogitauit ait: Cui aliquid donastis et ego. Ac si diceret: A bono vestro non dissentio meum sit quod ipsi fecistis. At mox subdidit: Et ego si quid donaui propter vos. Ac si diceret: vestris actibus bonum addidi quod quia propter vos misericorditer feci vestra ergo vtilitas mea bonitas, mea est vtilitas bonitatis vestre. Qui ipsam mox compagem cordium in qua sit tenenda adiungens subdit: In persona Christi. Cui velut si diceret persimulamus: Quare te ita caute discipulis copulas, quare vel te illorum, vel illos tuis actibus tam sollicita mente conformas. Illico subiunxit: ut non circumueniamur a sathana. Cuius sathane insidias quasi acuto sensu transfigat insinuat subdens: Non enim ignoramus cogitaciones eius. Ac si verbis aliis diceret: Acutis sudibus domino auctore simul et nares Behemoth istius subtiliter circumspiciendo penetramus, ne hoc quod bene mens inchoat ipse in malicie finem vertat. Possunt per sudes acuti ipsius per carnem manifeste sapientie verba signari. Et quia naribus odor trahitur, per nares Behemoth istius illa antiqui hostis exploratio figuratur. Qui cum deum incarnatum esse dubitaret, hoc expetitis miraculis voluit temptando cognoscere dicens: Si filius dei es dic ut

1 cor 7 · 2 cor

ihc x

lapides isti panes fiant. Quia ergo
signiorum in dictis odorem divinitatis
eius agnoscere conciperunt, quasi
flatum naribus traxit. Sed ei
protinus rudet: Non in pane so-
lo vivit homo. Et iterum: Non temp-
tabis dominum deum tuum. Quia sen-
tenciarum suarum acuminibus in da-
gacem antiqui hostis vitiis prohibet
quasi nares eius sudibus perfo-
ravit. Sed quia Behemoth iste
prevaricationis argumenta diste-
ditur, adhuc adiuncto et alio no-
mine vocatur. Nam subditur: An
extrahere poteris leviathan hamo.
Leviathan quippe additamentum eo-
rum dicitur. Quorum videlicet nisi hominum
quibus semel culpam prevaricationis
intulit et hanc usque ad eternam
mortem pessimis suggestionibus
extendit. Quibus dum reatum
fenore peccati multiplicat, penas pro-
culdubio sine cessatione cumulat.
Potest quoque etiam leviathan ir-
risionem vocari. Primo quippe
hominum per callidam persuasionem
additurum se divinitatem prohibuit
sed in mortalitatem tulit. Addita-
mentum hominibus irrisionem di-
ci potuit, quibus dum hoc quod
non erant se addere spopondit
etiam hoc quod erant fallendo sub-
traxit. Sed leviathan iste hamo
captus est. Quia in redemptore
nostro dum per satellites suos es-
cam corporis momordit, divinitatis
illum aculeus perforavit. Quasi
hamus ante fauces glucientis
tenuit, dum in illo et esca carnis
patuit quam devorator appeteret,
et divinitas passionis tempore lateret
que necaret. In hac quippe aquarum
abysso, id est in hac mesititate
generis humani adorum mortem
inhyans, vitam pene omnium voravit
hinc illincque aperto ore cetus iste fe-
batur. Sed ad mortem ceti istius
hamus nec aquarum profunda
atque caligosa mira est dispositione

suspensus. Huius hami linea illa
est per evangelium antiquorum propago pa- Mt. 1
trum memorata. Nam cum dicitur
Abraham genuit Ysaac, Ysaac ge-
nuit Iacob. Cumque ceteri successores
in proposito Ioseph nomine usque ad
Mariam virginem describuntur, quasi
quedam linea torquetur. In cuius
extremo incarnatus est dominus,
id est hamus iste ligatus, quem
in huius aquis humani generis
dependentem aperto ore iste cetus appe-
teret. Sed eo per satellitum suorum
seviciam morso vires ulterius mor-
dendi non habet. Ne ergo iste hu-
manis mortibus cetus insidias
quas vellet ultra devoraret, ha-
mus hic raptoris fauces tenuit
et sese mordentem momordit. In-
carnatum ergo unigeniti filii sa-
cri eloquio deus in dictis ait:
An extrahere poteris leviathan
hamo. Subaudis ut ego, qui ad
raptoris mortem incarnatum
unigenitum filium mitto. In quo
dum mortalis caro conspicitur,
et immortalitatis potentia non
videtur, quasi hamus quidam
in se devorantem pervenit. Unde
acumen potencie quo transfigat
occultat. Sequitur: Et fune ligabis
linguam eius. Subaudis ut ego.
Scriptura enim fune aliquando fide
designare consuevit. Nam propheta
hereditarias dimensionum sortes
dicit: Funes ceciderunt michi in
preclaris. Etenim hereditas mea pre-
clara est michi. Funes quippe
in preclaris cadunt, dum per hu-
militatem vite sortes nos patrie
melioris excipiunt. Funis quoque
etiam peccata signat. Propheta
dicit: Ve qui trahitis iniquitates Ysa 5
in funiculis vanitatis. Iniquitates
namque in funiculis vanitatis tra-
huntur, cum perseverantia culpa pro-
telatur. Unde in psalmista dicitur: Funes
peccatorum circumplexi sunt me. Quia

Scriptura fune aliquando dimensionum sortes aliquando peccata

cum funis addendo torquetur
ut crescat. Quid in merito peccati
in fune signatur, quod perverso cor-
de saepe dum defenditur multipli-
catur? Rursum fune fides exprimitur
Eccl. 4 Salomone attestante qui ait: Fu-
niculus triplex difficile rumpitur.
Quia fides que videlicet de con-
gnitione trinitatis ab ore praedican-
cium texitur, fortis in electis per-
manens in solo reproborum corde
dissipatur. Hoc itaque loco funis no-
mine sive peccatum seu fides nil
obstat intelligi. Incarnatus enim
dominus noster fune leviathan
lingwam ligavit, quia per simili-
tudinem carnis peccati apparuit
et omnia errores eius praedicamenta
dampnavit. Unde Paulo attestan-
Ro. 8 te dicitur: Et de peccato dampnavit
peccatum. Fune lingwam ligavit, quia
per similitudinem carnis peccati
ab electorum suorum cordibus cunc-
ta eius fallacie argumenta de-
struxit. Ecce enim apparente
in carne domino leviathan lin-
gwa ligata est, quia eius veritate
congnita, ille falsitatis doctrine
tacuerunt. Ubi enim nunc est
error achademicorum, qui certe
conatur astruere certum nichil esse
qui inpudenti fronte assertoribus
suis fidem ab auditoribus exigunt
cum vera esse nulla testantur? Ubi
mathematicorum superstitio qui dum
signorum cursus suscipiunt, vitas
hominum in siderum momenta suspen-
dunt? Quorum apte doctrinam saepe
geminorum nativitatis dissipat, qui
cum uno eodemque momento hore
prodeunt, non in una conversacionis
qualitate perdurant. Ubi tot praedi-
camenta falsitatis que enumerare
refugimus, ne ab exponendi or-
dine longe recedamus? Quae omnis
iam erroris doctrina conticuit
quia leviathan lingwa dominus
incarnacionis sue fune constrinxit.
Isa. 11 Unde bene etiam per prophetam dicitur:

Et desolavit dominus lingwam ma-
ris egypti. Lingwa quippe maris est
sciencia doctrine secularis. Bene autem
mare egypti dicitur, quia peccati obscu-
ritate fuscatur. Lingwam ergo maris
egypti dominus desolavit, quia
huius mundi falsam sapienciam
per carnem se ostendendo destruxit.
Fune ergo leviathan lingwa con-
stringitur, quia per similitudinem
carnis peccati ligata est praedicacio
vetusti predonis. Si autem fides
fune signatur, idem nobis iterum
intellectus innuitur. Quia dum
praedicatores sancti in mundo fides
trinitatis innotuit, contra electorum
mentes eius quippe mundi doctrina
cessavit. Unde bene deo per prophetam
dicitur: Tu dirupisti fontes et tor-
rentes, tu siccasti fluvios ethan.
Ethan quippe interpretatur fortis. Et
quis est hic nisi de quo dominus in
evangelio dicit: Nemo ingressus domum Mt 12
potest vasa eius diripere nisi prius
fortem alliget. Fontes itaque et tor-
rentes dominus dirupit, dum
in apostolorum suorum cordibus flu-
enta veritatis aperuit. De quibus rur-
sum palam per prophetam dicit: Haurietis Isa
aquas in gaudio de fontibus sal-
vatoris. Ad eorum quippe doctrina
sicientes pergimus, ut veritate
plenas cordium nostrorum lagune-
las reportemus. Ex emanantibus
suis fontibus ethan fluvios ex-
siccavit, dum doctrinam fortis et
maligni spiritus exsiccavit omnino
sue veritatis radio arescere. Levia-
than ergo lingwa fune stringitur
quia exorta fide trinitatis eo-
rum praedicamenta siluerunt. Sed
quia iam se apte extollere non
valet, hinc illucque timens per insi-
dias mordet. Circa autem nunc con-
tra hunc pro nobis dominus vigilat
atque enim et in hoc quod fraudibus
mollitur expugnat. Unde subditur:
Numquid pones circulum in naribus vii

Dentes eius. Sicut per dentes in fide ita
per circulum diuine uirtutis omni
potencia designatur. Que ne dum con
prehendi nos temptationibus pro
hibet, uimis ordinibus antiqui
hostis insidias complectens tenet.
Circulus ergo in naribus ponitur
dum circumducta protectionis superne
fortitudine sagacitas eius retine
tur contra infirmitatem hominum tan
tum preualeat quantum predicationis
argumenta latenter explorat. Pot
est etiam circuli nomine iudicii occulti
adiutorium designari quod in
huius behemoth naribus ponitur
cum acuta sua crudelitate re
frenatur. Unde bene per prophetam cum
Isa 37 ab israelitarum lesione prohibet regi
babylonie ... dicit: Ponam cir
culum in naribus tuis. Ac si aper
te diceret: Cogitando insidias sus
piras, sed explere quod appetis
non valendo omnipotencie mee
circulum in naribus tuis portas.
Ut cum ad bonorum mortem ar
dentius anhelas ab eorum uita
uacuus redeas. Quem vero hoc loco
circulum hoc scriptura sacra per
Johannem in apocalipsi falcem
Apo. 14 vocat. Ait enim: Vidi et ecce nu
bes candida et super nubem sede
tem similem filio hominis habentem
in capite suo coronam auream,
et in manu sua falcem acutam.
Potestas enim diuini iudicii que
undique stringit circulus dicitur, que
in terra se omnia incidendo conplec
titur falcis appellatione signatur. In
falce autem quicquid incidit quod
conversum flectitur intus cadit. Et
quia potestas superni iudicii nul
latenus euitatur intra ipsam conpre
hensi quolibet effugere conemur.
Recte cum uenturus iudex oste
ditur, falcem tenere perhibetur. Quia
cum patenter ad omnia obuiat et
incidendo circumdat, esse se intra
falcem iudicii propheta uidit cum
diceret: Si ascendero in celum tu

illic es, si descendero ad infernum
ades. Si sumpsero pennas meas
ad diluculo et habitauero in extre
mis maris. Et enim illuc manus
tua deducet me et tenebit me
dextera tua. Intra quandam
falcem se uidit, cum ex nullo
sibi loco patere aditum fuge[re]
posse cognouit dicens: Quia
neque ab oriente neque ab occidente
neque a desertis montibus, sub
audis, patet uia fugiendi, atque
mox ipsius superne potencie
omnimodam conprehensionem sub
dens ait: Quoniam deus iudex
est. Ac si diceret fugiendi uia
undique deest, quia ille iudi
cat qui ubique est. Diuina itaque
iudicia sicut signatur falce quia
conuallancia incidunt ita ex
primuntur circulo quia undique strin
gunt. In leuiathan itaque na
ribus a domino circulus ponitur,
quia iudicii eius potencia in
insidiis suis nequaquam uult p
ualeat coartatur. Dicitur ergo
Numquid pones circulum in naribus
eius. Sub audis ut ego qui as
tucias eius insidias omnipote
ti iudicio meo stringo. Ut nec
tantum temptet quantum appe
tit, nec tantum capiat quam
~~appetit nec tamen capiat~~ quan
tum temptat. ~~Sequitur~~ Aut ar
milla perforabis maxillam eius.
Ab intellectu circuli armilla non E
discrepat. Quia ipsa hoc quoque
ubi ponitur ambiendo constringit.
Sed quia armilla lacius tenditur
per armillam eius occulti iudi
cii erga nos protectio propensior
designatur. Armilla ergo dominus
maxillam leuiathan istius per
forat quia ineffabili uirtute sue
potencie sic malicie hostis an
tiqui obuiat. Ut aliquando eos
etiam quos iam cepit amittat
et quasi ab ore istius cadunt
qui post perpetratas culpas ad in

nocencia redeunt. Quis enim
illius ore semel raptus maxil
lam eius euaderet si perforata
non esset. An non in ore petrus
tenuit cum Christum negauit. An
non in ore suo dauid tenuit cum
in tantam se luxurie voraginem
mersit. Sed dum uterque ad vitam
pristinam redijt, leuiathan iste
eos aliquo quasi per maxille sue
foramen dimisit. Per foramen
ergo maxille ab eius ore subtrac
ti sunt qui post perpetracionem tante
culpe penitendo redierunt. Quis
autem hominum os istius leuiathan
euadat ut nulla illicita commit
tat. Sed hinc cognoscimus quan
tum redemptori humani generis
debitores sumus, qui non solum
nos in os leuiathan ire prohibuit
sed ab ore eius etiam redire con
cessit, qui spem venie peccatori non
abstulit, quia maxillam eius
ut euadendi viam tribueret
perforauit ut saltem post morsum
fugiat qui incautus prius ne
quaquam morderi metuebat. Ubique
ergo nobis occurrit superna
medicina. Quia et dedit homini
precepta ne peccet, et tamen
peccanti dedit remedia ne de
speret. Unde cauendum summopere est
ne quis delectacione peccati leuia
than istius ore rapiatur. Et tamen
si raptus fuit non desperet, quia
si peccatum perfecte lugeat adhuc
foramen in maxilla eius invenit
per quod euadat. Iam dentibus
teritur sed adhuc euadendi via
querit in maxilla eius foramen
inuenitur. habet ergo captus quo
exeat qui prius noluit ne
caperetur. Quisquis non dum captus
est maxillam eius fugiat. Qui
vero iam captus est in maxilla
foramen querat. Pius enim ac
iustus est conditor noster. Sed
nemo dicat quia pius est, venia
liter pecco, et nemo dicat qui
peccauit quia iustus est, de
peccati remissione despero. Re

laxat enim deus facinus quod de
fletur. Sed perpetrare quis non timeat
quod si digne deflere possit ig
norat. Ante culpam ergo iusticiam
metuat, post culpam tamen de
pietate presumat, neque ita iusticiam
timeat ut nulla spei consolacione
conualescat, neque ita confidat de
misericordia ut adhibere vulneribus suis
digne penitencie negligat medi
cinam. Sed quem presumit sibi pie
parcere semper etiam cogitet districte
iudicare. Sub pietate itaque eius
preces peccatoris gaudeant, sed
sub districcione eius penitentis cor
reccio contremiscat. Spes ergo
presumpcionis nostre habeat etiam
morsum timoris, ut ad corrigen
da peccata iusticia iudicantis terreat
quem ad fiduciam venie gracia
parcentis inuitat. Hinc enim per Ecc.
quendam sapientem dicitur: Ne dixe
ris miseraciones domini magne
peccatorum meorum non recordabitur.
Pietatem namque eius protinus
et iusticiam subdit dicens: Misericordia
enim et ira ab eo. Diuina itaque
sciencia maxillam istius behemoth
perforans ubique humano generi
et misericordiam et potentiam ostendit, quia
nec libero admonicionem continendi
tacuit, nec capto remedium fu
giendi subtraxit. Ad hoc quippe
in scriptura sacra virorum talium
idest dauid et petri peccata sunt
indicata, ut cautela minorum
sit ruina maiorum. Ad hoc vero
utrorumque illic insinuatur et penitencia
et venia, ut spes pereuncium sit
reparacio perditorum. De statu ergo
suo dauid cadente nemo superbiat,
delapsu etiam suo dauid sur
gente nemo desperet. Ecce quam
mirabiliter scriptura eodem verbo
superbos premit, quo verbo humiles
leuat. Unam namque rem gestam
retulit et duplo modo superbos
// ad quidem humilitatis formidine
humiles vero ad spei fiduciam

renovavit. O inestimabile novi
generis medicamentum quod uno
eodemque ordine positum, et pre-
mendo tumentia exsiccat et sub-
levando arentia infundat. Quia ma-
iorum lapsu nos terruit, sed repa-
ratione roboravit. Sic quippe per
hec nos divina dispensationis ma-
nus et superbientes repremit et ne ad de-
sperationem corruamus fulcit. Unde
etiam per Moysen admonet dicens.
Deut. 23 Non accipies loco pignoris supe-
riorem aut inferiorem molam. Acci-
pere namque aliquando dicimus auf-
ferre. Unde et aves ille que sunt
rapiendis avibus avide accipi-
tres vocantur. Unde et Paulus apostolus
ait: Sustinetis enim si quis devo-
2 Cor. 11 rat, si quis accipit. Ac si dicat si
quis rapit. Pignus autem debi-
toris est confessio peccatoris. A de-
bitore enim pignus accipitur cum
a peccatore iam peccati confessio
tenetur. Superior autem inferior-
que mola est spes et timor. Spes
quippe ad alta provehit, timor
autem cor inferius premit. Ut mo-
la superior et inferior ita sibi ne-
cessario iungitur, ut una sine altera
inutilis videatur. In peccatoris itaque
pectore incessanter debet spes et
formido coniungi, quia incassum
misericordiam sperat, si non etiam iustitiam
timeat. Incassum iustitiam metuit,
si non etiam de venia confidit.
Loco autem pignoris mola su-
perior aut inferior tolli prohibetur,
quia qui peccatoribus predicat tan-
ta dispensatione predicationem dis-
ponere debet, ut nec relicta spe
timorem subtrahat, nec subtracta
spe in solo eum timore derelinquat.
Mola enim superior et inferior
tollitur, si predicantis lingua non in
peccatoris pectore, aut timor ab
spe aut a timore spes dividatur.
5 Sed quia exigente causa David
ad medium deducto tanti faci-
noris memoriam fecimus, lecto-
ris fortasse animus movetur.

Cur omnipotens deus eos quos in perpe-
tuum elegit, quos ad honorum spiritua-
lium culmen assumpsit, illesos
a corporalibus viciis non custodivit. Un-
de quia et sepius fieri cernimus breviter
videamus. Nonnulli enim
percepta dona virtutum, per impen-
sam gratiam bonorum operum in su-
perbie vicium cadunt, sed tamen
quia ceciderunt non agnoscunt.
Proinde contra eos hostis an-
tiquus quia iam intus dominatur
etiam exterius sevire permittitur,
ut qui in cogitatione elati sunt
per carnis luxuriam prosternantur.
Scimus autem quia aliquando
minus est in corporis corruptione
cadere, quam cogitatione tacita et
deliberata elatione peccare.
Sed cum minus turpis superbia
creditur minus vitatur. Luxuriam
vero eo magis erubescunt ho-
mines quo simul turpem omnes
noverunt. Unde fit plerumque ut
nonnulli post superbiam in luxu-
riam corruentes ex aperto casu
malum culpe latentis erubes-
cant, et tunc etiam maiora
corrigunt, cum prostrati sum-
mis gravius confunduntur. Reos
enim se inter minora conspiciunt, qui
se liberos inter maiora crede-
derunt. Pia igitur divina dispensa-
tione laxatus iste Behemoth
non nunquam de culpa ad culpam
trahit, ut dum plus percutit
inde eum quem ceperat amittat,
atque unde vicisse putatur inde
superatur. Considerare libet intra
immensum gratie sinum quanto
deus nunc favore nos continet.
Ecce qui de virtute se extollit
per vicium ad humilitatem redit.
Cum vero acceptis virtutibus
extollitur, non ut gladio sed ut
ita dixerim medicamento vul-
neratur. Quid enim virtus nisi
medicamentum, et quid est vicium
nisi vulnus. Quia ergo nos de

medicamento vulneris facimus,
facit ille de vulnere medicamentum
ut qui virtute perimitur vicio
trucidemur. Nos namque virtutum
dona retorquemus in usum
viciorum, ille [illegible] assumit
in artes virtutum et salutis statum
perimit ut servet, ut qui
humilitate stantes fugimus
ei saltem cadentes inhaereamus.
Sed inter haec sciendum quod plerique
sunt qui dum in multis corruunt
artius ligantur, cumque
eos behemoth iste ex uno vicio
perimit ut concidat, ex
alio quoque ligat ne surgant.
Consideret itaque homo cum quo
adversario bellum gerit et si iam
se in aliquo deliquisse perpendat
saltem ad culpam pertrahi
ex culpa pertimescat, ut studiose
vitentur vulnera quibus
frequenter inficit, quia valde
vanum est quod hostis noster electorum
saluti etiam vulneribus furit.
Maxilla tamen behemoth istius
perforata intelligi et aliter potest
ut in ore tenere dicatur non quos
iam perfecte peccato implicat, sed
quos adhuc peccati persuasionibus
temptat. Quis enim quolibet mandere
sit de peccati delectatione temptare.
Mandendum quippe sed non
deglutiendum acceperat paulum
quando illum post tot revelationum
sublimia stimulus carnis
agitabat. Tunc ergo cum contra
illum licentiam temptationis accepit,
in maxilla eum tenuit sed
perforata. Cum vero elatus perire
poterat, temptatus est ne periret.
Temptatio ergo illa non vorago
viciorum sed custodia virtutum
fuit. Quia leviathan iste fatigando
eum in afflictione contrivit,
sed non in culpa capiendo
devoravit. Elatos autem viros

in sanctitate non amitteret nisi temptaret, et sancti non essent qui
de sanctitatis gloria superbiret, et tanto
subeius iure caderent quanto se
in suis viribus elevaret. Sed
mire dispensationis ordine agitur
dum temptatur humiliatur, dum
humiliatur eius esse iam desinunt.
Bene ergo maxilla istius behemoth perforata dicitur, quia electos dei vide[tur]
conterit, inde amittit. Unde temptat ut perdat, inde agit ne pereant.
Antiquus itaque hostis occultis dei dispensationibus famulans
sanctorum animas ad interitum
temptat volens, sed ad regnum
temptando servat invitus. Maxilla ergo eius perforata est, quia
eos quos temptando id est mandendo conterit, quasi cum deglutit amittit. Quod quia non
humana sed divina agitur providentia, ut utilitati nostrorum ipsa vetusta adversarii astucia suffragetur, quis cum electos temptat
eos magis temptando custodiat.
Bene ad beatum Job dicitur: Armilla
perforabis maxillam eius, subaudis ut ego, qui proinde cuncta dispones, electos meos inde
robustius in integritate custodio
unde eos per leviathan istius temptationes labefactari ab integritate
permitto. Sequitur: Numquid multiplicabit ad te preces aut loquetur
tibi mollia. Subaudis ut in[illegible]
Si enim ad personam filii haec verba
referimus, incarnato ei mollia
loquebatur cum diceret: Scio quia
sis sanctus dei, ad quem leviathan
iste multiplicavit preces cum pro
subdita sibi legione dixit:
Si eicis nos mitte nos in gregem
porcorum. Quamvis intelligi potest
apcius, quia ad dominum preces multiplicat cum extremo die iudicii in ignem qui eius corpus sunt

+ Viciorum tenebris

2 cor 12

sibi parti parant, cum membra eius
videlicet reprobi sero clamantes
dicunt: Domine domine aperi nobis.
Mt 27 Quibus protinus dicitur: Nescio
vos unde estis. Tunc vero domino
suo per membra loquitur, quando multi
ex eius corpore dixerunt: Domine
domine nonne in nomine tuo prophetavi-
Mt 7 mus, et in nomine tuo demonia
eiecimus, et virtutes multas fe-
cimus. Mollia quidem de prioribus
dicunt, cum eius iam replicant
que fecerint, sed duro corde ista
quia fecerit in suam laudem rapu-
erunt. Unde mox audiunt: Nescio
qui estis. Sequitur: Numquid fa-
ciet tecum pactum? Subaudis
ut meum. Et accipies eum servum
sempiternum. Subaudis ut ego. Sed
valde solerter intuendum est quod
pactum leviathan iste cum deo
feriat, ut sempiternus ab eo servus
habeatur. In pacto enim discordan-
cium partium voluntas impletur,
ut adversum suum quisque perveni-
at et iurgia desiderato fine con-
cludat. Antiquus itaque hostis
a summa veritate dum in nocentie
malicie sue face succensus dis-
cordat, sed ab eius iudicio eciam
discordando non discrepat. Ita
viros iustos semper malivole temp-
tare appetit, sed tamen hoc dominus
nisi misericorditer vel iuste fieri per-
mittit. Hec ipsa ergo temptatio-
nis licencia pactum vocatur, quia
et desiderium temptatoris agitur
et tamen per eam miro modo vo-
luntas iusti dispensatoris impletur.
Erudiendos enim sicut inspe[xi]-
mus electos suos dominus temp-
tatori subiciat, sicut post paradi-
si claustra, post tercii celi secreta,
ne revelacionum magnitudine
Paulus extolli potuisset, ei
sathane angelus datus est, sed
ut per ipsum suum ipsi hac temp-

tacione disponitur, ut qui elati per-
ire poterant humiliati ad salutem
pervenirent. Secreto ergo dispensacionis
ordine, unde sevire permittitur
iniquitas dyaboli, inde pie perfi-
citur benignitas dei. Sed bene cum
pacto quod cum domino fecisse dicitur
servus accipi prohibetur, quia inde
obtemperat nutibus superne gracie
unde exercet iram nequissime
voluntatis sue. Servus ergo ex
pacto est, qui dum voluntate
suam implere permittitur, a superni
consilii voluntate ligatur, ut elec-
tos dei sicut dictum est volens
temptet et temptando nesciens
probet. Sed quia tam diu in
hac vita electorum usibus servit
quamdiu malicie sue temptacioni-
bus exercere potuit, hoc in loco
a domino non solum ex pacto
servus, sed sempiternus servus acci-
pi dicitur. In vestigare compellimur
quomodo et post presentis vite ter-
minum servire eum domino in perpe-
tuum demonstremus. Neque enim
tunc iustos celesti felicitate
pollentes adhuc temptare per-
mittitur, cum ante eorum oculos
eius iehenne ignibus mancipatur, quia nequaquam illa superna
patria temptacionibus erudiendi
sunt, in qua iam pro temptacionum
laboribus remunerantur. Sed tunc
leviathan iste cum suo corpore
reprobis videlicet omnibus flam-
mis ultricibus traditur, quibus
sine fine cruciatur. Quos scilicet
cruciatus dum iusti conspiciunt
in dei laudibus crescunt, quia
et in se cernunt bonum quo remu-
nerati sunt, et illis supplicium
quod evaserunt. Ita enim tunc
pulchra erit universitas, dum
et iehenna iuste cruciat impios
et eterna felicitate iuste remu-
nerat pios. Sicut enim niger
color in pictura substernitur, ut
super albus vel rubeus pulchri-
or ondatur, ita tunc malos bene

// ne quando

2 cor 12
in

Temptacio humiliat
et salvat

ordinatis deus felicitatis exhibet gau-
dia beatorum ostensis ante eorum
oculos suppliciis reproborum. Et quam-
vis illud ex divina visione eorum
gaudium non sit quo crescat, ma-
gis tamen auctori suo esse se de-
bitores senciunt, quando et bonum
cernunt quod ipsi remunerati perce-
perunt, et malum quod misericordie
adiuti vicerunt. Igitur sublimitati
iustorum et hic temptatio levia-
than istius et illic dampnatio
proficit. Sempiternus hostis et nunc
Dei laudibus servit nesciens, et
illic eius pena iusta, et hic vo-
luntas iniusta. Sequitur: Numquid
illudes ei quasi avi? Quid est
quod adversarius noster prius
behemoth postmodum leviathan
dicitur. Nunc vero avi per deceptionis sue
illusionem comparatur. Behemoth quippe
ut diximus belua in terra quia qua-
drupes ostenditur, dum sicut bos
fenum comedere perhibetur. Leviathan
vero qui hamo capitur procul dubio
serpens in aquis innotescit. Nunc
vero ad avis similitudinem du-
citur cum dicitur: Numquid illudes
ei quasi avi? Cur ergo belua,
cur iumentum vel draco, cur avis
appelletur indagemus. Citius enim
nomina eius cognoscimus, si tergi-
versationis illius astutiam subtiliter
exploremus. De celo quippe ad ter-
ram venit, et ad spem celestium
nulla iam respiratione erigitur. Ir-
racionabile ergo et quadrupes
animal est per immunde actionis
fatuitatem, draco per nocendi ma-
liciam, avis per subtilis nature le-
vitatem. Quia enim hoc quod
contra se agit ignorat, bruto
sensu belua est; quia malicia no-
bis nocere appetit, draco est; quia
vero de nature sue subtilitate su-
perbe extollitur, avis est. Rursum
in hoc quod agit inique ad utilitatem
nostram divina virtute possidetur,
iumentum est; quia vero latenter
mordet, serpens est. Quia autem
nonnumquam per dominatum superbiam

se etiam lucis angelum simulat, a-
vis est. Humanum etenim genus
quamvis inexplicabili iniquitatis
arte lacessat, tribus tamen vitiis
valde temptat, videlicet alios sibi
per luxuriam, alios per maliciam, alios
per superbiam subdit. Non ergo im-
merito ex eo quod agere nititur, ex
ipso actionum suarum nomine vocatur,
cum iumentum, draco vel avis dicitur.
In eis quippe quos ad luxurie
stultitiam excitat iumentum est;
in eis quos ad nocendi inflammat
malicia draco est; in eis autem quos
inflatu superbie quasi ad alta sapi-
entes elevat avis est; in eis autem
quos pariter in luxuria, superbia, malicia
possidet iumentum, draco simul et
avis est. Per tot namque ad eorum cor-
ruptionem species se intulit, et quot eos ne-
quicias implicavit. Multarum igitur
rerum nomine vocatur, quia ante
deceptorum mentes in varias
formarum species vertitur. Cum enim
nunc per carnis luxuriam temptat,
et tamen minime superat, mentitam
suggestione cor illius in maliciam
inflammat. Quia ergo ad eum
venire belua non valuit, draco
venit; illum veneno malicie cor-
rumpere non valet, sed tamen bona
sua eius oculis opponit et cor
illius in superbiam extollit. Huic
ergo ut draco surripere non valet,
sed tamen adducto fantasmate
inanis glorie coram cogitationis
eius obtutibus quasi avis volat.
Que nimirum avis tanto contra
nos immanius extollitur quanto nulla
nature sue infirmitate impeditur.
Quia enim carnis morte non premitur,
et redemptorem nostrum in carne mor-
talem vidit, altiori fastu elatione
intumuit. Sed ubi contra auctorem
suum penna superbie se extulit, ibi
laqueum sue mortis invenit.
Nam eius carnis morte prostra-
tus est quem expetiit elatus, et
inde pertulit laqueum unde quasi escam
sue malicie mortem ipsi concupivit.
Dicitur ergo: Numquid illudes ei quasi
avi? Quasi avi quippe dominus illusit,
dum ei in passione unigeniti filii

sui ostendit escam sed laqueum
abscondit. Vidit enim quod ore
preberet sed non vidit quod gutture
teneret. Nam quamvis eum confessus
fuerat filium dei, velut purum
hominem tamen illum mori credi-
dit. ad cuius mortem iudeorum
animos persequentium concitavit. Ex
ipso traditionis tempore eius
tar- de iam cognovisse intelligitur
quod libera eius morte puniretur. Unde
et pylati coniugem sompnis terruit
ut vir illius iusti persecucione ces-
saret. sed res interna dispensacione
disposita nulla valuit machina-
cione refragari. Expediebat namque
ut peccatorum mortem iuste mori-
entem solveret mors iniusti iniuste
morientis. Quod quia leviathan
iste usque ad tempus passionis illius
ignoravit quasi more avis illu-
sus divinitatis eius laqueum pervidit
dum humanitatis eius escam mo-
xl mordit. Sequitur. Aut ligabis eum
iiij ancillis tuis. Sub audis ut ergo
In servis et si despecta est condicio
virilitas viget. In ancillis autem
cum condicione pariter sexus iacet.
Bene ergo dominus leviathan
istum non suis sed ancillis suis
ligare asserit. Quia ad nostram
redempcionem veniens et suos con-
tra mundi superbiam predicatores
mittens. relictis sapientibus in-
sipientes. relictis fortibus debiles.
relictis divitibus pauperes elegit.
Ancillis ergo suis leviathan huius
fortitudinem dominus ligavit.
Cor. 1 Quia attestante paulo infirma
mundi elegit deus ut confundat
fortia. Unde bene per salomonem di-
Prov. 9 Sapiencia edificavit sibi domum ex-
cidit columpnas septem. immolavit
victimas. miscuit vinum. proposuit
mensam. misit ancillas suas
ut vocarent ad arcem et ad me-
nia civitatis. Sapiencia sibi pro-
pe domum condidit. cum unige-
nitus filius dei in semetipso
intra virginis uterum mediante
anima humanam sibi corpus creavit.
Sit quippe corpus unigeniti do-

mini dei dicitur. Sicut etiam tem-
plum vocatur. ita vero ut unus idem-
que dei atque hominis filius ipse sit qui
inhabitat. sit ipse qui inhabitatur. Ec-
clesiam vero et alibi accipitur si domus
sapiencie etiam vocatur. que septem
columpnas sibi excidit. quia ab amo-
re seculi districtis ad portandam
eiusdem ecclesie fabricam mentes
predicancium erexit. Que proco quod
perfectionis virtute sublimes sunt
septenario numero signantur. Immolavit
victimas. Quia vitam predicancium
mactari in persecucione permisit. Vi-
num miscuit. Quia divinitatis et hu-
manitatis sue pariter nobis archana
predicavit. Mensam proposuit. quia
scripture sacre nobis pabula ape-
riendo preparavit. Ancillas eciam
suas misit. que ad arcem nos
atque ad civitatis menia vocarent.
Quia predicatores infirmos ab-
iectosque habere studuit qui fideles
populos ad supernalis patrie edifi-
cia superna colligerent. Unde in
evangelio dominus nathanaelem Jo. 1
laudat. nec tamen in sorte predi-
cancium numerat. quia ad predicandum
enim dominum tales venire de-
buerant qui de laude propria nil
habebant. ut tanto solius veritatis
esse cognoscerentur agerent quanto et
aperte tacerent. quia ad hoc agen-
dum per se ydonei non fuissent. Ut
ergo miracula potencia predicatorum || dei
vocis claresceret prius mirabilius
actum est ut eorundem meritum
nullum esset. Ancillas ergo deus
misit et leviathan huius fortitu-
dinem ligavit. quia infirmos pre- || uideo exhibuit et potentes
dicatores quosque qui eius corpus
fuerant subtractis sui vincula con-
strinxit. et ipsemetipso leviathan
iste ancillis ligatur. cum infirmis
predicantibus veritatis lumine clare-
scente contra electorum mentes an-
tiquus hostis non quantum vult
sevire permittitur sed ne sibi fideli-
tatis captivitate cunctos quos
appetit teneat. signis et virtutibus

coartat. Ipse ergo per se hoc fortiter fa-
cit, qui contra illum vires non for-
tibus tribuit. Sed quia quos con-
tra eum dominus mittat in-
sinuat, nunc etiam quid ipsi agant
qui mittuntur adiungit. Sequitur
xij li Concident eum amici, divident
illum negociatores. Leviathan iste
toties conciditur, quotiens divini
verbi gladio sua ab illo membra
separantur. Iniqui enim cum verbum
veritatis audiunt, et sancto ti-
more perculsi ab antiqui hostis
imitatione se suspendunt, ipse
in corpore suo dividitur, cum hii qui
ei prave inheserunt subtrahun-
tur. Ipsos etiam amicos nominat
quos superius ancillas vocat. Ip-
sos etiam negociatores appellat
quos amicos dixerat. Sancti etenim
predicatores prius ancille sunt per
formidinem, post amici per fidem, ex-
tremum quoque negociatores per ac-
tionem. Ipsis quoque infirmantibus
dicitur: Nolite timere pusillus grex
Luc 12 quia complacuit patri vestro dare
vobis regnum. Ipsis ~~regnum~~ iam
convalescentibus dicitur: Vos autem
Jo 15 dixi amicos, quia omnia que cumque
audivi a patre meo nota feci vo-
bis. Ipsis vero ad extremum in
negocii operatione pergentibus iube-
Mr ulto tur: Euntes in mundum universum
predicate evangelium omni creature.
In predicatione quippe fidei quasi
quoddam negocium geritur, dum verbum
datur, et fides ab auditoribus
sumitur. Quasi quoddam negocium
faciunt qui predicationem erogant
et a populis fidem reportant. Fidem
impartiunt, et eorum sanctam pro[illegible]
vitam sumunt. Si enim historie
predicacio negocium non fuisset, pro-
fecto psalmista non diceret: Sumi-
te psalmum et date tympanum.
In tympano etenim corium siccatur
ut sonet. Quid est ergo dicere
Sumite psalmum et date tympa-
num, nisi accipite spirituale canticum
cordis et reddite carnalem mace-
racionem corporis. Si superna predicacio-
nis negocium non fuisset, nequaquam sub
typo fortis mulieris Salomon de Prov ult
sancta ecclesia diceret: Syndonem
fecit et vendidit, et cingulum tradi-
dit chananeo. Quid enim signatur
in bissino syndonis nisi subtilis tex-
tura sancte predicacionis in qua
molliter quiescitur, quia nulla mens
fidelium spe superna refovetur? Hinc Act 10
et Petro animalia in lintheo
demonstrantur, quia peccatorum anime
misericordie aggregate in blanda fidei
quiete continentur. Hanc ergo
syndonem ecclesia fecit et vendidit,
quia fidem quam credendo te-
xuerat loquendo dedit, et ab in-
fidelibus vite conversacionis accepit.
Que et chananeo cingulum tra-
didit, quia per vigorem demonstra-
te iusticie fluxa opera gentilitatis
astrinxit, ut hoc quod percepit vi- Luc 12
vendo teneat. Sint lumbi vestri
precincti. Predicatores ergo suos
dominus terrendo ancillas invenit,
permulcendo amicos facit, ditando
negociatores exhibet. Qui enim
mundi prius minas infirmi ti-
muerunt, post ad cognoscenda di-
vina consilia ascendunt. Ditati
autem virtutibus usque ad exer-
cendum negocium fidei pertingunt,
ut leviathan istius membra in-
crepando atque persuadendo tanto
felicius incidant quanto cari
facti amori veritatis semetipsos
verius copulant, et ab eo pecca-
tricum animas tanto celerius sub-
trahant, quanto negociatores
ydonei facti in semetipsis am-
plissimas apothecas virtutum
monstrant. Quam enim predicato-
res dei valde laudabiliter a levi-
athan isto res possessas dividant,
veritatis vox per prophetam pollicetur
dicens: Et si separaveris preciosum Jsa 15
a vili, quasi os meum eris. Preci-
osum quippe a vili separat, qui
humanas mentes a reproba an-
tiqui hostis imitacione distinguit.
Hec os dei dicitur, quia per eum

procul dubio eloquia divina formant
Sequitur/ Numquid implebis sagenas
pelle eius aut gurgustium piscium
capite eius illius Quid per sagenas
vel gurgustium piscium/ nisi ecclesie
fidelium· que unam eciam katholi
cam faciunt/ designantur/ Unde rursum
scriptum est Simile est regnum celorum
sagene misse in mare et ex omni
genere piscium congreganti/
Quam in hoc gentilitatis seculum
missam respicit/ sed malos cum bo
nis/ superbos cum humilibus/ iracun
dos cum mitibus/ et stultos cum
sapientibus cepit/ In pelle vero
leviathan istius stultos eius cor
poris/ in capite autem prudentes
accepimus/ Vel certe in pelle que est
exterius subditi adhuc extrema
sapientes/ capite autem prepositi de
signantur/ et bene dominus servato
ordine has sagenas vel gurgustium
piscium/ id est eciam suam et voca
fidelium/ prius se pelle eius et post
modum capite eius asserit imple
turum/ Quia sicut superius diximus
prius elegit infirma/ ut post confun
deret fortia/ Elegit quippe stulta
mundi ut confunderet sapientes
Prius namque collegit indoctos
et postmodum philozophos et non
per oratores docuit piscatores sed
egit oratores/ Dicit ergo Numquid
implebis sagenas pelle eius aut
gurgustium piscium capite illius
Subaudis ut ego/ qui in ter[ra]
eciam fidelium prius quasi pelle
dyaboli/ extremos atque infimos
colligo/ et postea caput illius id est
prudentes michi adversarios sub
do Sequitur/ Pones super eum manum
tuam Subaudis ut ego/ qui forti
illum potencia reprimens/ ideo plus
quam expedit sevire permitto/ eiusque
seviciam quantum promisero in elec
torum meorum utilitatem retorqueo/.
Vel certe manum super eum ponere
est virtutes potestate superare
Beato igitur Iob prerogativam dicitur

Pones super eum manum tuam Ac
si aperte dicatur/ Numquid per ea nunc
illum reprimis. Unde et aperte mox
subditur/ Memento belli nec addas
ultra loqui/ Alia dispensacio iudi
ciorum dei/ idcirco bene merentes
famulos vel minis impetit vel
flagellis premit/ vel quibusdam
super impositis oneribus gravat vel
laboriosis occupacionibus implicat/
quia mira potencia providet
quod si quieti ac liberi in tranquillita
te persistent temptaciones adver
sarii ferre non valentes mentis
vulneribus prostrati iacent/ Dum
ergo eos foris tollerandis flagel
lis vel oneribus occupat susti
piendis/ intus temptacionum
iaculis occultat/ Moris quippe
medicinalis est ut sepe fervorem
viscerum/ in pruriginem cutis
trahat/ et plerumque in de intus
curat/ unde exterius sauciat/.
Ita non numquam divine dispensa
cionis medicamine agitur ut ex
terioribus doloribus interim
vulnus adimatur et flagellorum
sectionibus repellatur ea que occu
pare mente poterat interior
putredo viciorum/ Et tamen sepe
dum patentis culpe sibi consci
homines non sunt/ et aut dolo
ribus cruciantur aut laboribus re
primuntur/ contra iustum atque om
nipotentem iudicem in querelam
prosiliunt scilicet iniuste se
tueri quod contra forte ad
versarium gerunt/ Cuius si intol
lerabiles vires sollicite attenderent
nequaquam de his que exterius tole
rant murmurarent Sed ideo inde
hec gemunt/ quia bella occulta ad
versarium nolumus pensare gra
viora/ A quibus plerumque bel
lis ut diximus dum flagellamur
defendimur/ dum affligimur
occultamur/ Caro enim nostra
prius quam in corrupcione resurrectio
nis solidetur si nullo merore
afficitur in temptacionibus effrenatur.

Quis autem nesciat quod multo
melius sit ardere flamma febrium
quam estu victorum et tamen cum
febre corripimur quia victorum
estu qui occupare nos poterat
considerare negligimus de passione
murmuramus. Quis nesciat quod
multo sit melius durius dominis
hominibus subici quam blandien-
tibus demoniacis spiritibus sub-
di. et tamen cum alto dei iu-
dicio iugo humane condicionis
atterimur in querelam pessime
murmurum quia minus attendi-
mus quod si nos nulla condicio
servitutis opprimeret fortasse mens
inter multis iniquitatibus peius
libera deserviret. Ideo ergo hec que
toleramus gravia credimus
quia bella hostis callidi quam
sint contra nos dura atque in-
tollerabilia non videmus. Leves-
ti enim nostre omne pondus
vilesceret si ea que se opprimere
poterant occulti adversarii bella
pensaret. Quid enim si deus omnes
onera que patimur sublevet
sed tamen sua nobis adiutoria
subtrahat et nos leviathan is-
tius temptamenta nos devincit
Deserente tanto hoste quo ibimus
si nullis auctoris nostri protectionibus
defendimur. Quia ergo beatus
Job culpe sibi conscius non erat
et dura tamen flagella tolle-
rabat ne fortasse in vicio mur-
murationis excedat memoretur
quid timeat et dicitur ei. Meme-
to belli nec ultra addas loqui
Ac si aperte dicatur. Si occulti hos-
tis contra te bellum consideras
quidquid a me pateris non accusas
si impetente te adversarii gladio
prospicis flagellum patris mollius
minus perhorrescis. Vides enim quia te
flagello ferio sed inimici negligis
a quanto te hoste flagellando libe-
rum servo. Memento ergo belli
nec ultra addas loqui id est tanto
te ad disciplinam patris exhibe tacitum
quanto te conspicis ad bella ho-
stis infirmum. Dum ergo me

corripiente pateris ut eminentius se-
vis hostem tuum ad memoriam
revoca. et dum non estimas omne
quod pateris. dum ex tuis cruciatibus
ab in tua passione liberaris. Quid
autem leviathan iste [illegible] divina virtute
falsa sibi promissione blanditur
postquam terrorem fortitudinis eius in-
tulit. et beatum Iob cum in eius terri-
pectione commonuit dicens. Meme-
to belli nec ultra addas loqui ut
irremissibile reatum eius ostenderet
illico adiungit. Ecce spes eius frus- xiiii
fit trabitur eum. Qui de eo debet intel- vi
ligi ut referatur etiam ad eius corpus
possit quia in ignem omnes qui dis-
trictionem divine iusticie non metuunt
incassum sibi de ira blandiuntur.
Mox quoque ad consolationem iustorum redi-
ens extremi iudicii futurum eius
interitum pronunciat dicens. Et vi-
dentibus cunctis precipitabit. Cunctis enim
q eterno tunc iudice terribiliter appa-
rente astantibus legionibus an-
gelorum assistente cuncto ministe-
rio celestium potestatum atque electis
omnibus ad hoc spectaculum de-
ductis ista belua crudelis et for-
tis in medium captiva deducitur
et cum suo corpore id est cum reprobis
omnibus eterne gehenne incendiis
mancipatur cum dicitur. Discedite Mt 27
a me maledicti in ignem eternum
qui preparatus est dyabolo et an-
gelis eius. Quale erit specta-
culum quando hec immanissima
bestia electorum oculis ostenditur
Que hoc belli tempore nimis
eos terrere poterat si videretur. sed oc-
culto ac miro consilio dei agitur
ut et nunc per eius gratiam a pugn-
antibus non visa vincatur et tunc
a letis victoribus iam captiva
videatur. tunc autem iusti divino
adiutorio quantum debitores sunt
plenius recognoscent quando tam
fortem bestiam viderint quam nunc
infirmi vicerunt. et in hostis sui
immanitate conspiciunt quantum de-
beant gratie defensoris sui. Re-
demit enim de hoc prelio milites

tuos

nri virtutum trophea ferentes et
receptis corporibus cum iam in illo
iudicio celestis regni introitum
sortiunt*ur* prius in manifestissimas vires
huius antiqui serpentis aspici
unt ne vile estimet quod eva
serint. Bene ergo dicit*ur* Et viden
tibus cunctis precipitabit*ur*. Quia
visa mors eius tunc gaudium
exhibebit/ cuius tolerata vita
nunc iustis cottidie i*n* conflictu
bellum movet/ Sed audientes
ista acsi protinus queramur di
dicentes Domine qui leviathan
istum tante esse fortitudinis
no*n* ignoras cur eum i*n* eternitate
nostre infirmitatis suscitas il
lico adiunxit Non quasi crude
lis suscitabo eum/ Et velut mox
si a nobis causa racionis quer*er*et.
Quomodo enim non quasi cru
delis suscitas quem scimus quia
tantos invadere et devorare p*er*
mittas statim subdit dicens Quis
enim resistere potest vultui meo
et quis ante dedit michi ut
reddam ei/ Quibus duobus v*er*
sibus et virtutem sue potencie
et omne pondus racionis i*m*plevit
Nam p*ro*pter potentiam dixit Quis
resistere potest vultui meo Et
p*ro*pter racionem subdidit Quis ante
dedit michi ut reddam ei Ac
si dicat/ Non enim quasi crudel*is*
suscito. quia decens fortitudine
et electos potens eripio Et rursus
reprobos no*n* iniuste s*ed* rac*i*onabil*ite*r
dampno. id est. eos quos benigne
eligo, eripere mirabiliter possum/
et eos quos respuo no*n* iniuste
delinquo/ Nemo quippe ut diui*n*a
illum gracia subsequatur prius
aliquid contulit deo/ Nam si nos
deum bene operando prevenimus
Ubi est quod propheta ait/ Miseri
cordia eius preveniet me/ Si q*ui*d
nos bone operacionis dedimus
ut eius graciam mereremur. Ubi
est quod paulus dicit Gracia

salvati estis p*er* fidem/ et hoc non
ex nobis/ Dei enim donum est no*n*
ex operibus n*ost*ris/ Si n*ost*ra dilectio
deum prevenit ubi est quod Iohes
dicit Non quasi nos dilexim*us*
deum. s*ed* quia ipse prior dilexit
nos. Ubi est quod p*er* Osee dominus
dicit. Diligam eos spontanee
Si sine eius munere virtute
nostra deum sequimur. Ubi est
quod per se*metipsu*m veritas protestatur dicens
Sine me nichil potestis facere
Ubi est quod iterum ait Nemo potest
venire ad me nisi pater traxerit
illum. Ubi est quod rursum ait
~~[illegible]~~ Non
vos me elegistis s*ed* ego elegi
vos/ Si saltem dona bonorum
operum virtute n*ost*ra bene cogitando
prevenimus. Ubi est quod rursum
paulum subtiliter dicit/ Ut omnis
de se humane mentis fiducia
ab ipsa cordis radice succidatur
cum dicit/ Non quia sufficientes
sumus aliquid cogitare ex no
bis quasi ex nobis. s*ed* sufficie*n*
cia n*ost*ra ex deo est/ Nemo igitur
deum meritis prevenit/ ut tenere
eum quasi debitorem possit
Sed miro modo equus omnibus
conditor et quosdam p*re*elegit
et quosdam in suis p*ra*vis operibus
et moribus iuste derelinquit
Nec tamen electis sine pietate
sine iusticia exhibet/ quia hic
eos duris afflictionibus premit/.
nec rursum i*n* reprobis iusticia
sine ira exercet/ quia hic equa
nimiter tolerat/ quos quandoque
in perpetuum dampnat. Si ergo et
electi preveniente se gracia ... feruntur
et reprobi iuxta quod merentur acci
piunt/ et dona dei invenimus
electi habent/ et de iusticia non
habent reprobi quod accusent
bene itaque dicitur/ Quis ante dedit
michi ut reddam ei Ac si aperte
dicatur ad perdendum reprobis
nulla racione compellor quia
ei s debitor ex sua actione

Sup. xli / xv / x

Ephe 2 · 1 Ioh 4 · Osee 14 · Ioh 15 · Io 6 · Io 15 · 2 Cor 3

Gracia dei in nobis fit sine meritis.

et desit mysterione adventus sui

non teneor. Dato enim nequaquam
celestis patrie premia percipit, et
ea tamen dum promereri poterunt ex
libero arbitrio contempserint, quia
videlicet liberum arbitrium in bono
formatur electis, tamen eorum
mens a terrenis desideriis gratia
inspirante suspendit. Bonum
quippe quod agimus et dei est
et nostrum: dei per prevenientem gratiam,
nostrum per obsequentem liberam volun-
tatem. Si enim dei non esset,
unde ei gratias in eternum agimus?
Rursum si non est nostrum, unde
nobis retribuenda premia spe-
ramus? Scimus quod eius mu-
nere prevenimur. Et rursum quia
non immerito retributionem querimus,
scimus quod subsequente libero
arbitrio bona eligimus que
B agimus. Sequitur: Omnia
que sub celo sunt mea sunt.
Omnibus liquet quod non sola
ea que sub celo sunt, sed ipsa
quoque que super celos condita
celestia vocantur, eius voluntati
serviunt a quo se creata esse
meminerunt. Cur ergo tantum
de inferioribus loquens ait: Omnia
que sub celo sunt mea sunt?
Sed quia leviathan loquitur,
qui iam non in etherei celi sede
continetur, cuncta que sub celo
sunt asserit sua esse, ut eum
quoque qui de celo cecidit sue
doceat potestati servire. Ac si di-
cat: Leviathan iste beatitudinem
quidem meam perdidit, sed dominium
Ro evasit, quia et ipse michi potestates
inserviunt que michi pravis
actionibus adversantur. Sequitur:
xvii c Non parcam ei et verbis potenti-
bus ad deprecandum compositis. Ab
hoc quod legisse se nunc nonnullus
existimet, quia culparum suarum
dyabolus sit veniam petiturus.
Sed ille fortasse homo quem le-
viathan iste in termino mundi
vas sibi proprium facit, quem
2 Thess 2 attestante paulo dominus ihesus

interficiet spiritu oris sui, tantis tante
maiestatis premia quia exerte
vires suas non valet ad preces
inclinatur. Quod tamen de eius
corpore, id est de iniquis hominibus,
intelligi aptius potest. Qui scilicet
ad petitionum verba veniunt, quia
nunc ex semine facta contempnunt.
Unde in evangelio veritas dicit: Mt 27
Novissime venerunt relique vir-
gines dicentes: Domine domine a-
peri nobis. Quibus illico respondetur:
Amen dico vobis, nescio vos.
Sed dum verba potentia ad deprecandum
tandem composita dicit, urget
magis ut quod de eius corpore
in futuro diximus in hoc tempore
sentiamus. Sunt namque nonnulli
intra sanctam ecclesiam qui pro-
lixas ad deum preces habent, sed
vitam deprecantium non habent. Nam
promissa celestia petitionibus sequun-
tur, operibus fugiunt. Hii non nun-
quam etiam lacrimas in oratione per-
cipiunt, sed cum post orationis tempora
eorum mentem superbia pulsaverit,
illico fastu elationis intumes-
cunt; cum avaricia instigaverit, mox
per incendia avide cogitationis
exestuant; cum luxuria temptaverit,
inlicitis protinus desideriis an-
helant; cum ira suaserit, mox
mansuetudinem mentis flamma
insanie concremat. Ut ergo di-
ximus, et fletus in prece percipiunt,
et tamen expletis precibus, cum
viciorum suggestione pulsantur,
nequaquam petiisse regnum desiderio
se flevisse meminerunt. Quod apte
de se Balaam innotuit, qui iusto- Num 23
rum tabernacula conspiciens ait:
Moriatur anima mea morte iustorum
et fiant novissima mea horum similia.
Sed cum compunctionis tempus ab-
scessit, contra eorum vitam quibus
se similem fieri etiam moriendo
poposcerat, consilium prebuit, et cum
occasionem de avaricia prebuit, illico
oblitus quidquid de innocentia

optauit. Virtutis ergo pondus ora-
non habet quam [illegible] nequaquam perse-
verantia continui amoris tenet.
Quo contra bene Anna flente
1 Reg. 1 perhibetur Vultus eius non sunt apostolus
in diversa mutati. Quia vide-
licet mentis nequaquam post preces
incepta leticia lascimendo protulit
quod orationis sue gemitum vigore
exquisivit. Nonnullis vero in
usum negociationis vertitur labor
orationis. De quibus veritas voce sua
dicit Devorant domos viduarum
Mr. 12 sub obtentu prolixe orationis. Hii
accipient prolixius iudicium. Ea
ergo in ipsorum petitionibus qui
leviathan istius corpus sunt
nullo modo parcit, cum eorum pre-
ces ope destruunt. Recte ergo dicitur
Non parcam ei et verbis potenti-
bus ad deprecandum compositis.
Quamvis et pro hoc in potentia verba
ad deprecandum composita resistunt
aperte in auctis orationis auditum.
Veracit namque orare est ama-
ros in compunctione gemitus et
non composita verba resonare.
Sed quia antiquus hostis quo dis-
trictius frangitur, eo nequius per
multiplicia argumenta dilatatur.
Cuius tamen insidias dominus
quanto subtilius occultare consi-
derat, tanto nobis misericordius
manifestat. Recte subiungitur Quis
revelabit faciem indumenti eius.
Leviathan iste alias religiosas men-
tes hominum, alias vero huic mundo
deditas temptat. Nam pravis
mala que desideraverint obicit, bo-
nis autem latentes insidians
sub specie sanctitatis illudit. Illis
velut familiaribus suis tanquam
se manifestus insinuat, istis
vero velut extraneis tanquam
quasi honestatis pretextu se pal-
liat, ut mala que eis publice
non valet tecta bone actionis
velamine subintromittat. Unde
et membra eius cum aperta nequi-
cia voce non possunt bone ac-

Dya. duplici de temptat

tionis habitum sumunt. Aperta
quidem ope exhibent, sed sanctitatis
specie mentiuntur. In iniquitate enim si
aperte mali essent, ab omnibus rece-
pti omnino non possent. Sed su-
munt aliquid de visione bono-
rum, ut dum boni viri in
eis recipiunt speciem quam amant
permixtum sumant etiam virus
quod vitant. Unde quosdam Paulus
apostolus intuens sub predica-
tionis velamine ventris studio 2 cor. 12
servientes ait Ipse enim sathanas
transfigurat se in angelum lu-
cis. Quid ergo mirum si ministri
eius transfigurantur velut ministri
iusticie. Hanc transfigurationem
Josue timuit quando videns Josue 7
angelum cuius esset partis in-
quisivit dicens Noster es an
adversariorum, ut videlicet si ad-
verse virtutis esset eo ipso
quo se suspectum cognosceret
ab illusione resiliret. Quia ergo
leviathan iste in eo quod opus in-
iquitatis molitur sepe spe-
ciem sanctitatis induit, et quia nisi
per divinam gratiam simulationis
eius detegi indumenta possunt,
bene dicitur Quis revelabit
faciem indumenti eius. Sub-
audis nisi ego, qui servorum meorum
mentibus gratiam subtilissime
discretionis inspiro, ut revelata
facie malitia eius nuda videant
quam coopertam ille sub habitu san-
ctitatis occultat. Et quia aliquando
suggestione conatur fidelium cor-
rumpere mentes, aliquando oratione
sua hoc agit, modo ope modo
persuasione, recte subiungitur Et in xvii
medio oris eius quis intrabit. x
Subaudis nisi ego, qui distric-
tis electorum mentes suggesti-
onum verba eius discutio, et non
ita hec esse ut sonuerunt mani-
festo. Bona namque videntur
primitus, sed ad pravum finem tra-
hunt. In medio igitur oris eius
intrare est, calliditatis eius verba
penetrare, ut nequaquam pensetur quod

resonet, sed quo intendant. Intrare
Adam in medio oris eius noluit,
dum temptationem persuasionis illius
caute pensare neglexit. Divini-
tatem quippe se per illum accipe-
re credidit et immortalitatem amisit.
Unde ergo ab intellectu verborum eius
incaute exterius stetit, inde se
ori eius ad devorandum funditus
v prebuit. Sequitur: Portas vultus
eius quis aperiet. Porte vul-
tus eius sunt iniqui doctores
qui idcirco ita vocati sunt, quia
per ipsos quisque ingreditur, ut levi-
athan iste quasi in potestatis sue
principatu videatur. Sicut enim
scriptura sacra sanctos viros portas
Syon vocare consuevit. Syon
quippe speculatio interpretatur
et non immerito predicatores sanctos
portas Syon dicimus, quia per eorum
vitam atque doctrinam abscondi-
ta superne contemplationis intimus.
Ita etiam portis leviathan istius
errorum magistri signantur, quorum dum
predicatio perversa recipitur, miseris
auditoribus via perditionis aperitur.
Sed porte iste ante oculos hominum
plerumque ad introducendum quidem
aperte sunt, sed ad deprehendendum
clause, quia recta in specie exhi-
bent, sed opere prava suadent.
Ad deprehendendum ergo clause
sunt, quia ne intus eius agnosci
valeant exteriori simulatione muni-
untur. Quas tamen mira pote-
ntia dominus aperit, quia electis
suis ypocritarum mentes comprehen-
sibiles facit. Portas vultus eius
quis aperiet, subaudis nisi ego
qui clausas meis iniquos errorum
sub specie sanctitatis absconsos per
spiritualia cognitione manifesto. Et
quia antichristus veniens ipsius
summas huius seculi potestates ob-
tinebit, qui duplici errore se-
viens conatur ad se corda hominum
missis predicatoribus trahere, nunc co-
motis potestatibus inclinare. Hinc
de leviathan isto dominus subdidit

dicens: Per gyrum dentium eius for- 3
mido. Mutato namque nomine os
eius dentes insinuare aliter vo-
luit, quos superius portas vocavit.
Perversi enim predicatores porte
eius sunt, quia in gressu perditionis
eius aperiuntur. Dentes eius sunt, xviii
quia eos quos in errore capiunt 7
a veritatis soliditate confringunt.
Sicut enim sancte ecclesie dentes
accipimus eos qui predicationibus
suis peccantium duritiam conterunt.
Unde ei per Salomonem dicitur: Dentes Can. x
tui sicut grex tonsarum que ascenderunt
de lavacro. Qui non immerito
detonsis ac lotis ovibus comparantur,
quia in novam vitam sumentes
in lavacro baptismatis conversa-
tionis pristine vellera vetusta-
tis deposuerunt. Ita etiam dentibus
leviathan istius errorum magistri
figurantur, qui reproborum vitam
mordendo dilaniant et eos a
veritatis integritate subductos
in falsitatis sacrificio mactant.
Errorum quidem predicatio facile
despici ab auditoribus poterit.
Sed hanc ante humana iudicia
admixtus secularium potestatum
terror exaltat. Recte ergo dicitur:
Per gyrum dentium eius formido,
id est iniquos predicatores anti-
christi perverse seculi precingunt potestates,
nam quos illi appetunt loquendo
seducere, multi potentium student
seviendo terrere. Per gyrum ergo
dentium eius formido est. Ac si
aperte diceret: Dentes isti perversi al. dentes
predicatores aliquos suadentes
conterunt, quia circa ipsos sunt
alii qui infirmorum mentes terren-
tes affligunt, quale iuxta illud
tempus persecutionis apparebit,
quando ad pervertendam fidelium
pietatem alii verbis seviunt, alii
gladiis. Cuius etiam in finibus
leviathan istius non despiceret Dentes
si non eos persimilium potentium

secularium terror imminet. Et duplici contra eos certamine agitur, quia quod eis ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab aliis gladiis ferientibus impenditur. Atque utrorumque actio potentum atque loquentium in Iohannis apocalipsi brevi est sententia comprehensa, qua dicitur: Potestas equorum in ore est et in caudis eorum. In ore namque doctorum scientia, in cauda vero secularium potentia figuratur. Per caudam quippe que retro est finis seculi postponenda temporalitas designatur. De qua Paulus apostolus dicit: Unum autem, que retro est obliviscens, ad ea que ante sunt extendens me. Retro est autem omne quod transit; Ante vero est omne quod veniens permanet. Istis ergo equis nequissimis predicatoribus ubi et carnali impulsu currentibus in ore et in cauda potestas est, quia ipsi quidem perversa suadendo predicant, et temporalibus potentibus fulti per ea que retro sunt se exaltant. Et quia ipsi apparere despicabiles possunt, ab iniquis auditoribus suis per eos sibi reverentiam exhibent igitur quorum patrociniis fulciuntur. Unde hic quoque non inmerito per gyrum dentium eius formido in esse describitur, quia multis terroribus agitur ut in perversis eorum predicatoribus et si non virtutis sua, certe temporalis potentia timeatur. Unde bene eundem antichristum psalmista describit dicens: Sub lingua eius labor et dolor, sedet in insidiis cum divitibus in occultis. Propter perversa dogmata sub lingua eius labor et dolor; propter miraculorum non speciem sedet in insidiis; propter secularis autem potestatis gloriam cum divitibus in occultis. Quia enim simul et miraculorum fraude et terrena potestate utitur, in occultis et cum divitibus sedere perhibetur. Sequitur: Corpus eius quasi scuta fusilia. Sepcti

sacra scriptura scuti nomine aliquando uti in parte prospera, aliquando in adversa consuevit. Nam sepe scuti defensio pro divina protectione ponitur; nonnunquam vero pro humana repugnatione memoratur. Pro divina etenim protectione psalmista dicit: Scuto bone voluntatis coronasti nos. Scuto enim nos dominus coronare perhibetur, quia quos protegens adiuvat remunerans coronat. Rursus pro humana repugnatione per eundem prophetam dicit scutum ponitur, sicut alibi ait: Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium et bellum. In cornibus quippe elatio superborum, in arcu insidie longe ferientium, in scuto autem obstinata nimia defensionum, in gladio aperte vicina percussio, in bello autem ipsa contra deum mentis motio designatur. Quod nimirum totum in sancta ecclesia confringitur, dum mentes Deo resistentium supposito humilitatis iugo edomat. Hinc rursum per eundem prophetam dicitur: Arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni. Arcum enim dominus conterit, cum occulta machinamenta insidiantium dissolvit. Arma confringit cum ea que contra se erecta fuerant patrocinia humana comminuit. Scuta igni comburit, cum pertinaces mentes obstinata se duritia defendentes adprime et confessionis ardorem sancti spiritus calore succendit. Quia vero hoc loco corpus leviathan istius [illegible] scutis fusilibus comparatur, perscrutandum nobis innuitur quia durum quidem est, sed tamen cum labitur ~~fragile quidem~~ fragile solet esse vas omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt fusilia in susceptione sagittarum percussione robusta sunt, sed casu fragilia. Ictu quidem ferientium minime penetrantur, sed suo se lapsu in fragmenta dissolvunt. Corpus vero leviathan istius

Duris duri qui quia per obstinationem duri
sunt, bene per leviathan singulas squamas scutis
fusilibus comparantur. Cum enim
verba predicationis audiunt nulla
correptionis iacula se penetrare
permittunt, quia in omni peccato
quod faciunt statim superbe
defensionis opponunt. Nam cum
talium quisque dereatu sue iniqui
tatis arguitur, non cogitat mox
quomodo culpam corrigat, sed
quid in adiutorio sue defensio
nis opponat. Nulla igitur vitium
sagitta penetratur, quia verba sancte
correctionis statim excipit superbe
defensionis. Unde bene de iudeis
contra precepta divina superba se
defensione tuentibus per Ieremiam
dicitur: Redde eis vicem domine
iuxta opera manuum suarum. Mox
que eandem vicem expressius
subdidit dicens: Dabis eis scu
tum cordis laborem tuum. Labor
quippe domini apparens inter
homines passibilis humanitatis
fuit. Etenim iudei superbe sapien
tes dum cernerent desperaverunt
eumque in mortem crede dedig
nati sunt, quem in natura passibi
li mortalem viderunt. Cuiusque eius
humilitatem conspicerent superbie
fastibus obdurati summa cura
molliti sunt, ne eorum mentes
sancta predicationis verba penetra
rent. Dum ergo eis dominus vicem
malorum operum reddet, dedit illis
scutum cordis laborem suum, quia
recto iudicio inde illos contra
se superbe obstinatos exhibuit
unde ipse pro nobis in infirmitate
laboravit. Repulerunt quippe
corde verba predicationis quia de
dignati sunt in domino infirma
passionum. Laborem igitur domini
contra eundem dominum scutum
cordis exhibuerunt, quia superba
sapientibus eo despectus apparuit
quo propter eos humilis fuit. Hoc
scutum sicut etiam superius di
ximus. Primus ille peccator tenuit,

qui requirente domino cur vetitum
lignum contigisset, non ad se culpam
retulit, sed a muliere quam dominus
sibi dedit se accepisse respondit, ut quasi
reatum suum oblique in auctorem
retorqueret, qui ei mulierem dederat
que talia persuaderet. Hoc scutum etiam
requisita mulier tenuit, quando
nec ipsa ad se culpam retulit, sed
serpentis illud persuasionibus repli
cavit dicens: Serpens decepit me
et comedi, ut ipsa quoque reatum suum
oblique in auctorem reduceret, qui
illic in terram serpentem persuasurum
talia permisisset. Serpens vero iam
non requiritur, quia nec eius penitentia
querebatur. Hii vero quorum penitentia
quesita est, statim nequissime
defensionis contra iustissime ver
ba correptionis protulerunt. Unde
nunc usque in usu peccatorum tenet
ut culpa cum arguitur defendatur.
Unde primi reatus debuit inde
cumulentur. Bene itaque dicitur: Corpus
illius quasi scuta fusilia. Omnia
omnes iniqui ne ad se corripien
tium verba perveniant, quasi contra
ad versariorum iacula scuta defensi
onis parant. Et videlicet corpus eius
adhuc nobis expressius detegit
cum subiungit: Compactum squamis
se prementibus. Fertur quia draconis
corpus squamis tegitur, ne cuius
iaculatione penetretur. Ita omne
corpus diaboli, id est multitudo re
proborum, cum de iniquitate sua
corripitur, quibus valet tergiversatio
nibus se excusare conatur et quasi
quasdam defensionis squamas
obicit ne transfigi veritatis sagitta
possit. Quis quisque enim dum corri
pitur peccatum suum magis excusare
appetit quam deflere, quasi squamis
tegitur dum a sanctis predicatoribus
gladio verbi iaculatur. Squamas habet
et idcirco ad eius precordia tran
seundi viam sagitta verbi non habet.
Duricia enim carnali repellitur ne
ei spiritualis gladius infigatur. Certi

Duris

A. 3.

xix

De excusatione
peccatorum in con
fessione.

sapientia Saulus contra Deum ob
Act. 9 duraverat quando cor eius nulla
predicationis evangelice sagitta pene
trabat. Sed postquam forti celitus
increpatione iaculatus et superno
respectu tactus est lumen quod pe-
rierat amisit. Ad animam
veniens illuminatur in qua illuminatione
quia defensionum suarum duritiam
caruit. Bene de eo scriptum est:
Ceciderunt quasi squame de oculis
eius. Carnalis videlicet tegumenti
duritia illum presserat et idcirco
veri luminis radios non videbat.
Sed postquam superbe eius repug-
nationes victe sunt, squame de-
fensionis ceciderunt. Que quidem
sub Ananie manibus ab oculis ce-
ciderunt corporis, sed ante iam
sub divina increpatione ceciderant
ab oculis cordis. Cum enim alte
invectionis iaculo confossus iaceret
humi iam et penetrato corde re-
quirebat dicens: Domine quid
me vis facere? Repulsis videlicet
squamis iam ad cordis viscera
veritatis sagitta pervenerat, quando
deposita elatione superbie, eum quem
impugnaverat dominum confitens et
quid ageret nesciens requirebat.
Intueri libet ubi est sevus ille per-
secutor, ubi lupus rapax. Ecce in
ovem iam versus est, qui perscrutatur
pastoris semitam quam sequatur.
Et nondum cum diceret: Quis es
Domine, non ei a domino redditur:
Ego sum unigenitus patris, ego
principium, ego verbum ante secula.
Quia enim Saulus incarnatum
dominum credere contempnebat et eius
humanitatis infirma despexerat,
de celo hoc quod contempserat au-
divit: Ego sum Ihesus Nazarenus
quem tu persequeris. Ac si diceret:
Hoc iam audi de superioribus, quod
in me de inferioribus despicias. Auc-
torem celi despexeris venisse in terram.
Ecce terre ergo hominem cognosce de ce-
lo, ut tanto in me amplius sa-
cramenta infirmitatis metuas
quanto et hec preducta in celestibus

ad excellentiam potestatis probas.
Prosternens igitur te nequaquam instruo — hoc tibi
qui ante secula deus sum, sed illud
iam audis quod deum credere de-
signaris. Postquam enim dixit Ihesus,
adhuc in expressione terrene inhabi-
tationis subdidit Nazarenus. Vel
si apertius dicatur: Infirmitatis mee
infirma suscipe, et tue superbie
squamas amitte. Sciendum tamen — 3
est quod iste defensionum squame qui-
bus pene omne humanum genus
contegitur, ypocritarum tamen specialiter
et callidiorum hominum mentes pre-
munt. Ipsi etenim culpas suas tan-
to vehementius confiteri refugiunt
quanto et stultius videri ab hominibus
peccatores erubescunt. Correpta itaque
[illegible] stultitia et malicia occulta — Simulatio
deprehensa squamas obiicit de-
fensionis et veritatis gladium re-
pellit. Unde bene per prophetam Ysaiam — Ysa 33
dicitur: Ibi cubat lamia et invenit
sibi requiem; ibi habuit foveam
ericius. Planum esse ypocrite
pericium maliciosi quique, qui di-
versis se defensionibus contegunt,
designantur. Lamia enim humanam — Lamia
faciem habere dicitur, sed corpus bestia-
le. Sic omnes ypocrite in prima
facie quod ostendunt quasi ex ordine
sanctitatis est, sed bestiale est corpus
quod sequitur. Quia valde indigna
sunt que sub boni specie moliuntur.
Ericii autem nomine maliciosarum — Ericius
mentium defensio designatur, quia
videlicet ericius cum apprehenditur
eius caput et pedes videntur et
corpus omne conspicitur, sed mox
ut apprehensus fuerit semetipsum
in speram colligit, pedes intror-
sum subtrahit, caput abscondit
et intra tenentis manum totum simul
amittitur quod totum simul ante
videbatur. Sic nimirum sic malicio-
se mentes sunt cum in suis ex-
cessibus comprehenduntur. Caput enim
ericii cernitur, quia quo initio peccator
ad culpam accesserit videtur. Pedes
ericii conspiciuntur, quia quibus vestigiis

||sit||

vegmina ꝑforata videtur et tamen
adductis repente excusacionibus
maliciosa mens introrsum colligit
pedes quia cuncta iniquitatis
sue vestigia abscondit. Caput
subtrahit quia miris defensionibus
nec inchoasse se aliquid pravum
ostendit, et quasi sperat in manu
tenentis remanet quia is qui
corripit cuncta que iam cogno
verit subito amittens in volutu
intra conscienciam peccatorem tenet
et qui totum iam deprehendendo
viderat tergiversacione prave
defensionis illusus totum pariter
ignorat. Foveam ergo ericius in
reprobis habuit quia maliciosa
mens se intra se se colligens in
tenebris defensionis abscondit
Sed in hoc quod se peccator excusat in
hoc quod calligosis defensionibus
fixum in se oculum corripientis
obnubilat. Dicimus nobis sermo
eciam quomodo assimilibus fulciatur
xx 9 Ostendit. Una uni coniungitur
et ne spiraculum quidem incedit
per eas. Iste squame pertinaciam
ne ab ore predicantium aliquo vite
spiraculo penetretur et obdurate
sunt et coniuncte. Quos enim
similis reatus sociat concordi
pertinacia eciam defensio perversa
constipat, ut defectoribus suis
alterna se invicem defensione tu
eantur. Unusquisque enim quippe metuit dum
admoneri alium vel corrigi cer
nit, et ideo contra corripientium
verba unanimiter consurgit quia
se in altero protegit. Bene ergo
dicitur. Una uni coniungitur et ne spira
culum quidem incedit per eas quia
iniquitatibus suis dum vicissim
superba se defensione protegunt
sancte exhortacionis spiracula
ad se nullatenus intrare permit
tunt. Quorum pestiferam concordi
am adhuc apcius subdidit di
cens. Una uni adherebit et tene
A tes se nequaquam separabunt. Nam cum
dimisi corrigi potuit iniquitatum

suarum pertinacia uniti perdurant et
tanto magis cottidie a cognicione
iusticie separabiliores fiunt quanto
a se invicem nulla increpacione
separantur. Nam sicut est noxium
solet si unitas desit bonis ita per
niciosum est si non desit malis.
Perversos quippe unitas corroborat
dum concordat, et tanto magis
incorrigibiles quanto unanimes
facit. De hac unitate reproborum per
Salomonem dicitur. Stuppa collecta Em 2
synagoga peccancium. De hac namque
propheta ait. Sicut spine se invicem
complectuntur sic convivium perter
potancium. Convivium namque reproborum
est delectacio temporalium voluptatum
In quo nimirum convivio pariter po
tant quia delectacionis sue illecebris
se concorditer debriant. Igitur quia
membra leviathan istius id est omnes
iniquos quos dei sermo squamarum
comparacionibus comparat ad defen
sionem suam par culpa concordat.
Bene dicit. Una alteri adherebit
et tenentes se nequaquam separabuntur.
Tenentes se nequeunt separari qui
eo ad defensionem suam vicissim
constricti sunt quo se sibi pravitate
similes esse meminerunt. Descrip
to itaque eius corpore ad caput pro
mo redicitur et quid premissurum
persecucionis tempore antiquus
hostis exercent innuitur. Nam
sequitur. Sternutacio eius splendor ignis.
Melius exponimus si prius sciri
mus quo agatur in dragonis. In
sternutacione quippe inflacio
agitur in flacio a pectore surgit
et cum apertos ad emanandum
poros non invenit cerebrum tangit
et congesta per nares exiens totum
caput protinus concutit. In hoc
itaque leviathan corpore id est in suis ma
lignis spiritibus sive seu in repro
bis hominibus qui illi per similitudinem
iniquitatis inheserunt, quasi inflacio
surgit a pectore dum elacio se
erigit ex potestate seculi potestate

que quasi ad emanandum poros
non invenit, quia in hoc quod contra
iustos extollitur, disponente deo
quantum appetit prevalere prohibetur.
Exsurgens autem cerebrum tangit
et concutit, quia collecta elacio
sathane sensum in fine mundi ar-
cius pavit, et caput turbat dum
ipsum auctorem malignorum spiri-
tuum per eum qui antixpus dicitur
in persecucione fidelium vehemencius
ex citat. Tunc compressa in flatu per
eius nares egreditur, quia tota
superbie eius iniquitas apertis ma-
licie flatibus demonstratur. Quia
ergo sternutacio caput maxime co-
cutit leviathan istius sternutacio
eius vocatur illa extrema commocio qua
dampnatum hominem ingreditur
et per eum reprobis principatur.
tur Cum tanta virtute se commovet
ut membra domini si fieri potest
eciam electa perturbet tantis signis
et prodigiis utitur ut in miracu-
lorum potencia quasi quodam
ignis lumine resplendere videatur.
Quia ergo commotum caput illius
miraculis clarescere innititur recte
eius sternutacio ignis vocatur. In eo
ergo quod se ad persequendos iustos
commonet, ante reproborum oculos
signorum virtutibus lucet. Et quia
eius tyrannidi sapientes inherent
eorumque consiliis omne quod per-
verse molitur exercet recte subditur:
Et oculi eius ut palpebre diluculi.
Per oculos quippe qui inherentes ca-
piti utilitati visionis inserviunt
non immerito eius consiliarii designan-
tur. Cum dum perversis machina-
cionibus que qualiter agenda sunt
provident, malignis eius operariis
quasi [illegible] pedibus iter pre-
bent, qui recte palpebris diluculi
comparantur. Palpebras namque dilu-
culi extremas noctis horas ac-
cipimus. In quibus quasi nox
oculos aperit dum venture lucis
iam inicia ostendit. Prudentes
igitur seculi malicie antixpi perversis

consiliis inherentes quasi palpebre
sunt diluculi, quia fidem quam
in xpo inveniunt quasi erroris
noctem asserunt et venacionem an-
tixpi verum mane esse pollicentur. Spondent
~~Ostendent~~ enim se tenebras repel-
lere et veritatis lucem signis clare-
scentibus nunciare, quia nec per-
suadere que volunt possunt nisi
exhibere se meliorem fateantur. Unde
hic ipse coluber in paradyso primis
hominibus loquens in eo quod se
melius aliquid promittere simulavit
quasi diluculi palpebras aperuit
quando innocentibus mentibus
humanitatis ignoranciam reprehendit et sciam dum ... promisit
Quasi ignorancie enim tenebras
repellebat et eterne sciencie diurnum
mane nunciabat dicens: Aperientur
oculi vestri et eritis quasi dii scien-
tes bonum et malum. Ita in illo tem-
pore dampnato homine veniens eius
oculi palpebris diluculi comparantur.
Quia sapientes illius simplicitatem
vere fidei quasi transacte noctis te-
nebras respuunt et eius signa men-
dacia quasi exsurgentis solis ra-
dios ostendunt. Sed quia leviathan
iste non solum habet oculos qui
malignis consiliis perversa provide-
at, sed os quoque ad pervertendas men-
tes hominum aperit, et quia predicatores
pravos ad diligenda erroris fal-
laciam auditorum corda succendit,
aperte subiungitur: De ore eius lam- D. xxi d.
pades procedunt. Qui enim provident
oculi, qui autem predicant os nominantur.
Sed de hoc ore lampades exeunt
quia mentes audiencium ad mor-
tem perfidie accendunt, et unde
quasi per speciem lucet, inde pro-
cul dubio per nequiciam concremant.
Sed qualis ipsa sapiencia eorum
lux sit ostendit, cum protinus
subinfert: Sicut tede ignis
accense. Recte iam ypocrisis eorum
apte describitur quorum predicacio
thedarum lampadibus comparatur.
Theda enim cum accenditur odore

quidem suave habet sed lumen
obscurum. Ita isti predicatores an-
tichristi quia sanctitatis speciem sibi
arrogant sed tamen opera iniquitatis
exercent. Quasi blandum quidem
est quod redolent sed nigrum quod
lucent. Olent enim per simulacionem
iusticie, sed obscure ardent per
perpetracionem nequicie. Quorum simu-
lacionis maliciam iohannes in
13 apocalipsi brevi descripcione
comprehendit dicens. Vidi aliam
bestiam ascendentem de terra ha-
bentem duo cornua similia
cornibus agni et loquebatur ut
draco. Priorem quippe bestiam
id est antichristum superiori iam
descripcione narraverat, postquam
hic alia bestia ascendisse dicitur
quia post eum multitudo pre-
dicatorum illius ex terrena potestate
gloriatur. De terra quippe ascende-
re est terrena gloria superbire, que
habet duo cornua agni similia
quia per ypocrisim sanctitatis
eam quam in se verus dominus
habuit singularem sibi inesse
et sapientiam mentitur et vitam. Sed
quia sub agni specie auditoribus
reprobis serpentinum virus infun-
dit, recte illic subditur. Et loquebatur
ut draco. Ista ergo bestia id est
predicatorum multitudo, si aperte ut
draco loqueretur agno similis
non appareret. Sed assumit agni
speciem, ut draconis exerceat opera-
cionem, quod utrumque per thedarum
lampades exprimitur quia et ob-
scure ardent per effectum malicie
et quasi suave redolent per simi-
litudinem vite. Sed nequaquam ex-
timandum est quod tunc solum an-
tichristi predicatores apparebunt
et nunc ab humanis deceptoribus
desunt. Modo namque priusquam
per semetipsum appareat non nulli
illum vocibus plerique autem

moribus predicant. An predicatores
simulacionis illius non sunt qui
cum sacros ordines obtinent fu-
giendum totis desideriis mundum
tenent. Qui in virtutes esse ostendunt
que faciunt, sed vicium est omne
quod agunt. Sed electorum mens
quanto magis in tue luce in-
heret tanto subtilius quomodo
virtutes a viciis discerne debeat
videt. Quod autem mirum est E
hoc nos spiritualiter agere quod cottidie
cernimus corporaliter nummularios
implere. Qui cum nummismata +
percipiunt prius qualitatem illius
post figuram, ad extremum non
pondus examinant, ne sub auri
specie es lateat, vel hoc quod ve-
raciter aurum est reprobe mone-
te figura dehonestet, aut quod
et auri et recte figure est hoc
non integri ponderis leviget. hom
Cum igitur mira ignotorum facta re-
spicimus ad mentis nostre trutinam
nam quasi nummularii solerter
resider debemus ut prius discre-
cio animum examinet, ne sub specie
virtutum se vicium occultet, et
quod prima intencione agitur
recta visione pateat. Cuius etsi
intencionis qualitas approbatur
in presse mox formule figura quidem
rendatur, si a probatis monetariis
id est ab antiquis patribus
ducitur et ab eorum vite similitudine
nullo errore variatur. Cum vero
et per intencionis qualitatis vera
per exemplum figura cognoscitur,
restat ut integrum eius ponderis
exquiratur. Bonum quippe quod per
signa et miracula cognoscitur si
perfeccionis summa non habet pensare
sollicitate per cautelam circumspectionis debet
ne dum imperfecta res quasi pro
perfecta accipitur in accipientis dampn-
um vertatur. Predicatores vero
antichristi quomodo veram nummis-
matis qualitatem tenent qui in ipsius

que agunt recte intencionis vim nesciunt, quia prosequentes non celestem patriam sed culmen glorie temporalis exquirunt. Quo admonente figura non discrepat qui ab omni pietate iustorum iustos per sequendo discordant. Quomodo ipse iniquitatis pondus ostendunt, qui non solum similitudinis perfectorum nequaquam assequuti sunt, sed neque ipsam eius prima limina contigerunt. Hinc ergo electi cogitant quomodo eorum signa despiciant, quorum profecto acto omne quod apud patribus gestum meminerunt in pingunt, sed ipsi quoque electi dum tot signa conspiciunt, dum contemptores iustitiam tanta eius miracula perhorrescunt, quedam dubietatis nebulam in corde patiuntur, quod dum se prodigia illius malicia elevat, in istis aliquatenus visus electorum caligat. Unde recte subiungitur:

xxij
De naribus eius fumus procedit. Oculorum quippe acies fumo sauciatur. Fumus ergo de naribus eius procedere dicitur, quia de miraculorum eius insidiis ad momentum caligosa dubietas etiam in electorum corde generatur. De leviathan naribus fumus exit, quia ex eius prodigiis mendacibus etiam bonorum mentium oculos trepidacionis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis terribilibus signis obscura cogitacio conglobatur, hinc hoc quod supra retulimus veritatis ore per ewangelium dicitur: Exurget pseudo prophete et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem ducantur si fieri potest etiam electi. Quia in re valde querendum est quo hii qui electi sunt in errorem induci possunt, aut cur si fieri potest quasi ex dubietate subditur, cum quid fiendum sit dominus omnia sciens prelocatur. Sed quia electorum cor trepida cogitacione concutitur

et tamen eorum constancia non movetur. Una hac sentencia dominus utrumque complexus est dicens: Ita ut in errorem inducantur etiam si fieri potest electi. Quasi enim iam errare est in cogitacione titubare. Sed protinus si fieri potest subiungitur. Quia procul dubio fieri non potest ut in errore plene electi capiantur. Bene autem in hac fumi caligine ipse etiam aliorum fervor exprimitur cum protinus subinfertur:

Sicut olle succense atque fervetis. Velut enim olla fervens est una quaque tunc anima cogitacionum suarum [illegible] impetus quasi spumas ardencium undarum sustinens, quas et ignis zeli commonet et ipsa temporalis oppressio more olle succense in tribulacione angustia tenet. Unde Johannes quoque cum huius bestie signa narraret adiunxit: Ita ut ignem faciat descendere de celo. Ignem quippe descendere de celo est de celestibus electorum animis sancti zeli flammas emanare. Quia igitur leviathan iste athletas [illegible] non solum serpens sed etiam regulus dicitur, pro eo quod in immundis spiritibus vel reprobis hominibus principatur, sicut per ysaiam ait: De radice colubri egredietur regulus. Inspiciendum nobis summopere est qualiter regulus perimat, ut ex consideracione reguli huius nobis malicia apercius innotescat. Regulus namque in morsu perimit sed flatu consumit. Sepe quoque flatu aerem inficit, et quicquid vel longe positum contigerit sola narium inspiracione consumit. Hinc ergo pensare compellimur propter hoc quod de naribus eius fumus procedere dicitur, etiam per ysaiam aperte appareat. Quod cottidie in sanctis cordibus fumo pestifere exalacionis operatur. Quia enim sic supra diximus fumus oculorum acies infirmatur, non inmerito de eius naribus fumus procedere asseritur, cum noxiis in spiritualibus

prima in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur. Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vite temporalis estum congerit multiplicium cogitationum, et velut fumi globos multiplicat, quia vanissimas vite presentis curas in reproborum hominum mente coacervat. Iste fumus ex eius naribus prodiens aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc namque in visceribus fumum patiebatur propheta cum diceret: Turbatus est pre ira oculus meus. Huius inundatione premebatur dicens: Cor meum conturbatum est in me et lumen oculorum meorum non est mecum. Fumus iste obtundit faciem cordis, quia caliginis sue nubilo serenitatem intime turbat quietis. Congnosci vero nisi tranquillo corde non potest deus. Unde per eundem rursus prophetam dicitur: Vacate et videte quoniam ego sum deus. Vacare autem mens non potest que huius fumi inundationibus premitur, quia in ea terrenarum cogitationum molimina ex presentis vite amore glomerantur. Lumen ergo quietis eterne hoc fumo amittitur, quia cum ex prurigine cordis oculus dum confunditur tenebratur. Sed fumus iste aliter electorum animos turbat, aliter reproborum oculos excecat. Bonorum quippe oculus spiritualium desideriorum flatu [illegible] respergit, ne prevalente inferiori cogitatione densetur. Iniquorum vero mentibus quo se licentius preteritas cogitationes colligit, eo veritatis lumen funditus tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit quasi per tot ante illos globos intumescit, et certe fumi globos novimus, quia cum alii superius evanescunt alii inferius surgunt.

Sic etiam cogitatione carnali et alia pravitatis desideria transeunt, alia succedunt. Sepe autem mens iniusti ~~que iam~~ quedam tenuisse videtur. Gaudet de sumbursata victis quia eis subiecta non sit, et pertinere ad ingenie negligit que eorum iure sibi cesserint, alia quibus forte necesse succumbit. Sicque fit ut dum alia transeunt vicia et semper alia succedunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Unde bene per Iohel prophetam dicitur: Residuum eruce comedit locusta, et residuum locuste comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii et flete. Quid autem per erucam que toto corde in terra repit, nisi luxuria designatur, que cor quod tenet ita polluit ut in superioris munditie amorem surgere non possit. Quid per locustam que saltibus evolat, nisi inanis gloria exprimitur, que se vanis presumptionibus exaltat. Quid per bruchum cuius pene totum corpus in ventrem colligitur, nisi edendi ingluvies figuratur. Quid per rubiginem que dum tangit incendit, nisi ira innuitur. Residuum ergo eruce locusta comedit, quia sepe cum luxurie vicium a mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia per amorem carnis iam non sternitur, quasi sanctum se ex castitate gloriatur. Et residuum locuste comedit bruchus, quia sepe cum inanem gloriam que quasi ex sanctitate veniebat resistit, vel ventri vel quibuslibet ambitiose desideriis immoderatius indulget. Mens enim dei nescia tanto atrocius ad quelibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humane laudis amore refrenatur. Residuum bruchi ergo erugo comedit, quia sepe dum ventris ingluvies per abstinentiam restringitur, ire impatientia acrius dominatur, que more rubiginis quasi exurendo messem comedit. Quia mutum

videtur ubi adhi[…] retur at. no

Basilius. Ture [illegible] humanum [illegible] [illegible] ad agenda divina

Augustinus [illegible] Ex voluptate prava facta est libido et dum libidini [illegible] facta est consuetudo et si consuetudini non resistitur facta est necessitas.

[illegible] duos non possumus [illegible]

feruentis impaciencie flamma thabescit.
Cum ergo vicijs vicia succendunt
agrum mentis alia pestis devorat
dum alia relinquit. Bene autem
illic subditur: Expergiscimini ebrii et
flete. Ebrii quippe sunt vocati qui
mundi huius amore confusi ma
la non senciunt que paciuntur. Quid
est ergo dicere: Expergiscimini ebrii
et flete, nisi sompnum vestre insensi
bilitatis excutite et in devastacione
cordis tot sibi succedentibus viciorum
pestibus vigilantibus lamentis ob
viate. Pro tot igitur globos de lev
iathan naribus fumus surgit, quot
nimirum pestes fingem cordis re
probi occulta inspiracione consumit.
Cuius adhuc fumum sollicite dum
viii exprimit, cum illico subiungit:
xxiii I Sicut olle succense atque ferventis.
Olla enim succensa dicitur cum mens
humana maligni hostis suasio
nibus instigatur. Olla autem fervet
cum iam eciam per consensum in
desiderijs prave persuasionis ac
cenditur, et tot spumas quasi fluendo
proicit, per quot se nequicias usque
ad exteriora opera extendit. Hinc
namque carnalis concupiscencie
id est olle fervorem ex lev
iathan fumo venientem propheta con
Ier. 1 spexerat cum dicebat: Ollam suc
censam ego video et faciem eius
a facie aquilonis. Ab aquilonis
enim facie humani cordis olla
succenditur, dum instigacione ad
versarii spiritus illicitis desiderijs
uices inflammatur. Ille namque qui ait:
Sedebo in monte testamenti in
lateribus aquilonis mentem quam
Isa 14 semel accepit malignis persuasio
nis sue flatibus quasi suppositis
ignibus accendit, quatinus non con
tenta presentibus in desuetis per de
sideria estuet, vel alia contempnen
do appetat, alia adepta contemp
nat, ut modo suis compendijs
inhiet, modo alienis comodis et
cum proprio detrimento condicat,
modo carnis illecebris satisfaciant,

modo quasi in quodam culmine
per cogitacionis superbiam rapta car
nali cura postposita totam se in
typo elacionis extollat. Quia ergo
cor perversa desideria dilatat quod
instigacione leviathan istius infla
matur, recte fumus eius succense et olle
fervente similis esse perhibetur, quia
per tot fluores afflata eius temp
tacionibus concussa se erigit, per quot
intra se cogitaciones intumescit.
Quod verbis aliis adhuc veritas
exsequitur cum subiungit: Halitus
eius prunas ardere facit. Quid k
autem prunas nisi succensas
in terrenis concupiscencijs reproborum
mentes hominum appellat? Ardent
enim cum quodlibet temporale appetunt,
quia nimirum urunt desideria que
quietum atque integrum animum
esse non permittunt. Tociens igitur
leviathan halitus prunas accendit,
quociens eius occulta suggestio
humanas mentes ad delectaciones
illicitas pertrahit. Alias namque super
bie, alias invidie, alias luxurie,
alias avaricie flatibus inflammat.
Superbie quippe facem menti Eve
supposuit, cum hanc ad contemp Gen 3
nenda verba dominice iussionis
instigavit. Invidie quoque flamma
animum Cayn succendit, cum de accep Gen 4
to fratris sacrificio doluit, et per hoc
usque ad fratricidium facinus pervenit.
Luxurie flatibus cor Salomonis 3 Reg 11
excussit, quem tanto mulieribus
amore subdidit, ut usque ad ydo
lorum veneracionem deductus dum
carnis delectacionem sequitur con
ditoris reverencie oblivisceretur. A
varicie quoque igne Achab animum 3 Reg 21
concremavit, cum eum ad appeten
dam alienam vineam inpacientibus
desiderijs inpulit, et per hoc usque
ad reatum homicidij pertraxit.
~~Tanto igitur distinguntur ut in istis~~
~~horreum palee tueantur, nec in~~
~~paleis ignem horrei grana di~~
~~labant. Illa ergo flamma locum~~
~~alium nequaquam tangunt quia vero~~

~~igne suo non grana sed paleas incendunt. Sed quia leviathan istum pena non corrigit in sinuat dum subdit~~ Tanto igitur leviathan iste eius alitus flat quanto ad nisu occulte suggestionis humanas mentes ad illicita inflammat. Unde et bene subditur: Et flamma de ore eius egreditur. Flamma quippe oris eius est ipsa instigacio occulte locucionis. Prava enim suasionis illa ad unumquemque qui animum facit. Et flamma est quod de ore eius egreditur quia ardet in desideriis animus cum eius suggestionibus instigatur. Hoc cotidie suggerit, non desistit, sed tunc se nequius dilatat cum per illum dampnatum hominem veniens in huius mundi gloria apercius se ostentat. Tunc alieius naribus vastior fumus procedit quia humana corda signorum eius admiracionibus tanta amplior instigacio pervenit. Tunc eius alitus prunas vehemencius ardere facit quia reproborum mentes quas iam calentes amore et gloria temporali invenit suggestionis sue flatibus usque ad nequiciam extende crudelitatis incendit. Tunc de ore eius flamma egreditur quia quod per se quod per predicatores suos loquitur ignis est quo infructuosa ligna cocuntur. Igne autem terrene concupiscencie contra mens tangitur qui nequaquam fieri preciosa metalla concupiscunt. Cum ergo non velit oris eius flamma afficta iuxta verba doctoris summam non lignum fenum stipula, sed aurum argentum lapis preciosus cernit in neminem quia tanto ignis suasionis illius amplius incendit quanto se ei ad consenciendum molliorem quisque prebuit. Sed quia nulla in racione conceditur ut mens incorruptibili carne posita nequaquam suasionis illius ardore tangatur, restat ut malignis flatibus ad usta ad oracionis opem sine cessacione se convertat. Flammam quippe suggestionis illius extinguunt citius unda lacrimarum.

Incipit liber xxxiiij.

Quia ex hoc mundo corpus quod gerimus universitatis tamen conexa qua nos sumus pre pensemus. Cicius quippe qualis sit mundi finis agnoscimus si sollicite aspicimus hoc quod de mundo gestamus. Etas etenim nostra per inicia iuveniles annos robustius viget, in senili autem tempore crebrescentibus morbis excoquitur et dum diucius extenditur ut subsistat moriendo vite cotidie deficit per momenta undique. Ita eciam mundi tempus dum venientibus annis augetur crebrescentibus malis afficitur et unde etatis augmentum percepit inde salutis dispendium sentit. Tribulaciones namque illi cum tempore crescunt et eo detrimenta vite debiliora tolerat quo quasi ad vitam provector ducit. Totis enim contra eum hostis antiquus viribus solvitur qui quamvis iam nunc in terra pro eo quod superne condicionis beatitudine amisit tamen plenius extinguit quando ad temptandi licenciam abstractus eius incendiis religatur. Unde extrema mundi atrocius temptatus agreditur quia tanto sit ferocior ad seviciam quanto se vicinorem sentit ad penam. Considerat quippe quod iuxta sit ut licenciam nequissime libertatis amittat, et quantum brevitate temporis angustatur tantum multiplicata crudelitate expandit. Unde de illo voce angelica ad Iohannem dicitur: Ve terre et mari quia descendit dyabolus ad vos habens iram magnam sciens quod modicum tempus habeat. Tunc ergo in magne ire furorem se dilatat, ne qui in beatitudine stare non potuit in dampnacionis sue societatem cum paucis vivat. Tunc quidquid nequiter valuit callidius exquirit. Tunc autem superbie alcius erigit et per dampnatum illum quem gestat hominem omne quod temporaliter

in prium s

Hec usque ad pntis vite tamen sugge

I cor 3

Apoc 12

prualet nequitie cuditur Hinc diuina
uoce nunc ite dicitur In collo eius
4 morabitur fortitudo Quid enim
per collum leuiathan istius nisi elacio
nis ostensio signatur quia contra
deum se erigens cum simulacione
sanctitatis et timore potestatis
erigitur Quia enim per collum superbia
3 exprimitur ysaias propheta testatur qui
filias syon redarguit dicens Am
bulauerunt extento collo In collo
igitur leuiathan istius fortitudo
morari dicitur quia elacioni illius
etiam subiecta potencia suffra
gatur Nam quod vel nunc superbe
extollitur quod vel callide machina
etiam cum virtute stantis potencie
8 exsequitur Quod daniel propheta
intuens ait Dolus in manu
eius diriget Dolus quippe in ma
est nu eius stans in virtute quia de
quod nequiter volet hoc ad tempus
exsequi etiam fortiter potest Dolus
vero eius dirigi dicitur quia fran
dis eius malicia nulla difficul
tate prepeditur Hoc enim leuiathan
iste vel nasa eius sine crebro
preuium solent quod ad iniquitatis sue
cumulum ea que nequiter appetunt ex
plere nequiuit possunt Nam cum
fortasse electi infirmantur atque in
illicitis desideriis sunt tamen plerum
que diuini muneris manu reti
nentur quod voluntatis nisi in illos
effectus inueniunt Cumque eorum
votis valida contrarietas nascitur
plerumque ex ipsa possibilitate cor
riguntur et miro interne dispensa
cionis ordine per conuersionem iniusto
bona volun male voluntatis sequitur dum per
tas in firmitatem perfectio denegatur
Hinc est enim quod sub specie uniuscuius
cumque anime dei firmitate indita
atque in prauis itineribus gradiente
Ozee per prophetam dominus dicit Ecce ego sepiam
2 viam tuam spinis et sepiam eam
materia et semitas eius non in
ueniet Et sequetur amatores suos
et non apprehendet eos et queret
eos et non inueniens dicet Vadam

et reuertar ad virum meum priorem
quia michi bene erat tunc magis
quam nunc Spinis enim electorum vie
sepiuntur dum dolorum puncciones
inueniunt in hoc quod temporaliter
concupiscunt quasi in proposita ma
teria viis eorum obuiat quorum
minimum desideria perfectionis diffi
cultas impugnat Horum perfecto
anime amatores suos querunt
et non inueniunt dum sequendo
malignos spiritus nequaquam eas quas
appetunt huius seculi voluptates
apprehendunt Bene autem subditur
quod ex ipsa difficultate mox dicat
Vadam et reuertar ad virum meum
priorem quia melius michi erat
tunc magis quam nunc Prior quippe
vir deus est qui castitatem sibi anime
in proposito sancti spiritus amore con
iunxit Quem tunc mens vniuscuius
cumque desiderat cum multiplices
amaritudines velud quasdam spi
nas inuenit in hiis delectacionibus
quas temporaliter concupiscit Nam dum
aduersitatibus mundi que diligit
anima morderi cepit tunc plenius
intelligit quanto illi cum priori
viro melius fuit Eos vero quos
voluntas praua peruertit plerumque
aduersitas corrigit Sed et minus
timendum est ne sequatur prospera
cum desiderant iniusta quia
difficilius malum corrigitur quod
perfectius etiam prosperitate fulcitur
Leuiathan itaque istius qui cum
membris suis eciuis est tenacius
depictatus et dolus in manu eius
dirigitur et in collo eius fortitudo
demoratur Quia hoc quod temporaliter
contra bonos peruersa voluntate de
siderat peruersiori facultate consu
mat ut tanto ei de aduersitate
nil obstet quanto ei in posterum
de prosperitate nil remanet Et quia
omnis qui peruersis moribus amicicias
eius innotescit spiritus veris intus
diuicias amittit Apte subiungitur
Et faciem eius precedet egestas iiii xx
Per faciem quippe solet noticia designari

Ezo 33 Unde scriptum est. Faciem eius precedet
te. i. noticia ducatum prebet. Sciendum vero est quod egestas in sacro
eloquio aliter electorum ponitur atque
aliter reproborum. Egestas namque electorum
est cum vere divicie celestis pa
trie ad eorum animum redeunt
et in hoc corrupcionis vite presentis ex
ilio positi pauperes se esse memine
runt. Illas quippe divicias sine
cessacione suspirant. De quibus paulus
Ephi 1 ait. Ut sciatis que sit spes voca
cionis eius et que divicie glorie
hereditatis eius in sanctis. Et quia
eas nequaquam adhuc conspiciunt
studiose in tam tempore vitia istius
paupertatis gemunt. Hanc percussus
paupertatem Jeremias in se expertus
cum dicebat. Ego vir videns pau
Tre 3 pertatem meam in virga indigna
cionis eius. Virga enim indigna
cionis dei est percussio districtionis
quam in dignacionem homo tunc
pertulit cum ex paradiso expulsus
veris intern gaudii divicias ami
sit. Sed quia electi quique terrestria
conspiciunt que in presentis vite penu
ria ab illa potestatis ingenite
facultate ceciderunt. Bene dicitur
Ego vir videns paupertatem meam
Quis enim adhuc hec visibilia
appetit peregrinacionis sue malum
non intelligit et hoc ipsum quod
patitur videre nescit. Hanc pauperta
tem david propheta intuens ait.
In firmata est in paupertate virtus
mea. In paupertate etenim virtus
infirmata est quia lapsus in hac
peregrinacione animus et corporis
sue molestiis reverberatus hoc quod
perdidit contemplari prepeditur. Sed
hanc paupertatem reprobi consi
derare nesciunt. quia dum secum
ea que conspiciunt cogitare in
visibilia negligunt que perdiderunt
Unde et egestas eorum proprie dicitur
quia dum replentur viciis virtutum
diviciis vacuantur quibus sepe enetur
in pelacionis demeritum subleva

nati dum nequaquam ruine sue damp
consideracionem esse se eciam ab omnibus ar
tibus in opes non agnoscit. Unde
voce angelica presidentori laodicie Apoc 3
dicitur. Dicis quia quod dives sum
locupletatus et nescis quia tu es
miser et miserabilis et pauper et cecus
et nudus. Quasi dives se asserit
qui per arroganciam sanitatis extollitur.
Sed pauper cecus et nudus ar
guitur. Pauper quia virtutum divici
as non habet. Cecus quia nec pau
pertatem quam patitur videt. Nudus
quia primam stolam perdidit. Sed
peius quia nec se perdidisse con
gnoscit. Quia ergo ut diximus
egestas reproborum est confusio
vitiorum. Recte de leviathan dicitur.
Faciem eius precedet egestas. Nemo
quippe cognicioni eius iungitur nisi
prius intuitum diviciis denudetur.
Prius enim bonas cogitaciones sub
trahit et tunc eis apparere no
ticiam sue iniquitatis infundit.
Egestas vero precedere faciem eius
dicitur quia prius facultas virtutum
perditur ut quasi per familiaritatem
postmodum eius noticia cognoscatur.
Vel certe quia multis ita frau
dulenter surripit ut ab eis depre
hendi nequaquam possit et sic virtutes
eorum evacuat quod eius astucie
sue malicia non ostendat. Faciem
eius egestas prire prohibetur. Ac si
apte diceret. Cum enim insidias
temptat prius quam videatur expo
liat. Hinc est enim quod de effraym
per prophetam dicitur. Comederunt alieni Ose 7 A
robur eius et ipse ignoravit. Alieni
quippe intelligi apostate spiritus solet
qui robur comedunt cum virtutem
mentis pervertendo consumunt. Sed
effraym pertulit et nescivit quia in
temptacione malignorum spirituum
et robur anime pertulit et hoc ipsum
quod perdiderat non intellexit. Le
viathan ergo faciem egestas ante
cedit quia negligencium mentes
ante temptando expoliat quam eius

Paupertas duplex: Electorum / Reproborum.

insidias is qui temptatur agnoscat.
Per hoc ergo quod dictum est: In col-
lo eius morabitur fortitudo, virtus
violentie ostenditur. Per hoc vero quod
subditur: Et faciem eius precedet
egestas, subtilitatis fraudis de-
signatur. Quamvis de eo quod eius
faciem egestatem preire cognos-
cimus suppetit aliud quod in-
tristius exponamus. Terribili
quippe ordine dispositionis oc-
culte priusquam leviathan iste in illo
dampnato homine quem assumit
appareat, a sancta ecclesia virtutum
signa subtrahentur. Nam prophetia
absconditur, curationum gratia auffer-
tur, prolixioris abstinentie virtus immin-
uitur, doctrine verba conticescunt,
miraculorum prodigia tollentur. Que
quidem nequaquam superna dispo-
sitio funditus subtrahit, sed non hec
sicut prioribus temporibus aperte ac
multipliciter ostendit. Quod tamen
mira dispensatione agitur, ut una
ex re divina simul pietas et
iusticia compleatur. Dum enim sub-
tractis miraculorum virtutibus sancta
ecclesia velut abiectior apparet,
et bonorum premium crescit, quia
illam propter spem celestium, non propter
presentia signa venerantur, et malorum
mens contra illam cicius ostenditur,
qui sequi que promittit invi-
sibilia negligunt, dum signis
visibilibus non tenentur. Dum igitur
humilitas fidelium omni multitudine
et manifestatione signorum quasi
destituitur, terribili occulte dispen-
sationis examine inde bonis
merces largitur, unde malis iusta
ira cumulatur. Quia ergo levi-
athan iste priusquam manifestus
et conspicuus veniat, ex magna
parte in sancta ecclesia signa virtutum
cessant. Recte nunc dicitur: Faciem eius
precedet egestas. Cum enim a fideli-
bus miraculorum divicie subtra-
huntur, et tunc contra eos an-
tiquus ille hostis per aperta prodigia
ostendatur, ut quo ipse per signa ex-
tollitur, eo a fidelibus sine signis

robustius ac laudabilius vincatur.
Quamvis etiam fidelibus in eius
certamine signa non deerunt,
sed tanta erunt illius ut minora
aut pauca vel nulla esse videantur.
Quorum nimirum virtus omnibus signis
sit potior, cum omne quod ab
illo terribiliter fieri conspicitur, pie
constantie calce premitur. Sed
malignus hostis tanto contra
eos acrior in immanitate se ex-
hibet, quanto se despici etiam
clarescentibus miraculis docet. To-
tum ergo se in eorum interitum
colligit, cunctosque reprobos in
necem fidelium unanimi crude-
litate coniungit, ut sevitiam suam
tanto robustius exerceat, quanto
et in eis que perverse agere appetit
nulla sibi sui corporis membra
discordant. Bene et recte dicitur: Membra iij
carnium eius coherentia sibi. Car- P
nes vero huius leviathan sunt
omnes reprobi qui ad celsitudinem
spiritualis patrie per desiderium non
assurgunt. Membra vero sunt
carnium eius hii qui eisdem per-
verse agentibus, et se ad in-
iquitatem precedentibus iunguntur.
Sicut econtra per paulum dominico
corpori dicit: Vos estis corpus I Cor. 12
Christi et membra de membro. Aliud
quippe est membrum corporis, aliud
membrum membri. Membrum namque
membri est digitus ad manum,
manus ad brachium. Membrum vero
corporis est totum hoc simul
ad corpus universum. Sicut ergo
in spirituali dominico corpore membra
de membris dicimus eos qui regunt
etiam ab aliis reguntur, ita in illa
leviathan istius reproba congrega-
cione membra sunt carnium
qui in ipso [illegible] opere quibusdam
se nequioribus iungunt. Sed quia
malignus hostis sibi in perverso
opere arcius ipse ad extrema
concordat, divinus sermo in eo
membra carnium sibimet coherentia

memorie quos unanimiter prava unani-
mitas sociavit ut nulla contra
Disputacōe se vicissim ... dividantur nulla
eos adversitatis asperitas tunc scin-
dit, et idcirco contra bonos ve-
hementer prevalent quia in malo
se concorditer tenent. Sicut enim
iam superius diximus, ut pre-
ciosum est si unitas desit bonis,
ita periculosum est si non desit
malis. Reproborum quippe uni-
tas bonorum viam tanto durius
impedit, quanto ei se pro collectione
durior opponit. Hanc unitatem
reproborum prudenter sibi paulus
conspexerat, cum in medio sa-
Act. 23 duceorum phariseorum quam deprehensus
dicebat de spe et resurrectione
mortuorum ego iudicor. Qua
nimirum voce percussa protinus
contra se vicissim audientium
turba dissiluit, cumque in duas
partes tumultuantium multitudo
dividitur paulo erepcionis via
aperitur. Quia quem turba perse-
quentium unita constringebat divi-
sa laxabat. Eripiuntur etenim
Dan. iusti dum dividuntur iniusti et electorum
vota ad perfectum perveniunt, dum
reproborum agmina per discordiam
confunduntur. Quod bene etiam in scissi-
one maris rubri signatur, dum
enim in duas partes unda di-
Exo 14 viditur ab electo populo terram pro- ad
missionis tenditur. Quia dum
malorum unitas scinditur, bone
mentes ad hoc quod appetunt
perducuntur. Si malorum unitas no-
xia non fuisset, nequaquam divina
Ge. 10 prudencia superbientium linguas
in tanta diversitate dissipasset.
Si malorum unitas noxia non
fuisset de hostibus sancte ecclesie
propheta non dixisset. Precipita
domine divide linguas eorum.
Quia ergo leviathan iste tunc
contra electos dei in suis viribus
effrenatur ad augmentum sue ma-
licie unitatem in reprobis habet

prumittitur ut tanto contra nos ro-
bustius vires suas exerceat quan-
to non solum nos ictu fortitudinis
sed etiam mole adunacionis impug-
nat. Sed quis contra ista suffi-
ciat que mens ad tante elacionis
et compagis pondera non ab ipsa
cogitacionum radice contremiscat
Sed quia trepidare nos persumma- (?)
tem conspicit protinus divina clemencia
p scinet ipsa fimi at subiungit. Nam secundum (?) mittit in 9
contra eum fulmina et ad locum
alium non feruntur. Quid appellacione
fulminum nisi tremende illo extre-
mi iudicii sentencie designatur.
Que ideo fulmina vocantur quia
nimirum eos quos feriunt perpetuis
incendiunt. Fulmina namque super
eum paulus venire conspexerat 2 Tess 2
cum dicebat. Quem dominus ihesus
interficiet spiritu oris sui et destruet
illustracione adventus sui. Hec
autem que tunc mittuntur fulmina
ad locum alium non feruntur quia iustis
gaudentibus solos tunc reprobos
feriunt. Nam post trituram presen-
tis vite in qua nunc triticum sub paleis
gemit, ita illo extremi iudicii
ventilabro inter triticum paleasque
discernitur, ut nec intra tritici horreum
palee transeant, nec in paleam
igne horrei grana dilabantur. Illa
ergo fulmina locum alium nequaquam
tangunt, quia videlicet igne suo
non grana sed paleas incendunt.
Sed quia leviathan istum pena
non corrigit inferimus dum subdit.
Cor eius indurabitur quasi lapis
Cor enim antiqui hostis quod nulla vel lap. incudin
umquam conversionis pena mollietur
quasi (illegible) quibus ictibus eterne percussionis
atteritur. Et ei protinus subinfertur
Et stringitur quasi malleatoris incus R
Incudem quippe malleator solis
aptam percussionibus fingit. Ad hoc
enim incus statuitur ut crebris ic-
tibus feriatur. Leviathan ergo
ut malleatoris incus stringitur

Quia ipsum ... vinculis coartabit, ut etiam suppliciorum continua percussione tundatur. Quo in modo quoque percutitur, dum iusti quique illo in insidiis vigilante, sed doloribus tribulantibus salvantur. In incude autem alia vasa fiunt. Ipsa vero tot percussionibus incus aliud non efficitur. Recte ergo leviathan iste incudi comparatus est, quia nos illo persequente componimur. Ipse autem et ipse percutitur, et in vas utile nunquam mutatur; eterne illum percussioni relinquimus, et nos superni artificis manu in eius temptatione percussi, per illum quasi vascula formata tendimus. In ipso enim tundimur ut ad intimum fere domus veniamus. Ipse vero quasi in ore stringitur, quia et si nunc innumeris temptando tundit, in suo tamen positus iam sub ictu sententie non vagatur. Sequitur: **Cum sublevatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur.** Scriptura sacra ita nonnumquam tempora futuri preteritum que permiscet, ut aliquando futuro pro preterito, aliquando vero utatur preterito pro futuro. Futuro namque pro preterito utitur, cum Iohannes mulierem masculum peperisse qui regat gentes in virga ferrea demonstrat. (Apoc. 12) Quia in incarnato domino veniente iam factum fuerat, res gesta nunciabatur. Rursus preterito utitur pro futuro, sicut psalmista dominus loquitur dicens: Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Quibus verbis species dominice passionis que iam transacta describitur, sed tamen adhuc longe post futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur: Cum sublevatus fuerit timebunt angeli, nil obstat intelligi, quia sub modo futuri temporis preterita describuntur, nec recte intelligentie sensum relinquimus, si credimus isto ab arce beatitudinis cadente in ruina eius etiam

electos angelos expavisse, cum ut ruinam illorum immo superbie lapsus eiceret illos, ad robustum statum timor ipse solidaret. Unde et subditur: Et territi purgabuntur. Purgati enim sunt, quia nimirum isto cum reprobis legionibus cadente ... soli in celestibus sedibus qui beate in eternum vivent remanserunt. Huius itaque lapsus eos terruit et purgavit. Purgavit vero quia exeuntibus reprobis actum est ut electi soli remanerent. Et quia auctor opifex deus scit ad bonorum custodiam bene uti eadem mala actione reproborum, lapsum cadentium vertit in profectum manentium, et unde punita est culpa superbientium, inde humilibus angelis est inventa et solidata sunt augmenta meritorum. Istis namque cadentibus illis in munere datum est ut cadere omnino non possent. Sancti enim angeli dum in istis nature sue dampna conspiciunt, in se ipsis iam cautius robustiusque consistunt. Unde fit auctore omnium rerum domino mirabiliter cuncta ordinante, ut illi electorum spirituum patrie celestis etiam ruine sue dampno proficiat, dum inde firmius constructa est unde fuerat ex parte destructa. Sed quia sepe scriptura sacra predicatores ecclesie pro eo quod gloriam patrie celestis annunciant angelorum solet nomine designare, possumus hoc loco angelos sanctos predicatores accipere. Hinc est quod Iohannes in Apocalypsi septem ecclesiis scribens angelis ecclesiarum loquitur, id est predicatoribus populorum. Hinc propheta ait: Angeli pacis amare flebunt. (Isa. 33) Hinc rursus Malachias propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Hinc Paulus ait: Magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. (1 Cor 3) Qui igitur dispensationis misterium postquam apparuisse angelis dixit, predicatum gentibus subdidit, profecto

Terruit ne condicendum sim superbe ... ricuit

angelorum nomine predicatores sanctos i-
veritatis nuncios designantur si ergo
hoc quod dicitur Cum sublatus fuerit ti-
mebunt angeli et perriti purgabuntur.
Ad futuri temporis referentem Adveni-
ente districto iudice extrema hic
istius leviathan dampnacio designatur
qui de hoc mundo per ipsum iudicium
tollitur qui nunc mira mansuetudinis
longanimitate toleratur Tanto autem
tunc pondere terroris excutitur ut
sanctorum etiam predicatorum fortitudo
turbetur Cum enim sublatus fuerit ti-
mebunt angeli quia cum iudicii
turbine rapitur hii qui in corporibus
reperiri potuerint in mensa terrore
concussi etiam superne patrie nun-
cii contremiscunt Quamvis enim fortes
sint atque perfecti adhuc tamen quia
in carne positi sunt non possunt
in tanti terroris turbine nulla for-
midine concuti Sed cum leviathan
iste rapitur cum omnia elementa
terroris intenti quatiuntur predicatores
sanctos quos ut diximus adhuc istius
corporibus illud tempus iudicii in-
venerit spes de regni propinquitate
letificat et carnis infirmitas de ire
onsione perturbat Erit ergo in eis
aliquo tremor letus et timor securus
quia et celesti regno se remunerari cer-
nunt et perituri turbinis metu per car-
nis infirmitatem contremiscunt Con-
sideremus ergo quo tunc iniquorum con-
sciencia concutitur quando etiam sanctorum
vita turbatur Hii qui oderunt ad-
ventum iudicis quid faciunt si terrore
tanti iudicii etiam qui diligunt ex-
pavescunt Et quia ipsis predicato-
ribus hoc pavore excoquitur si qua
in eis potuit esse levium rubigo vi-
ciorum postquam dixit Cum sublatus
fuit timebunt angeli Apte mox
subdidit et territi purgabuntur Sed quia
hoc de leviathan istius fine con-
gnovimus nunc ipsum prius quam pereat quid agat
audiamus sequitur Cum apprehenderit eum
gladius subsistere non poterit neque ha-
sta neque thorax In scriptura sacra
aliquando per gladium sermo predicacionis aliquando
etiam dampnacio aliquando hostis anti-
qui vel persuasio designatur Gladius enim
sancta predicacio ponitur sicut paulus
apostolus ait Et gladium spiritus quod est
verbum dei Gladii nomine etiam dap-
nacio designatur sicut de perdicione
heretico scriptum est Si multiplicati fue-
rint filii eius in gladio erunt quia
quantalibet numerositate excreverint eterna
dampnacione consumentur Gladius pro
tribulacione accipitur sicut marie de pas-
sionis tribulacionibus dicitur Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius Nonnunquam
per gladium ira vel persuasio maligni hostis
exprimitur sicut psalmista ait Qui
liberasti david servum tuum de gladio
maligno Benignus quippe sicut predicacionis
gladius quo mala quisque
ponitur ut antiqua vetustatis extinguatur
Antiqui ergo hostis est gladius ille
tunc dampnatus homo in usum iniusticie
eius assumptus Ipsum quippe per
maliciam fraudis exacuit et in suorum
corda transfigit Hunc ergo leviathan
iste gladius apprehendit cum eum
suus dampnatus homo suscepit Si
autem gladii eius ira signatur recte non
apprehendere gladium sed a gladio appre-
hendi describitur Iniquitas quippe me-
in saniam intercit ut duam omnibus
appetens nequaquam sine ire ducitur
Nos namque cum iram in usum
iusticie assumimus gladium tenemus
quia eam sub equitate iudicii possi-
dendo moderamur Ille non per abrupta
furoris rapitur non apprehendere gladium
sed a gladio apprehendi perhibetur non enim
iram possidens tenet sed ab ira semper
tenetur Cunctis autem liquet quod hastam
adversarium ponimus thorace non ab
adversario muniamur Per hastam vulnera
inferimus thorace tegimur ne vulne-
remur Quid igitur per hastam nisi pre-
dicacionis iaculum quid per thoracem
nisi fortitudo paciencie designatur Levi-
athan ergo iste quia per assumptum
reprobum hominem ira omnimode cru-
delitatis effrenatur apprehendi a gladio
dicitur Nam persuasionem inmense tunc
fortitudinis exhibet quod quemque

Marginalia: Ephe 6 · Iob 21 · luc 2 · Quo predicacionis vel ... monia / Qui aligni vero est dyabolus / persuasio eius gladius · Deut 33 · Ephe 6 · Quia

Gladius

potest/ et neq; hasta neq; thorax sub
sistere potit/ quia in antixpm veniens
tante uirtutis gloria apparebit/ ut si
supni adiutorii desit/ et pdicacionis
acumen obtundat/ et longanimita
tem paciencie destruat/ nisi enim
infirmorum mentem superna gracia solidet
uo non subsistit hasta quia pdicatorum uerbis
frangitur/ non subsistit thorax/ quia co
stanciam paciencie disrupta penetrat
Unde et subditur/ Reputabit enim
ut paleas ferrum/ et quasi lignum
putridum es/ Quod superius dixit
hastam/ hoc in ferrum nomine appella
cione replicauit/ et quod thora
cem protulit/ hoc in nomine eris comme
moracione signauit/ Ferrum namq;
acuitur ut aduersarius uulneretur/ es
autem rubigine nulla pene con
sumitur/ Ferro igitur pdicacionis iacula
ere autem longanimitatis constancia
designatur/ Unde et sub assercione
Deut^o 33 dei etiam per moysen dicitur/ Ferrum
et es calciamentum eius/ Calciamenti
quippe in scriptura sacra munimen
pdicacionis accipitur/ Sicut scriptum est
Ephe 6 Calciati pedes in preparacione euangelii
pacis/ Quia ergo per firmam uirtutis
pedem autem perseuerancia exprimitur/ Ferrum
et es calciamentum eius dicitur/ cum
pdicacio eius acumine simul et
constancia munitur/ Per ferrum enim
mala aduersancia penetrat/ per es autem
bona que proposuit longanimiter seruat
Cuius profecto perseuerancie illic opus
insinuat subdens/ Sicut dies iu
uentutis eius ita erit et senectus
illius/ Sed leviathan iste qui illum
gladium quem sacra eloquia an
tixpm uocant in execucione sue i
niquitatis assumpserit/ et ferrum uelut
paleas/ et es uelut lignum putri
dum reputabit/ quia nisi diuina
gracia protegat/ et pdicacionum uires
uelut paleas nequicie sue igne co
sumit/ et pacientum constanciam quasi
lignum putridum in puluerem redigit
Et acumen igitur ferri/ et eris fortitudo
deficeret/ dum per violenciam uirtutis
illius et pdicacionis opus obtunditur

et paciencie longanimitas dissipatur
Nisi ergo electos suos opitulacio diuina
roboret/ ubi tunc infirmi erunt
si fortes uelut palee reputantur/ Quid
tunc leviathan iste de paleis faciet/
si ferrum quasi paleas estimabit
Quid de putridis lignis acturus est
si quasi lignum eris fortitudinem
soluet/ Sed quia multi sunt qui
suis uiribus firmi uel es se esti
mant/ in illo tunc tribulacionis igne
se paleas esse deprehendunt/ et qui
multa qui per infirmitate se paleas
esse metuunt/ pdiuini adiutorii fulti
munere atq; eius soliditate roborati
ut contra aduersarium suum tanto
magis in deo fortes sunt/ quanto
de se amplius infirmos se esse con
pererint/ Sed quanto altius be-
hemoth iste contra electos prauitatis
iacula erigitur/ tanto contra eum se
qui eq; uehemencius ad pdicacionis
uerba se constringunt/ Cum tamen ita
reproborum mentes possidet/ ut eas
nulla confossus uirtutis iaculacione
delinquat/ Unde et subditur/ Non fu
gabit enim vir sagittarius/ Quid
autem per sagittas nisi uerba pdicatorum
accipimus/ Que dum ex uoce bene
uiuencium dirigunt/ audiencium cor
da transfigunt/ Hijs sagittis sancta
ecclesia percussa fuerat que dicebat/ Vul
nerata caritate ego sum/ De hijs
sagittis psalmiste uoce narratur
Sagitte paruulorum facte sunt plage
eorum/ quia uidelicet uerba humilium
penetrauerunt animos superborum/ De
hijs sagittis uenienti propugnatori dicitur
Sagitte tue acute potentissime populi
sub te cadent in corde/ Vir itaq; sa
gittarius est/ qui per arcum intencionis
acutum audiencium cordibus uerba recte
[illegible] exhortacionis infigit/ Quia
ergo leviathan iste uerba pdicacionum
despicit/ et eorum reproborum mentes male
suadendo momordit/ dum eas nec
iacula eas omnino non relinquit/ recte dicitur
Non fugabit enim uir sagittarius
Ac si aperte diceretur/ A reproborum cordibus
eum sancti pdicatoris sagitta non excutit

quia quisquis ab illo apprehenditur
verba predicancium audire contempnit.
Unde bene per prophetam predictis insistens
de hiis quos in manum antiqui hostis
Ysa. 8 deserit dominus per prophetam dicit In
mittam vobis serpentes regulos
quibus non est incantacio. Ac si di
cat. Iusto iudicio talibus vos in
mundis spiritibus tradam qui a vo
bis excitati exhortacione predicancium
quasi incantacionis sermone non
valeant. Quia vero leviathan iste
a cordibus reproborum sancte predicacionis
spiculis non movetur. Ipse etiam fortium
virorum contemptus adiungitur cum illico
subinfertur. In stipulam versi sunt
ei lapides funde. Quid per fundam
nisi sancta ecclesia signatur. Funda
namque dum in gyrum mittitur
sicut de illa lapides exeunt qui
bus adversariorum pectora feriuntur
ita etiam sancta ecclesia dum volubilitate
temporum et tribulacionum circuitu ducitur
fortes ex illa viri prodeunt quibus
quasi lapides ictibus iniquorum
corda tunduntur. Unde et ad prophetam
de bonis doctoribus dominus dicit.
Devorabunt et subicient lapidibus
funde. Sancti quippe doctores
qui ad virtutem et alios instruunt
hostes devorant dum eos intra
corpus suum per vim conversionis in
mittunt. Quos lapidibus funde
subiciunt quia dum fortes quosque
in sancta ecclesia viros instituunt
per eos adversariorum superbiencium pecto
ra dura confringunt. Unde et
1 Reg 16 golyas in maximo saxo funde
moritur quia singulari sancte ecclesie
lapide dyabolica celsitudo superatur.
Leviathan itaque iste quia desperato
illo homine assumpto quoslibet
fortes ecclesie velut infirmos de
spicit eorumque vires temporaliter premit
recte nunc dicitur. In stipulam versi sunt
ei lapides funde. Ac si aperte dicatur
Sanctorum robur quasi in stipule
mollitiem redigit quorum lingwa sue
pectus illius duris ictibus tundit.
Omnem quippe fortitudinem tunc

sine iniquitatis exercens quanto se
ab eis vinci spiritualiter dolet tanto atro
cius contra eos corporaliter prevalet.
Et quia nil se contra eorum spiritum pre
valere considerat in eorum carne cru
delitatis sue omnia argumenta con
sumit. Sed quid mirum si humanas
vires despicit quia ipsa etiam superni
in se iudicii etiam tormenta contempnit.
Unde et subditur. Quasi stipulam estima
bit malleum. Ac si dicat etiam pondus
eius animadversionis despicit qui se
per supplicium desuper veniens ferit.
In scriptura enim sacra mallei nomine
aliquando dyabolus designatur per quem nunc
delinquencium culpe feriuntur. Aliquando
vero percussio celestis accipitur qua vel
electi superiores ictus senciunt ut a pravis
itineribus corrigantur vel iusta ira re
probos percutit ut iam supplicia eter
na preveniens quid etiam in posterum
maneant ostendat. Nam quod appella
cione mallei antiquus hostis exprimi
tur propheta testatur cum super eum vim
extremi iudicii contemplatur dicens Ier. 50
Quomodo confractus et contritus est mal
leus universe terre. Ac si dicat. Eum
per quem vascula sua dominus in mundi
usu formanda percutit quis perpendat
quo turbine veniente extremo iu
dicio in eterna dampnacione confringet.
Rursum per malleum percussio celestis ex
primitur quod salomone templum edifi 3 Reg 6
cante signatur cum dicitur. Domus autem
cum edificaretur lapidibus dedolatis
atque perfectis edificata est. Malleus autem
et securis et omne ferramentum non sunt
audita in domo cum edificaretur. Quid
enim domus illa nisi structuram eternam
quam in celestibus dominus inhabitat signa
bat ad cuius edificacionem electorum
anime quasi quedam expoliti lapi
des deferuntur. Cum enim edificatur
in celis nullus illic iam discipline
malleus resonat quia dolati atque
perfecti lapides illuc ducuntur ut in locis
iuxta numerum congruis disponantur.
Hic enim foris tundimur ut illuc sine

reprehensione remanserint. Hic malleus
hic securis hic omnia tunsionum re
sonant ferramenta, in domo autem
dei nullus ictus auditur, quia in celesti
patria omnes iam passionum strepi
tus conticescunt. Nequaquam ibi mal
leus ponitur quia nulla animadversio
affliget, nequaquam securis incidit,
quia receptos intus nulla foris
sterilitatis sententia proicit, nequaquam
ferramentum perstrepit, quia nec que
libet minima ultra iam flagella se
ciuntur. Quia ergo per malleum desig
ferientem celestis pondus percussionis
exprimitur, recte dicitur: quasi stipulam esti
mabit malleum. Quid est quod levi
athan iste malleum despicit, nisi
superne animadversionis ictus formida
re contempnit. Et quasi stipulam
malleum contempnit vel deputat,
quia admiste ire se pondere nequaquam
contra percussionis terrores patitur. Unde
3 adhoc expressius subditur: Et deride
bit vibrantem hastam. Contra levia
than vero dominus hastam vibrat
quia in eius interitum districtam minatur
sententiam. Hastam quippe vibrare est
etiam ei mortem ex districta ani
madversione preparare. Sed eos apostatam suo
auctore inte etiam cum sua morte
despiciens hastam vibrantem deridet,
quia ex districto iudicio quidquid grave
quidquid horribile se perpeti non
metuit, sed quo se ad eterna tormenta
non posse evadere conspicit, eo in
extenda nequitia durior surgit.
Quem tamen plerique huiusmodi sapientes
in cunctis que appetunt tanta per
tinacia tanta fortitudine stringi non
considerunt, corda sua ad famulatum eiusdem
tyrannidis inclinant, et omne quod
deo largiente sapiunt, hoc totum ei
ad famulatum hostis illius inflectunt.
vii Unde et recte subditur: Sub ipso erunt
radii solis. Scriptura enim sacra cum
sol figurate ponitur, aliquando dominus,
aliquando persecutio, aliquando vero qualibet
manifeste visionis ostensio, aliquando
autem intelligentia sapientum designatur.
Per solem quippe dominus figuratur, sicut

in sapientie libro perhibetur quod omnes impii
in extremum diem iudicii cognita sua
dampnatione dicturi sunt: Erravimus
a via veritatis et iustitie lumen non
luxit nobis, et sol non ortus est
nobis. Ac si aperte dicant: interni
nobis luminis radius non refulsit.
Unde et Iohannes ait: Mulier amicta
sole, et luna sub pedibus eius.
In sole enim illustratio veritatis, in luna
autem que menstruis supplementis
deficit mutabilitas temporalitatis accipitur.
Sancta vero ecclesia quia superni
luminis splendore protegitur, quasi sole
vestitur, quia cuncta temporalia despicit
lunam sub pedibus premit. Rursum
sole persecutio signatur sicut veritas
ait, quod nata sine radicibus
semina orto sole aruerunt, quia vide
licet verba vite in corde hominum terre
norum temporali momento virentia super
veniente persecutionis ardore sic
cantur. Rursum sole manifeste
visionis ostensio designatur, sicut
propheta deum cunctorum oculis appa
rentem denuntiat dicens: In sole
posuit tabernaculum suum. Ac si di
ceret: humanitatis assumpte sacramentum
in lumine manifeste visionis ostendit.
Et sicut eidem prophete divina voce
per Nathan dicitur: Tu fecisti in ab
scondito, ego autem faciam verbum istud
in conspectu omnis Israel et in conspectu
solis. Quid enim per conspectum solis
nisi cognitionem insinuat manifeste
visionis. Rursum solis nomine sa
pientium intellectus exprimitur, sicut
in Apocalypsi scriptum est: Quartus ange
lus effudit phialam suam in sole
et datum est illi estu affligere ho
mines et igni. Phialam videlicet
in sole effundere est persecutionis ~~est~~
~~persecutionis~~ supplicia viris sapientie
splendore fulgentibus irrogare. Et
datum est illi ut affligeret homines
estu et igni, quia dum sapientes viri
cruciatibus victi male agendi erro
re tanguntur, illorum exemplo per
suasi infirmi quique temporalibus de

Sol

sideriis inardescunt. Ruine vero fortium augmenta fiunt perditionibus infirmorum. Quia ergo sole anima sapientis designatur, per comparationem que a Salomone dicitur: Sapiens ut sol permanet, stultus ut luna mutatur.

Eccl. 27

Hoc ergo loco quid per solis radios nisi anima sapientum designatur? Quia enim multi qui in sancta ecclesia luce sapientie resplendere videbantur, tunc vel persuasionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti leviathan istius dominationi se subiciunt, recte dicitur: Sub ipso erunt radii solis. Ac si aperte diceret: Hii qui in terra sanctam ecclesiam per animam sapientie quasi radios lucis videbantur aspergere et per candorem rectitudinis desuper resplendere, potestati leviathan istius iniqua se operatione substernunt, ut non iam recta predicando desuper luceant, sed ei perverse obsequendo famulentur. Solis ergo radii sub ipso sunt, quando nulli etiam docti viri sapientie sive animam non libere agendo sublevant, sed ad vestigia leviathan istius terrenitate operis et blandimento adulationis inclinant, ut intelligentia que illis sicut sol desuper fuit ex celesti munere antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena cupiditate. Unde et nunc cum quisque sapientum vel doctorum pro commodo et gloria vite temporalis per adulationis lapsum terrenis se potestatibus prave agentibus subicit, quasi sub vestigiis venientis antichristi solis se radius sternit, et velut celi lucem sibi behemoth humiliat, dum perversorum assensui sapientum mentes inclinat. Totiens vero leviathan istius pedibus se radii solis subdunt, quotiens hii qui doctrine lumine videntur splendere in moderato anime pravitatis in suo eloquio sentiunt, per ipsos sensibus eius sectoribus substernunt, quia dum contra fidelia veritatis predicamenta se erigunt, leviathan istius vestigiis falsa sentiendo famulantur. Totiens radii solis sub ipso sunt, quotiens docti quique et intelligentie luce pollentes vel despectis ceteris in elatione se erigunt, vel summa que sapiunt postponentes sordidis carnis desideriis inquinantur, et obliti celestium terrena ambiunt, vel non reminiscentes quia terra sunt, de cognitione celestium in animo gloriantur. Unde et recte subiungitur: Sternet sibi aurum quasi lutum.

A

Appellatione quippe auri in sacro eloquio aliquando divinitatis claritas, aliquando splendor superne civitatis, aliquando caritas, aliquando nitor glorie secularis, aliquando pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri siquidem nomine ipsa intima divinitatis claritas designatur, sicut in Canticorum canticis sponsi species describitur: Caput eius aurum optimum.

Ca 7

Quia enim caput Christi Deus, ut non in metallis auro fulgentius, sponsi caput aurum dicitur, quia eius humanitas ex divinitatis nobis sue claritate principatur. Rursum auri nomine splendor superne civitatis dicitur, sicut hanc Iohannes se vidisse testatur dicens: Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo.

Apoc. 21

Aurum namque ex quo illa civitas constat, simile vitro dicitur, ut et per aurum clara, et per vitrum designetur esse perspicua. Rursum auri nomine caritas intimatur, sicut angelum quem sibi Iohannes loqui conspexit, ad mamillas zona aurea cinctum vidit, quia nimirum supernorum civium pectora dum penali iam nequaquam timori subiecta sunt, atque a se invicem nulla scissione solvuntur, ex sola se caritate constringunt. Zona vero circa mamillas est habere cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincula restringere. Rursum auri nomine nitor glorie temporalis exprimitur, sicut per prophetam dicitur: Calix aureus Babylon.

Ie 51

Quid enim Babylonis nomine nisi huius mundi gloria designatur? Que calix aureus dicitur, quia dum pulchra esse temporalia ostendit, stultas mentes insita concupiscentia debriat, ut presentia temporalia appetant, et invisibilia

pulchra contemplat. Hoc aureo calice
prima sponte sua ebria debriata est
g° de qua hystoria veritatis dicit Cum mu
lier vetitum lignum concupisceret vidit
quod esset pulchrum visu aspectuque
delectabile et comedit. Aureus
ergo babylon calix est quia dum
visum exterioris pulchritudinis ostendit
sensum interne rectitudinis subtrahit.
R Rursum auri nomine splendor sanctitatis
accipitur, sicut iudaycum populum
a splendore iusticie ad nequicie te
nebras commutatum ieremias deplo
Tr° rat dicens Quomodo obscuratum est
aurum mutatus est color optimus.
Dicitur enim supernis dignum aurum
obscuratur cum subsequentibus iniqui
tatum tenebris iusticie pulchritudo
deseritur. Color optimus immutatur
+ cum splendor innocentie in feditatem
B mutatur culpe. Luti quoque nomine in sacro
eloquio aliquando terrenarum rerum multipli
citas, aliquando sordium sapiens terrena
doctrina, aliquando autem desideria carnis
illecebre designantur. Lutum quippe
terrenarum rerum multiplicitas signatur
Sicut per abacuc prophetam dicitur Ve qui
multiplicat non sua usquequo aggravat
contra se densum lutum. Denso
enim luto se aggravat, qui per avari
ciam terrena multiplicans peccati sui
oppressione se coangustat. Rursum
+ luti nomine doctrina sordium sapiens
designatur sicut per eundem prophetam dicitur
Abac 3 Viam fecisti in mari equis tuis
in luto aquarum multarum. Ac si dicat
Aperuisti iter predicatoribus tuis in medio
doctrinas huius seculi sordida et
terrena sapientes. Lutum quoque deside
rium sordide voluntatis exprimitur sicut
psalmista deprecatus ait Eripe me
de luto ut non inhaeream. Luto quippe
inherere est sordidis desideriis con
cupiscentie carnalis inquinari. Hoc ergo
in loco auri claritas sanctitatis accipitur,
luti vero vel terrenarum rerum avaricia,
vel pravarum contagia doctrinarum
vel sordes carnalium voluptatum valet
intelligi. Quia enim multos
leviathan iste qui in terra statim etiam
fulgore iusticie resplendere videbantur
tunc vel terrenarum concupiscentia

vel erroris doctrine contagio vel
carnalibus sibi voluptatibus subiciet
aurum procul dubio quasi lutum sternit.
Aurum quasi lutum sternere est quibusdam
dam ante munditia publicata deside
ria conculcare. Ut hii etiam sordi
dis eius vestigiis premantur qui con
tinuum prius interni splendore rutilabant.
labant. Antiquus itaque hostis a
lios nunc sub specie sanctitatis illudit
alios autem per seda vicia ante car
nalis incipit. Sed tunc per hoc aperte
crassabitur nunc autem multorum cordi
bus occulte dominatur. Unde paulus
apostolus ait Ut reveletur in suo tempore 2 Thess 2
nam misterium iam operatur iniquitatis.
Totiens igitur nunc aurum sibi quasi
lutum substernit quociens castita
tem fidelium per carnis vicia sub
icit, totiens aurum velut lutum
calcat quotiens sensum conti
nentem per immunda desidia dissipat.
quod tunc multo vehemencius
peragit quando sue perditae libertati
commissus hoc quod appetit effre
nacius perpetrabit. Et fortasse viij
quempiam moveat cur iniustos C
deus ista fieri permittat ut levi
athan iste seu nunc per suggestiones
callidas seu tunc per dampnati
illum hominem quem replet velut sol
sibi radios id est doctos quosque
sapientes que subiciat. Vel aurum
id est viros sanctitatis claritate ful
gentes quasi lutum sibi viciis co
inquinando substernat. Sed citius vide
mus quia aurum quod pravis
eius persuasionibus quasi lutum
sterni potuit ante dei oculos aurum
nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque
non reversuri possunt quasi habi
tam sanctitatem ante oculos hominum vi
dentur amittere sed eam ante dei
oculos nunquam habuerunt. Sepe in
que homo multis peccatis occulte in
volvitur et in una aliqua virtute
magnus videtur. Que ipsa quoque
virtus manifestes deficit quia
dum innotescit hominibus procul dubio
laudatur eius que laus inhyanter ap
petitur. Unde fit ut et ipsa virtus

90.

ante Dei oculos virtus non sit
dum abscondit quod displicet
prodit quod placet. Que vero
merita apud Deum esse possunt
quorum et mala occulta sunt et
bona publica? plerumque enim sicut
diximus latet superbia et castitas
innotescit, atque ideo cepta diu
castitas circa finem vite perditur,
quia coopta superbia usque ad fi-
nem in corde retinetur. Alius
elemosinis vacat propria distribuit
sed tamen multis iniusticiis sunt
vel fortasse lingwa et detraccionibus
operit et fit plerumque ut is qui
misericors fuit, in extremo vite sue tem-
pore rapacitatis et crudelitatis
stimulis inardescat. Quod valde
de iusto iudicio agitur ut perdat
ante homines unde hominibus pla-
cuit, qui hoc unde Deo displicent
corrigere nolunt. Alius paciencie
studet, sed invidie aliis conformare
in corde maliciam non cavet, fit-
que impaciens quia diu latuit
dolens. Hii itaque per aliquid aurum
sunt et per aliquid lutum. Atque
hoc aurum quasi lutum sunt, quia
occultis peccatis exigentibus etiam
virtus que publice claruit dis-
sipatur. Sed ope pennam ~~id est re-~~
~~ceptam~~ credimus, si in his viti-
tem superbiam ... ordine subti-
lis pendamus. Sepe enim omnipotens
Deus occulta ... mala diu tol-
lerat, et aperta eorum bona electorum
suorum usibus profutura dispensat.
Nam non nulli mundi negocia
funditus deserentes non perseveraturi
angustum iter arripiunt. Sed
ad querendam angustam viam ex-
emplo suo eos qui perseveraturi
sunt accendunt. Hiis plerumque con-
tingit ut hoc ipsum quod bene
vivere videntur non sibi sed pocius
aliis scilicet electis vivant, dum
exemplis suis ad bonum vivendi
studia perseveraturos alios non per-
severaturi provocant. Sepe etenim
quosdam videmus viam ingredi
ad locum propositum festinare quos

// cruda

alii quia comites conspiciunt secuntur
eundo eque locum pariter petunt. Sed fit
plerumque ut inveniente aliquo impli-
cacionis articulo post se redeant qui
preibant, et hii ad locum perveniant qui
sequebantur. Ita nimirum sunt qui non
perseveraturi viam sanctitatis arripiunt,
idcirco enim virtutis iter non perventu-
ri inchoant, ut eis qui perventuri
sunt qua gradiantur ostendant. Quorum
etiam casus utilitate non modica
electorum provectibus servit, quia dum
illorum lapsum conspiciunt de suo sta-
tu contremiscunt, et ruina que illos
dampnat istos humiliat. Discunt enim
in superbam ... proteccione confidere, // adiuto vii
dum plerosque ~~...~~ conspiciunt
de suis viribus cecidisse. Quando
ergo bona agere videntur reprobi qui
planum iter electis sequentibus monstrant
qui vero in lapsum nequicie corruunt
electis post se pergentibus quasi ca-
venda superbie foveam ostendunt.
Calcat ergo leviathan iste etiam solis
sibi radios subdat, atque aurum
luti more subiciat. Sed ad opus
Deus ad electorum suorum solacium
bene utitur malo reproborum, quia hii qui
ad illum perventuri sunt et suis
ad eum meritis proficiunt et sepe
eo quod superbe sapiunt alienis
lapsibus corriguntur. Sed si hec levi-
athan ita agit in eis quos claros
aliqua virtus ostendit, quid de
illis facturus est quorum mens vel
ex parte aliqua eternis concupis-
centiis sublevata non est. Quod tum
divinus sermo apte exprimit cum
subiungit: Fervescere facit quasi ollam ·ix·
profundum mare. Quid per mare nisi
vita secularis, quid per profundum
nisi alte et abdite eorum cogitaciones
exprimuntur. Quod profundum
mare leviathan iste quasi ollam
facit fervescere, quia nimirum constat
quod persecucionis extremo tempore contra
electorum vitam studeat animos re-
proborum per flammam crudelitatis excitare.
Tunc profundum mare quasi olla fervescit
cum corda ... vallido ardore sevicie
succendit et hoc fraus tempore in sua malicia

// Delecto 4 scah

clausa latuerint, tunc testa et manifeste
persecutionis ebulliunt ac per abruptam
aperte crudelitatis licentiam, ea que
diu presserant odia antiqui livoris
exaltant. Cum autem pestifero ar-
erroris | dore persuasi sic iniustis famulantur anti-
christo, ut tunc verius prebere estimentur
Iux | obsequium christo. Postquam dixit fervescere
facit quasi ollam profundum mare
apte subiunxit: Ponet quasi cum un-
guenta ebulliunt. Unguenta quippe cum
ebulliunt fragrantiam suavitatis red-
dunt. Quia ergo leviathan iste ita
seducit corda reproborum ut quicquid
agunt ex iniquitate perfidie pro veritate
recte fidei se agere suspicentur. Quasi
bene eis olet id quod zelo religio-
nis exercent. Unde in ewangelio discipulis
Io 16 | veritas ait: Ut omnis qui interficit
vos arbitretur obsequium se prestare
deo. Igitur sicut olle fervet dum
crudeliter premunt, sed apud eos ipsa
persecucio unguentorum fragrantiam re-
dolet, dum mens eorum vanis
suspicionibus decepta estimat quia
deo persolvat obsequium. In scriptura
enim sacra unguentorum odoribus opinio
solet signari virtutum. Unde sponsa
Ca. 1 | in cantico canticorum sponsum deside-
rans dicit: In odorem unguentorum
tuorum currimus. Et paulus apostolus
2 Cor. 2 | virtutum laude fragrare se sentiens
ait: Christi bonus odor sumus deo. Ita
que quia leviathan iste iniustos illi-
cit per dira nasis sue crudelitatis operam
sub opinione laudis et pretextu vir-
tutis incipit. Postquam dictum est
fervescere faciet ollam quasi profundum
mare recte mox subditur: Ponet quasi
cum unguenta ebulliunt. Quod enim
per crudelitatis incendium mare fuit
hoc eorundem iudicio qui exaltantur
falso nomine virtutum ac si ungenta
ebulliant ondit, ut tanto acriores
ad crudelitatem fiant, quanto se etiam
mercedem premia quasi pro zelo religionis
existimant, iniustum quoque hoc est divino
iudicio, ut qui pietatis vim perdere
et custodire negligunt, suspicionis
sue odore fallantur. Unde ad illusionis
augmentum eos crudelia perpetrantes
signa quoque ac prodigia subsequuntur
sicut et recte subiungit: Post eum
lucebit semita. Post leviathan
quippe semita lucem prebet, quia
dum tulit admirationem nimiam
ex miraculorum claritate delinquit
et sine post se per ministros suos quo-
libet prodeant mendacibus signis
choruscant. Unde et hoc quod sepe
iam protulimus in ewangelio veritas dicit: | Mt 24
Surgunt pseudo christi et pseudo
prophete et dabunt signa magna
et prodigia, ita ut terrorem in-
ducant si fieri potest etiam electi.
Semita igitur post leviathan lucet,
quia quorum corda penetrat eorum
opera prodigiis illustrat. Nec mi-
rum tamen alcius iniquorum men-
tes in tenebris erroris teneat, quanto
per eos foris quasi potentius luce
de miraculis ostendat. Sed sunt
non nulli qui in memoria et verba
prophetica, et ewangelica precepta re-
tinentes sciant, et falsa esse signa
que exhibet, et vera supplicia atque
deinceps trahet horum corda le-
viathan iste, quia scientis osten-
tacione non incipit in alia se eis
illusione componit. Quosdam vero
hoc scientes et tamen presentem vi-
tam diligentes conspicit quorum
pravitatibus metibus ventura suppli-
cia leniget fimenda, quoque distric-
cionis iudicia asserit, et deceptos
callide ad presentes voluptates rapit.
Unde et apte mox subditur: Estima- | v. ff
bit abyssum quasi senescentem.
Quod etiam et incomprehensibilia
iudicia abyssus nomine soleant
designari psalmista testatur dicens:
Iudicia tua domine abyssus multa.
Senectus vero aliquando pro finis propin-
quitate ponitur sicut apostolus ait: | Heb. 8
Quod antiquatur et senescit prope
interitum est. Leviathan vero iste
estimabit abyssum quasi senescentem,
quia reproborum corda sic infatuat
ut suspicionem eis deventuro iudi-
cio quasi finiatur infundat. Abyssum
namque senescere estimat, qui timere

quandoque in suppliciis supernam
animadversionem putant. Igitur antiquus
iste persuasor in membris suis idem est
in ignorantium mentibus futuras pe-
nas quasi certo fine determinat
ut eorum culpas sine termino
correctionis extendat, et eo ma-
gis hic peccata non finiat, quo illic
estimat peccatorum supplicia fine
dari. Sunt etiam nunc quidam qui ideo
peccatis suis finem ponere negli-
gunt, quia habere quandoque finem
ventura super se iudicia suspicantur.
Quibus breviter videbimus. Si
quandoque finienda sunt supplicia
reproborum, quandoque etiam finienda
sunt gaudia beatorum. Per semetipsam
Mat 21 namque veritas dicit: Ibunt hii in
supplicium eternum, iusti autem in vitam
eternam. Si igitur hoc verum non est
quod minatur, neque illud verum est
quod promisit. At inquiunt. Ideo eter-
nam penam peccantibus minatus
est, ut eos a peccatorum perpetratione co-
perceret, quia creature sue eterna
supplicia minari debuit non in-
ferre. Quibus citius videmus.
Si falsa minatus est ut ab in-
iustitia corrigeret, etiam falsa pol-
licitus est ut ad iustitiam pro-
vocaret. Et quis hanc vesaniam
eorum tollet, qui dum permissionibus
suis eterna supplicia finiri asserunt
assertione sua eterna electorum premia
remunerationesque confundunt.
Quis hanc eorum vesaniam tollet
qui conatur astruere verum non esse
quod vitiis de eterno igne minata est
et dum satisagunt deum perhibere
misericordem, non verentur predicare
fallacem. At inquiunt. Sine fine
non debet puniri culpa cum fine.
Iustus namque omnipotens deus est,
et quod non eterno peccato commissum est
eterno non debet puniri tormento.
Quibus citius videmus quod recte
dicerent, si iustus iudex districtus
que veniens non corda hominum sed
facta pensaret. Iniqui ideo et enim ideo
cum fine deliquerunt, quia cum fine
vixerunt. Voluissent quippe sine
fine vivere ut sine fine potuissent
in iniquitatibus permanere. Nam magis
appetunt peccare quam vivere, et ideo
hic semper vivere cupiunt, ut numquam
desinant peccare dum vivunt. Ad dis-
tricti ergo iudicis iustitiam pertinet
ut numquam careant supplicio quorum
mens in hac vita numquam voluit
carere peccato, et nullus detur iniquo
terminus ultionis, quia quamdiu
valuit habere noluit terminum criminis.
At inquiunt. Nullus iustus crude-
litatibus pascitur, et delinquens servus
a iusto domino idcirco cedi precipitur
ut a nequitia corrigatur. Ad aliquid
ergo ceditur cum dominus eius crucia-
tibus non delectatur. Iniqui autem
gehenne ignibus traditi quo fine cum
semper ardebunt. Et quia certum est
quod pius ac omnipotens deus non pascitur
cruciatibus miserorum, cur ergo cru-
ciantur iniqui si non expiantur. Quibus
citius videmus quod omnipotens deus quia
pius est miserorum cruciatu non pascitur,
quia autem iustus est ab iniquorum
ultione imperpetuum non sedatur. Sed iniqui
omnes eterno supplicio deputati sua in-
iquitate puniuntur, et tamen ad aliquid
concremantur, scilicet ut iusti omnes et
in deo videant gaudia que percepe-
runt, et in illis respiciant sup-
plicia que evaserunt, ut tanto mag-
is eterne divine gratie debitores se
esse cognoscant, quanto in eternum ma-
la puniri conspiciunt, que eius
adiutorio vitare potuerunt. At in-
quiunt. Et ubi est quod sancti sunt si pro
inimicis suis quos tunc ardere
viderint non orabunt, quibus utique
dictum est: Pro inimicis vestris orate.
Sed citius videmus. Orant pro inimi-
cis suis eo tempore quo possunt ad
fructuosam penitentiam eorum corda convertere
atque ipsa conversione salvare. Quid enim cum ad
[struck-out] pro inimicis orandum est nisi
hoc quod ait apostolus: ut illis det deus 2 Tim 2
penitentiam et resipiscant a dyaboli la-
queis a quo captivi tenentur ad ipsius
voluntatem. Et quo pro illis tunc ora-
bitur qui iam nullatenus possunt
ad iustitie opera ab iniquitate com-
mutari. Eadem itaque causa est cur
non oretur pro dyabolo angelisque eius

Iniq. se vellet vivere ut se posset peccare

eterno supplicio dampnatis / que ut
causa est etiam ut non orent sancti
homines pro hominibus infidelibus
impiisque defunctis / quos eterno
deputatos supplicio iam noverunt
et idcirco aut illius iusti iudicis
aspectum orationis sue meritum cassare
refugiunt / Quod si nunc quoque vi
ventes iusti mortuis dampnatis
iniustis non compaciuntur qui adhuc
aliquid iudicabile in sua carne
se perpeti noverunt / quanto districtius
tunc iniquorum tormenta respiciunt
quando ab omni vicio corrupcionis
exuti ipsi iam iusticie vicinius
atque arcius inheserunt / Sic quippe
eorum mentes per hoc quod iustissimo
iudici inherent districtionis vis
absorbet ut omnino eis ~~non eis~~ non
libeat quicquid ab illius interne
regule subtilitate discordat / Sed
quia sub certo occasionis articulo
hec contra origenistas diximus
breviter / ad eum quem premisimus
exponendi ordinem redeamus

xi g. Magnitudinem conditoris deus callida ma
chinamenta leviathan istius indi
cavit aperte predicens quia omne quod
electos exterius vehementer opprimit / et
quod interius suggestione sua re
probos blandiens infundit / mox
in manifestacione virtutis illius bre
viter insinuans ~~subdit~~ Non est
super terram potestas que comparetur
ei / Potestas eius super terram
cunctis eminentior perhibetur quia
et si actionis sue merito in terram
homines cecidit / omne tamen
genus hominum angelice nature con
dicione transcendit / Quamvis enim
in tue beatitudinis felicitatem perdide
rit / nature tamen sue magni
tudinem non amisit / Cuius adhuc
viribus humana omnia superantur
licet scis hominibus minorum suorum
deiectione subiaceant / In tempore
sanctis contra hunc decertantibus
ex retribucione sue virtutis crescit
quo ille ab eis vincitur qui pro nature
potencia quod in omnibus super
esse gloriatur ~~sequitur~~ Qui factus
est ut nullum timeret / Sic quidem
per naturam factus est ut conditorem
suum caste timere debuisset timore
videlicet sobrio / timore securo / non ti
more quem foras mittit caritas /
sed timore qui in seculum seculi per
manet / id est quem caritas gignit
Aliter enim timet coniugem uxor
amans / aliter dominum ancilla paciens
Sic fuit iste conditus quatenus
timore leto auctorem suum et amans
metueret / et metuens amaret
sed sua perversitate talis factus est ut
nullum timeret / Ei quippe a quo con
ditus fuerat subesse despexit
Ita enim deus supra omnia est / ut
ipse sub nullo sit. Leviathan vero
iste eius celsitudinis culmen a
spiciens / ius perverse libertatis
appetiit / ut posset ceteris et nulli
subesset dicens Ascendam super Ysa. x
altitudinem nubium similis ero
altissimo / Cuius eo ipso similitudinem
perdidit quod ei superbe esse similis
in celsitudine concupivit / Quem
enim caritate eius imitari debuit
subditus ambiit illius celsitudinem /
et hoc quod imitari poterat a
misit elatus / Celsus nimirum
esset si ei qui veraciter celsus
est inherere voluisset / Celsus esset
si participacione vere celsitudinis con
tentus fuisset / sed dum privatam
celsitudinem superbe appetiit vere
perdidit participatam / Relicto nam
que eo cui debuit inherere principio
suum sibi appetiit quodammodo
esse principium / Relicto eo qui vere
ei sufficere poterat / se sibi sufficere
posse iudicavit / et tanto magis
infra se cecidit / quanto magis
contra gloriam sui conditoris se
erexit / Nam quem exaltabat liber a
spiritus / deiecit captiva libertas
Qua libertate nunc ut nullum time
at refrenat / sed ipsa effrenatione
gravius restringit / Ipso enim iudice
cuncta mirabiliter ordinante vi
xit illum libertas qua appetiit
quia nunc omnino non timens

omnibus suppliciis succumbit, qui de-
mentis ergam super esse potuit, si unum
quem debuit timere voluisset.
Unum profecto timens omnia possi-
deret, qui nunc unum non timens
omnia supplicia perdidit. Factus est
ergo ut in supplicium timet illum, ut
quia nec deum, sed neque hoc quod
passurus est metuit. Cui felicius
fuerat minimum timendo supplicia
vitare quam non timendo tolerare.
Appetitu ergo celsitudinis rigore
tendit mentis, ut per duritiam iam se
esse male ~~esse~~ non sentiat qui per esse
per gloriam querebat. Nam quia ius
quesite potestatis non obtinuit,
quasi quandam superbie sue venie
dimi, sue insaniam insensibi-
litatis invenit. Et quia perfecta
transgredi cuncta non potuit, de
affectu se contra cuncta separavit.
Cuius adhuc superbia studiose de-
scribitur, cum protinus subinfertur:
h Omne sublime videt. Idest cunc-
tos velit infra se positos, quasi
de sublimi respiciat, quia dum per
intentionem contra auctorem mag-
estimare sibi quemlibet similem de-
dignatur. Et apte eius membris con-
gruit, quia omnes iniqui per tu-
morem cordis elati, cunctos quos
cernunt superbie fastu despiciunt,
et si quando extimus venerantur, intus
tamen in secreto cordis ubi apud
se sua estimatione magni sunt,
cunctorum sibi vitam meritumque
postponunt, eosque infra se esse
respiciunt, quia per elati cogitati-
one cordis in cuiusdam se altitu-
dinis arce posuerunt. Quibus bene
per prophetam dicitur: Ve qui sapientes
Ysa 5 estis in oculis vestris, et coram vobis
metipsis prudentes. Hinc per Paulum
dicitur: Nolite prudentes esse apud
Ro 12 vosmetipsos. Hinc ad Saulem divina
increpatione dicitur: Nonne cum par-
vulus esses in oculis tuis, consti-
tutum te caput in tribubus Israhel?
Parvulus quippe in oculis suis est
qui in eo quod semetipsum ~~exaltat~~
9 [illegible] imparem se aliorum meritis pensat.

Nam quasi grandem se conspicit
quisquis se super aliena merita elatione
cogitationis extendit. Saul autem
reprobus in bono quod ceperat non
permansit, quia suscepte potestatis fastu
intumuit. At contra David semper
de se humilia sentiens, eiusdem Saul
comparatione se postponens, postquam feriendi
locum repperit et pepercit, eidem semetip-
sum adversario humili se professione pro- 1 Reg 26
stravit dicens: Quem persequeris rex
Israel, quem persequeris? Canem mortu-
um et pulicem unum. Et certe iam unctus
in regem fuerat, iam exorante Sa-
muele et cornu olei super se fundente
didicerat, quod eum divina gratia Saule
reprobato ad regni gubernacula
possidenda servabat, et tamen persecu-
tori adversario se humili mente substerne-
bat, cum divino iudicio prelatum se
esse noverat. Illi itaque se humiliter post-
ponebat, cui per prelationis gratiam incom-
parabiliter noverat se meliorem esse.
Discant ergo quo humiliari proximis
debeant, qui adhuc quo loco apud
deum habeantur nesciunt, si sic se etiam
etiam illis humiliant quibus iam se
per divina iudicia antepositos non igno-
rant. Hoc autem proprium esse ~~proprium~~ electorum
solet, quod de se infra sentiunt quam
sunt. Hinc namque ab eodem David dicitur: D.
Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi
animam meam. Hinc Salomon ad sapientiam par-
vulos vocat dicens: Si quis est
parvulus veniat ad eam. Eum enim nequa-
quam semetipsum despicit, humilem dei
sapientiam non apprehendit. Hinc Veritas Mt 11
dicit: Confitebor tibi domine pater
celi et terre, quia abscondisti hec a sa-
pientibus ~~tuis~~ et prudentibus, et re-
velasti ea parvulis. Hinc rursum
psalmista ait: Custodiens parvulos
dominus. Hinc magister gentium dicit: Fac- 1 Thess 2
ti sumus parvuli in medio vestrum. Hinc dis-
cipulos admonens dicit: Superiores
sibi invicem arbitrantes. Nam quia
iniquus quisque inferiorem se omne
quem cognovit putat, e diverso
iustus studet ut superiorem quemlibet
proximum attendat. At ne divinae
alte alii humiliat, inter alt relocom

bene utrumque partem admonuit dicens Superiores sibi invicem arbitrantes ut in cogitationibus cordis et ego in illum proferam et vicissim me ille sibi, ut cum ab utraque parte cor ipsius premitur, nullius compensa honore sublevetur. Sed hanc humilitatis formam reprobi, quia leviathan istius membra sunt, vel cognoscere vel tenere contempnunt, quia etsi quando humiles se tenentes se ostendunt, humilitatis virtutem servare in transitu negligunt. Quibus sepe accidit, ut si quid unum quodlibet bonum vel minimum faciat a malis suis omnibus respectum mentis protinus avertit, atque hoc quod vel extremum bonum fecit tota intentione semper inspicit, et ex eo se quasi sanctos aspiciunt, obliti malorum omnium que commiserunt unius sibi boni tantummodo memores quod forte nec perfecte facere potuerint, sicut econtra evenire electis solet, ut cum multarum virtutum gratia polleant, unum eos vel tenuissimum vitium valde fatigans, perculset quatenus dum ex quadam parte sese infirmari considerat, de his virtutibus in quibus prevalent se minime extollat. Dum quod de infirmitate trepidat hoc quoque ubi fortes sunt humiles servat. Sepe ergo reprobi per hoc quod unum vel minimum suum bonum in mente conspiciunt, mala multa et gravia in quibus demersi sunt non cognoscunt. Et sepe electi per hoc quod ad tenuissimum malum suum infirmati trepidant, mira dispensatione agitur, ut magna bona ad que provecti sunt non amittant. Justi itaque et occulta examinis mensura disponit, ut et istos mala adiuvet, et illos bona gravet. Dum et isti ad profectum boni utuntur levibus malis, et illi ad augmentum mali abutuntur minimis bonis. Justi quippe inde profectus in bono percipiunt unde a malo temptantur. Illi autem inde ad maius malum deficiunt, unde de bono gloriantur. Sic itaque male bono utitur reprobus, et bene malo utitur probus, sicut sepe contingit ut alius ab salutifero inordinate sumpto peste

languoris incurrat, alius veneno serpentis in medicamine ordine confectionis adhibito languoris molestiam vincat. Ille igitur qui a bono salutifero uti recte noluit inde periculose moritur, unde alii salubriter vivunt. Iste autem qui veneno serpentis caute uti studuit inde salubriter vivit unde alii periculose moriuntur. Venenum ergo serpentis non ipsam nequitiam sed suggestionem nequitie dicimus, qua volentes sepe renitentesque temptamur. Quod tunc in medicamine vertitur cum mens virtutibus erecta conspectis contra se temptationibus humiliatur. Nunquam vero atque approbatione intima ex animis reprobi quelibet opera faciat in quibuslibet virtutibus emicescat humilitatis sensum penitus ignorant, quia nimirum huius leviathan membra sunt, de quo superna voce dicitur. Omne sublime videt, quia non solum per semetipsum sed per eorum quoque corda quos cepit quasi de sublimi [illegible] cunctos inferius despicit.

Sciendum vero est quod leviathan iste qui per corpoream bestiam designatur sublime videre describitur quia videlicet cordis superbia cum exterius usque ad corpus extenditur prius per oculos indicatur. Ipsi quippe per fastum tumoris inflati quasi ex sublimi respiciunt, et quo se deprimunt altius extollunt. Nisi enim superbia per oculos quasi per quasdam se fenestras ostenderet nequaquam psalmista dixisset: Populum humilem salvum facies et oculos superborum humiliabis. Nisi se superbia per oculos funderet Salomon quoque de iudee elatione non diceret: Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpebre eius in alta subrecte. Quia ergo per corporeum animal leviathan iste signatur, et superbia usque ad corpus prodiens apertis oculis propalatur antiquus hostis quasi de sublimi omnia videre describitur. Sed quia multa de ostendendo humani generis xij

in intimo prolata sunt, valde necesse
appetit ut in fine locutionis dumtaxat
verum aliquid manifestius exprimatur. Unde membra illius breviter
nobis designatione monstrat. Et
R Ipse est rex super omnes filios superbie.
Ut leviathan iste in cunctis
que superius dicta sunt caderet,
in sola se superbia prodit. Neque enim
potest vitiorum ramos arescere nisi
per hanc prius in radice computrescet. Scriptum namque est: Initium
omnis peccati superbia est. Per hanc non
ipse succubuit, per hanc se sequentem
hominem stravit. Eo etenim telo salutem
nostre immortalitatis impetit
quo vitam sue beatitudinis extinxit.
Sed idcirco dominus hanc finem sue
locutionis inseruit, ut cum post
omnia mala leviathan istius
superbiam diceret, quid esset malis
omnibus deterius indicaret. Omnium
etiam per hoc quod in imo ponitur
vitiorum radix esse monstratur. Sicut
enim radix inferius tegitur, sed
ab illa rami exterius panduntur,
ita se superbia interius celat,
sed illa protinus aperta vitia pullulant. Nulla quippe mala ad publicum
prodiret, nisi hec mentem
in occulto constringeret. Hec est superbia
que leviathan istius fuisse
sicut ollam facit. Unde et
humanas mentes in quodam
fervore in primis concutit, sed per
aperta opera qualiter conspissum animum
evertat ostendit. Intus namque
prius ebullit in elatione quod foris
postmodum spumat in opere. Sed
quia occasio de superbie disputatione
se prebuit, debemus hanc subtilius
sollicitiusque discutere atque
ad humanas mentes qualiter ille
veniat et quibus qualiter surripiat demonstrare. Alia quidem
vitia eas solummodo virtutes impetunt
quibus ipsa destruuntur, ut videlicet
ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem quam vitiorum radicem diximus, nequaquam unius

virtutis extinctione contenta contra cuncta
anime membra se exerit, et quasi
generalis ac pestifer morbus corpus
omne corrumpit, ut quicquid illa invalente agitur etiam si esse virtus
ostenditur, ut per hoc non deo sed soli
vane glorie serviatur. Quasi enim tyrannus quidam obsessam civitatem
intercepit, cum mentem superbia irrumpit,
et quo ditiorem quemque ceperit, eo in dominio
durior exsurgit. Quia quo amplius res virtutes sine humilitate
agit, eo latius ista dominatur. Quisquis
vero in se eius tyrannidem captiva
mente suscepit, hoc primum dampnum
patitur, quod clauso mentis oculo cordis
iudicii equitatem perdit. Nam cuncta
que ab aliis vel bene geruntur displicent, et sola ei que ipse vel prave
egerit placent. Semper aliena opera
despicit, semper miratur quod fecit,
quia quicquid egit egisse se singulariter credit, atque in eo quod exhibet
per glorie cupiditatem sibimetipsi favet per cogitationem, et cum se in cunctis
transcendere ceteros estimat, per lata cogitationum spatia secum deambulans
laudes suas tacitus clamat. Nonnunquam vero ad tantam elationem
mens ducitur, ut in eo quod tumet
etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed quanto facilius ruina sequitur,
tanto apud se quisque imprudentius
exaltatur. Hinc enim scriptum est: Ante
ruinam exaltabitur cor hominis. Hinc per danielem dicitur: In aula babylonis deambulabat rex dicens: Nonne
hec est babylon magna quam ego
edificavi in domum regni in robore
fortitudinis mee et in gloria decoris
mei. Sed hunc tumorem quam concite vindicte ira represserit, illico
adiunxit dicens: Cum adhuc esset sermo
in ore regis, vox de celo ruit:
Tibi dicitur nabuchodonosor rex:
regnum transiet a te, et ab hominibus
eicient te, et cum bestiis ferisque erit
habitatio tua, fenum quasi bos comedes, et septem tempora mutabuntur super
te. Ecce quia tumor mentis usque
ad aperta se verba protulit, patientia

Superbia

iudicans, perimus usque ad summam erumpit; tanto quoque homini districtius percussit, quanto eius superbia in immoderantia se erexit. Et quia enumerando bona despexit in quibus sibi placuit, enumerata mala in quibus feriretur audivit. Sciendum vero est quod ipsa haec de qua tractamus elatio alios ex rebus secularibus, alios vero ex spiritualibus possidet. Alter namque in thesauro, alter eloquio, alter infimis et terrenis rebus, alter vero summis celestibus quoque virtutibus; una tamen eademque ante oculos Dei elatio agitur, quamvis ad humana corda veniens in eorum obtutibus diverso amictu palliatur. Nam cum is qui de terrena prius gloria superbiebat, postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor eius elatio deseruit, sed ad eum veniens consueta ut agnosci nequeat vestem mutavit. Sciendum vero est quod aliter haec prepositos atque aliter subditos temptat. Prelato namque in cogitationibus suggerit quia plus vite merito supercetos excrevit, et si qua ab eo bene aliquando gesta sunt, haec importune eius animo obicit; et cum homini eius Deo singulariter placuisse insinuat, quo facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimonium potestatis tradite retributionem vocat, dicens: quia nisi omnipotens Deus te omnibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset. Eiusque mentem mox erigit, viles atque inutiles eos qui subiecti sunt ostendit, ita ut nullum iam quasi dignum respiciat cui estimetur loquatur. Unde et mox mentis tranquillitas in iram vertitur; quia cum cunctos despicit, dum sensum quoque omnium sine moderatione reprehendit, tanto in freniatius in iracundia se dilatat, quanto eos qui sibi commissi sunt esse sibimet indignos putat. Atque contra cum subiectorum cor superbia instigat, hoc summopere agere nititur, ut sua acta considerantes funditus negligant, et sequentes tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiant; qui dum in illo quod reprehendere debeant importune conspiciunt, in semetipsis quod corrigant numquam vident. Unde et tanto atrocius pereunt, quanto a se oculos avertunt, quia in itinere vite nunc offendentes corruunt, dum alibi intendunt. Equidem peccatores se asserunt, nec tamen tantum ut in regimine tam nove persone traderentur, ut dum eius facta despiciunt, dum precepta contempnunt, ad tanta usque insaniam devolvuntur, ut Deum res humanas curare non estiment, quia ei qui quasi iure reprehenditur, se commissos esse dolent. Sicque dum contra rectorem superbiunt, etiam contra iudicia conditoris intumescunt; et dum pastoris vitam diiudicant, ipsam quoque sapientiam omnia disponentem impugnant. Sepe autem rectoris sui [illegible] dictis proterve obviant, et eandem vocis superbiam libertatem vocant. Sic quippe elatio se quasi pro rectitudine libertatis obicit, sicut sepe se timor pro humilitate supponit. Nam sicut plerique reticent ex timore et tamen tacere se estimant ex humilitate, ita non nulli loquuntur per impatientiam elationis, et tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Aliqui autem subditi prava que sentiunt nequaquam prodiunt, et hii quorum loquacitatis vix compescitur, non numquam ex sola amaritudine in tantum rancoris obmutescunt, qui pro dolore mentis pertinacitatis sue verba subtrahentes, cum male loqui soleant, peius tacent; quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt, indignantes etiam responsionis verba suspendunt. Cum hiis quod aspere agitur, sepe ad querele voces de hac ipsa asperitate prosiliunt; cum vero eos magister suus blande preveniunt, de hac ipsa humilitate qua preventi sunt indignantur, et tanto eorum mens vastius accendit, quanto considerantius infirma iudicatur. Hii nimirum quia humilitatem que virtutum mater est nesciunt, usum sui laboris perdunt, etsi que bona sunt que operari videantur; quia surgentis fabrice robusta

celsitudo non figitur, que nequaquam
per fundamenti fortitudinem impetra
solidatur. Soli ergo ruine crescit
quod edificant, qui ante molem
fabrice humilitatis fundamenta non
perarant, quos bene ab intimis
prodimus, si paucis exterioribus
ondamus. Cunctis namque superba
aput se cogitacione tumentibus
est clamor in locucione, amari-
tudo in silencio, dissolucio in hy-
laritate, furor in tristicia, inhone-
stas in accione, honestas in yma-
gine, erectio in sensu, rancor
in visione. Horum igitur mens est
semper ad irrogandas contumelias
valida, ad tollerandas infirma,
ad obediendum pigra, ad lassessen-
dos vero alios importuna, ad ea
que facere et prevalet et debet
ignava, ad ea vero que facere nec
debet nec prevalet parata. Hec ideo
quod sponte non appetit nullis ex-
hortacionibus flectitur. Ad hoc non
quod latenter desiderat querit ut
cogatur quia dum metuit ex de-
siderio suo vilescere optat vim in
ipsa sua voluntate tollerare. Igitur
quia humanos animos aliter
temptari ex rebus carnalibus
atque aliter ex spiritualibus diximus
Isa xl audiant illi. Omnis caro fenum et
omnis gloria eius sicut flos feni.
Audiant isti quod quibusdam post
miracula dicit. Nescio vos unde
Luc 13 sitis. Discedite a me operarii in-
iquitatis. Audiant illi. Divicie
si affluant nolite cor apponere.
Mt 27 Audiant isti quia fatue virgines
vacuis vasis venientes ab in-
tus ianuis excluduntur. Rursum
quia aliter temptari prelatos, atque
aliter subditos perfati sumus. Au-
diant illi quod per quendam sapien-
Eccli 32 tem dicitur. Ducem te constituerunt
noli extolli, sed esto in illis quasi
unus ex illis. Audiant isti. Obe-
Hebr 13 dite prepositis vestris et subiacete eis
ipsi enim pervigilant quasi racionem
reddituri pro animabus vestris. Audi-
ant illi cum de accepta potestate
gloriantur hoc quod abrahe voce ar-
denti diviti dicitur. Memento fili Luc 16
quia recepisti bona in vita tua.
Audiant isti cum contra rectores su-
os in querelam prosiliunt, hoc quod mur-
murantibus per moysi et aaron vocibus Exo 16
redditur. Non contra nos est mur-
mur vestrum, sed contra dominum, nos enim
quid sumus. Audiant illi. Habebunt
aspectu eius patres orphanorum et
iudices viduarum. Audiant isti quod
contra contumaciam superborum dicitur. Qui Ro 8
potestati resistit, dei ordinacioni
resistit. Audiant simul omnes.
Deus superbis resistit, graciam autem Ia x
dat humilibus. Audiant omnes. Inmundus
est aput deum omnis qui exaltat
cor suum. Audiant omnes. Quid super- Mt 11
bit terra et cinis. Contra huius lang-
woris pestem audiamus cuncti quod
magistra virtutis docet dicens. Discite
a me quia mitis sum et humilis cor-
de. Ad hoc namque unigenitus dei filius
formam infirmitatis nostre suscepit. Ad
hoc invisibilis non solum visibilis
sed eciam despectus apparuit. Ad hoc
contumeliarum ludibria irrisionum
obprobria passionum tormenta tollerat,
ut superbum non esse hominem docet hu-
milis deus. Quanta ergo humilitatis
virtus est propter quam sola edocenda
is qui sine estimacione magnus est
usque ad passionem factus est parvus. f.
Quia enim originem perdicionis nostre
se prebuit superbia dyaboli instrumen-
tum, redempcionis nostre inventa est
humilitas dei. Hostis quippe noster
inter omnia conditus videri vo-
luit super omnia elatus. Redemptor
autem noster magnus manens super
omnia, inter omnia dignatus est fieri
parvus. Sed melius elatoris causa
detegimus, et fundamenta humilitatis
aperimus, si brevi commemoracione
perstringimus, quid mortis auctor,
quid vite conditor dicit. Ille namque Isa 14
quod ait: In celum ascendam. Iste autem
per prophetam dicit. Repleta est malis
anima mea et inferno appropinquabit.
Iste dicit. Super astra celi exalta-
bo solium meum. Ille humano generi
a paradisi sedibus expulso dicit

Zac 2 Ecce ego venio et habitabo in medio tui
Iste dicit Sedebo in monte testamenti
in lateribus aquilonis Iste dicit Ego
sum vermis et non homo opprobrium
hominum et abiectio plebis Ille dicit
Ascendam super altitudinem nubium
similis ero altissimo / Iste cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est
Phi 2 esse se equalem deo sed semetipsum
exinanivit formam servi accipiens
Et pro membris suis loquitur dicens Domine
Ex 5 quis similis tibi / ille pro membris suis
loquitur dicens Nescio dominum et israel
non dimittam / Iste per semetipsum dicit
Jo 8 Si dixero quia non novi eum ero
similis vobis mendax / sed novi
eum et sermonem eius servo / Ille dicit
Jo 5 Mea sunt flumina et ego feci ea /
Iste dicit non possum ego a me fa
cere quicquam Et rursum pater meus
in me manens ipse facit opera Ille
regna omnia ostendens dicit Tibi da
Mt 4 bo potestatem hanc universam et gloriam
illorum quia michi tradita sunt et
cui volo dabo [illegible] illa / Iste dicit
Mt 20 Calicem quidem meum bibetis
sedere autem ad dexteram vel ad sinis
tram meam non est meum dare
vobis sed quibus paratum est a patre
meo / Ille dicit Eritis sicut dii
Gen 3 scientes bonum et malum / Iste dicit
Act 1 Vestrum non est nosse tempora vel mo
menta que pater posuit in sua po
testate / Ille ut voluntas divina
possit despici et propria persuaderi
dicit Cur precepit vobis deus ut
Gen 3 non comederetis ex omni ligno para
disi Et paulo post Scit enim deus
quod in quocumque die comederitis ex
eo aperientur oculi vestri / Iste dicit Non
Jo 7 quero voluntatem meam sed volun
tatem eius qui misit me / Ille pro
membris suis loquitur dicens Nullum
Sap 1 pratum sit quod non pertranseat luxuria
nostra / coronemus nos rosis antequam
marcescant / ubique relinquamus signa
leticie nostre / Iste membris suis pronun
Jo 16 ciat dicens Plorabitis et flebitis
vos mundus autem gaudebit / Ille
nil aliud mentes sibi subditas
docet quam celsitudinis culmine appe
tere / cuncta equalia mentis tumore

transcendere / societatem omnium bonorum
alta elatione transire / ac sese contra
potentiam conditoris erigere / sicut
decens per psalmistam dicitur Transie
runt in dispositionem cordis cogi
taverunt et locuti sunt nequitiam
iniquitatem in excelso locuti sunt
Iste ad sputa ad alapas / ad cola
phos / ad spineam coronam / ad crucem
ad lanceam / atque ad mortem veniens
membra sua admonet dicens Si Jo 12
quis michi ministrat me sequatur
Cum igitur redemptor noster corda ay
regit humilium / et leviathan iste rex
dicitur superborum / aperte cognoscimus
quod evidentissimum reproborum signum
superbia est / At contra electorum humili Superbia
tas Cum ergo quam quisque habeat
cognoscitur sub quo rege militet
invenit Unumquemque enim quasi quedam humilitas
titulum portat operis quo facile
ostendat / sub cuius serviat potestate
rectoris Unde per evangelium dicitur Ex fructibus
eorum cognoscetis eos Sic ergo Mt 7
nos leviathan istius membra vel
mira faciendo fallent aperto signo
dum quo deprehendi valeant de
monstravit dicens Ipse est rex super
super omnes filios superbie Quamvis enim fic
tam speciem humilitatis assumunt
semetipsos tamen celare in omnibus
nequaquam possunt / quia eorum diu superbia
latere non sustinens / et cum ex alia
tegitur / [illegible] exal
tatione denudatur / Qui non sub rege
humilitatis militant semper pavidi
atque ex omni latere circumspecti ad
versus iacula elationis pugnant /
et quasi contra venientes ictus
solum magis in suo corpore oculi
custodiunt Dum in semetipsis prin
cipaliter humilitate tenentur. Explicit liber

Incipit liber xxxv:

Quia iste huius ultimus operis
liber est / et locis difficilio
ribus perscrutatis minus obscura sunt
que supersunt libri hunc indulgentius
remissiusque transcurre / Velud emenso
enim magno mari iam littus cer
nimus / et intentionis nostre vela
deponentes / non eodem quo prius

l. x impetu ducimur. Sed tamen adhuc ex impulsione pristini flatus nimis quasi anxietatis nostre ventus cecidit, sed tamen eius nos iam se ipsa tranquillior usque ad stacionem nos littoris impellit. Igitur patrem fidelis famulo dominus leviathan hostem eius quam sit fortis et callidus ostendit. Dum vires illius subtilitatesque fraudesque patefecit, beatus Job ad utraque respondit dicens: Scio quia omnia potes et nulla te latet cogitacio.

Capitulum xlii

Contra magnas quippe vires eius intulit: Scio quia omnia potes. Contra occultas vero machinaciones illius subiunxit: et nulla te latet cogitacio. Unde et mox eidem leviathan dicens:

explanat

Quis est iste qui celat consilium absque sciencia? Absque sciencia enim leviathan consilium celat, quia quamvis contra infirmitatem nostram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen nostri sciencia nobis inspiracione detegitur. Absque sciencia celat consilium quia licet temptator lateat, latere tamen non potest protectorem temptatorum. Igitur audita fortitudine et calliditate dyaboli. Audita etiam potencia creatoris nostri que et illum valenter reprimit et nos misericorditer tegit, quid se mali beatus Job ut que de semetipso sentiat nobis innotescat: Ideo insipienter locutus sum et que ultra modum excederent scientiam meam. Omnis humana sapiencia quantolibet acumine polleat divine sapiencie comparata insipiencia est. Omnia enim humana que iusta quam pulchra sunt dei iusticie et pulchritudini comparata, nec iusta nec pulchra nec omnino … sunt. Beatus itaque Job ea que dixerat sapienter dixisse se crederet si verba superioris sapiencie non audiret. In cuius comparacione stultum est omne idem quod sapit. Et qui sapienter quidem hominibus locutus fuerat divinas tamen sentencias audiens sapienciam cognoscit se non esse

sapientem. Hinc est quod abraham iam verba dominica michil se nisi pulverem vidit dicens: Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Ge. 18 Hinc est quod moyses omni egypciorum sapiencia instructus ex quo loquentem dominum audivit impedicioris et tardioris lingwe se esse deprehendit dicens: Obsecro domine non sum eloquens ab heri et nudius tercius ex quo locutus es ad servum tuum, impedicioris et tardioris lingwe sum. Exo. 4 Hinc est quod ysaias postquam dominum sedentem super solium excelsum et elevatum vidit, postquam seraphyn duabus alis faciem … velare pedes, et duabus volare conspexit, postquam id quod Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum alter ad alterum clamaret audivit, ad semetipsum rediens ait: Ve michi quia tacui quia vir pollutus sum labiis ego, et in medio populi polluta labia habentis ego habito. Mox quoque ipsam pollucionem unde cognovit subdens ait: Et regem dominum exercituum vidi oculis meis. 6 Hinc etiam Jeremias divina verba audiens verba se non habere cognovit dicens: a a a domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. Hinc ezechiel loquens de quatuor animalibus dicit: Cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum stabant et submittebant alas suas. Et quid namque per volatum animalium nisi ewangelistarum atque doctorum sublimitas designatur? Vel quid sunt ale animalium nisi sanctorum contemplaciones eos ad celestia sublevantes? Sed cum fit vox super firmamentum quod super caput eorum est, stantes submittunt alas suas, quia cum in tuam vocem superne sapiencie audiunt, quasi volatus sui alas deponunt, quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus se contemplari posse cognoscunt. Ad vocem ergo desuper venientem alas deponere et cognita

Sapiencia dei est excellentissima

supna potencia virtutes spiritales hu
miliare et consideratione creatoris
nichil dese aliud quam abiecta
sentire. Sancti itaque viri dum
diuinitatis sentencias audiunt quanto
magis contemplando proficiunt tanto
amplius despiciendo quod sunt
aut nichil aut prope nichil se esse
cognoscunt. Reddat ergo domus
sermonibus beatus iob et sapiens p
ficiens stultum se esse deprehendat
dicens. Insipienter locutus sum
et que ultra modum excederent
scienciam meam. Ecce tanto se am
plius redarguit quanto amplius
profecit et scienciam suam ultra
modum excessisse se credidit quia
in verbis dei plurima estimaue
rat secreta eius supra cognouit.
Sequitur. Audi et ego loquar. In
terrogabo te et responde michi. Audi
re nostrum est sono aliunde venienti
aurem alio positam commodare.
At contra deo cui nichil extra
est audire proprie est semetipso
surgencia desideria nostra percipere.
Ad deum ergo qui et tacencium
corda cognoscit loqui nostrum est
non vocalibus guttturis id quod
scimus proferre sed promptis ad illum
desideriis inhiare. Et quia ideo
quisque interrogat ut discere vale
at quod ignorat hominis deum
interrogare est in conspectu eius
nescientem se cognoscere. Respon
dere dei est enim qui se humiliter
nescientem agnoscit occultis inspi
racionibus erudire. Ait ergo beatus
Job. Audi et ego loquar. Acsi
diceret intercordiis desideria mea
percipe ut dum hec tua pietas
percipiens admittat ad te multi
plicata consurgant. Bona quippe
vota quociens effectum percipiunt
multiplicantur. Vnde alias scriptum est
Ego clamaui quia exaudisti me.
Non enim dixit quia clamaui
exaudisti me. Cum enim loquens
exauditus fuerit vocis proficienti
bus exauditus clamauit. In
terroga te et responde michi. Ac

||Bo||

si diceret. Nescientem me ex tue
sciencie contemplatione cognosco.
Interroganti vero responde i. stulticiam
propriam humiliter cognoscentem doce.
Quia enim interrogaret ipse ex de
siderio humilitatis et deum sibi re
spondere quereret ex magisterio aspi
racionis verbis sapientibus declaratur.
Interrogatum quippe se prohibuit sed
nichil interrogando subiungit. Nec
sola humilia dese senciens et que
intercordiis a domino percepit con
gnoscens subdit. Auditu auris
audiui te nunc autem oculus meus
videt te. Hijs nimirum verbis a
perte insinuat quia quanto visus
superior est auditu tanto differt
ab eo quod prius extitit et hoc
quod post modum per flagella profecit.
Et quia in tuo oculo veritatis lu
men magis conspexerat humanitatis
sue tenebras diiudicans plus
videbat. Vnde sequitur. Idcirco ipse
me reprehendo. Quanto enim
quisque se minus videt tanto sibi
minus displicet et quanto ma
ioris gracie lumen percipit tanto
amplius reprehensibilem se esse
cognoscit. Cum enim in tui secum
subleuatur per omne quod est adest
quam supra se conspicit regulam
congruere intitur. Et quia adhuc
humana infirmitas impedita cunctat
quia ei ex non minima parte dis
sentit. Totum ... oneroso " esse
est quod in tue regule conueni
ens non est. Quam regula beatus
iob post flagella amplius inspi
ciens proficiens inspicit et ab eius
ipso in magna sui redarguccione
dissentit dicens. Idcirco ipse me
reprehendo. Sed quia cognicio
nulla est reprehensionis si non se
quatur lamenta penitudinis recte post
reprehensionem subditur. Et ago penitenciam
in fauilla et cinere. In fauilla et
cinere penitenciam agere est contemplata
summa essencia nichil aliud quam
fauillam se cinerem que cognoscere.
Vnde et ciuitati reprobe in euangelio dominus dicit

Si in sydone et tyro facte fuissent
uirtutes que facte sunt in uobis
olim in cinere et cilicio penitentiam egissent.
Iurane pulueris ondit mortuorum,
in cilicio aut asperitas et punctio
peccatorum, et idcirco utrumque hoc
ad penitentiam adhiberi solet, ut in
punctione cilicii cognoscamus
quid per culpam fecimus, et in fa-
uilla cineris pendamus quid per
iudicium facti sumus. Considerentur ergo
in cilicio pungencia uicia, con-
siderentur in cinere per mortis senten-
ciam subsequens iusta uiciorum
pena. Quia enim post peccatum car-
nis contumelie surrexerunt,
uideat homo in asperitate cilicii
superbiendo quid fecit, uideat in
cinere usque peccando peruenit.
Potest quoque cilicio ipsa precor-
dacionem atque penitentiam dolorum
conpunctio designari. Nam hoc quod
& ei ait beatus iob, Ipse me reprehendo,
quodam cilicio pungitur dum tunc
te sua asperis redargucionibus
a eii stimulis confrigitur. Iurane aut
agit penitentiam, quia ex primo peccato
quid pristinum iudicium factus sit
plenius attendit, dicens: Ago pe-
nitenciam in fauilla et cinere.
Ac si aperte dicat: De illo auc-
toris mei dono superbio quo superbus
expulsus per illatam mortis sententiam
ad puluerem me redire cognosco.
Auditis ergo cunctis sermonibus Iob,
cognitis etiam responsionibus amicorum
libet ad intra iudicis sententiam
expectacionem mentis nostre conuertere
et quasi dicere: Ecce domine utrasque in con-
spectu tuo dissencientes partes audi-
uimus. Et iob quidem constan-
tiam uirtutis sue facta reuoluere,
amicos eius contra eum con-
gnouimus tue iusticie gloriam de-
fensare. Inter hec autem quid nostra
mens senciat agnoscis. Neque
enim possumus eorum uos dicta rep-
rehendere, quos defensionis tue
cognouimus desiderare. Sed ecce
assistunt partes expectantes sententiam.
Profer ergo ex inuisibili regula
subtilissimum tue discrecionis exa-
men, et quis in contencione ista rec-
tius sit locutus ostende. Sequitur: iij. 2
Postquam autem locutus est dominus uerba
hec ad Iob, dixit ad Eliphaz Thema-
nithen: Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos
[illegible] quia non estis locuti coram me
rectum sicut seruus meus Iob.
O domine iudicii tui sententia indi-
cat quatinus aliter tue rectitudinis
ueritatis nostra discordat. Ecce te iu-
dice beatum Iob uictorem cognouimus
quem nos ante periisse loquendo crede-
bamus. Te iudice addicti sunt
qui beatum Iob se uicta contendere per
te loquendo crediderunt. Quid ergo
ex diuina sententia quid despi-
cientes estimemus agnouimus. Sed
eiusdem sententie paulo subtilius
uerba pensemus. Cur non enim superius
beatus Iob reprehendit, si in comparacione
eius rectitudinis amici illius ne-
quaquam coram domino rectum
locuti memorantur? An ad hoc decco
illa sententia confirmatur qua an-
tiquo hosti dicitur: Vidisti seruum
meum Iob quod non sit ei similis
super terram? Sed quid est hoc quod
et laudatur hosti, et ipse ipso rep-
rehenditur, et tamen amicis loquentibus
ante fertur? Nisi quod sanctus uir cunc-
tos meritorum suorum uirtute transcendit,
sed eo ipso quod homo fuit, ante oculos
dei sine reprehensione esse non po-
tuit. In sancto quippe homine in hab-
itat in terris commorante diuini
examinis regula habet ad huc
quod iudicet, quamuis iam ex com-
paracione ceterorum hominum habeat quod
laudet. Beatus Iob igitur pro culpa
se credidit, et non per gratiam flagellari;
resecari in se estimabat uicia, non
autem merita augeri. Et in eo repre-
henditur quod in temptacione flagelli
aliter fuisset suspicatus. Et tamen
amicis resistentibus in tali iudicii
diffinicione prelatus est. Unde aperte
colligitur quante iusticie fuit in eo
quod contra amicorum uerba innocencia

sive operationis assumpsit, qui divino iudicio etiam ipsis eisdem divino iudicio defensoribus antefertur. In exordio autem libri huius agnovimus quod diabolo sathan Dominus dixit: Mitte manum tuam et tange eum, et inde si non in faciem benedixerit tibi. Ad quam petitionem beatus Iob dampnis, orbitate, vulneribus et verborum scandalis tangi permittitur, quia videlicet certus qui eum laudaverat exstitit, quod nequaquam mutata assertione dyaboli sanctus vir in maledictionis culpa labetur. Sicut ergo et superius diximus, quisquis beatum Iob in locutione sua estimat post flagella peccasse, apte iudicat divinam sua assertione victoriam perdidisse. Et quamvis Dominus ad dyabolum loquens bona illius presentia protulit, non autem eius perseverantiam spopondit. Sciendum tamen est quia nequaquam eius iustitiam permittendo temptari protulisset, si eum iustum in temptatione persistere non posse previdisset. Promisso itaque divinitus in eius temptatione dyabolus, quisquis eum in temptatione succubuisse estimat, ignorantiam permittentis accusat. Approbemus igitur in dictis suis veracem Iob, ne Deum in sua providentia nequiter accusemus. Eiusdem quoque ad humana iudicia in verbis suis amici eius multa illo rectius dixisse creduntur, sed vitiis aliam ex occulto regulam proferens ait: Non estis locuti coram me rectum sicut servus meus Iob. Coram me ait, in eius ubi sepe multorum iusta displicet quod etiam foris hominibus placet. Hinc cautenimus in laude iustorum coniugum dictum est:

Luc. I Erant iusti ambo ante Deum. Non enim secura laus est iustos inter homines apparere. Sepe enim humana sententia velut rectum magnum quempiam approbat, sed hunc omnipotens Deus quem quasi ex ore approbat ignorat. Hinc est quod psalmista vigilanter

exorat dicens: Dirige in conspectu tuo viam meam. Nimirum quia plerumque in conspectu hominum recta via creditur etiam que civitatis itinere depravatur. Et notandum quod non dicit Non estis locuti recti sicut Iob, sed sicut servus meus Iob, ut videlicet in expositione servitutis dum eum quasi sub quadam pene servitute commemorat, cuncta que in defensione sua dixerat, quia non contumaci superbia sed humili veritate dixit ostendat. Sed quia iustus et misericors est Deus, amicos eius per iustitiam districte redarguit et per misericordiam benigne convertit. Unde sequitur: Sumite vobis septem tauros et septem arietes et ite ad servum meum Iob et offerte holocaustum pro vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam ut non vobis imputetur stultitia. iiij S

Ecce iustus et misericors Deus nec culpam sine increpatione deserit nec reatum sine conversione dimittit. Quia enim iustus est medicus, plus putredinem vulneris innotuit et post remedia consequende salutis indicavit. Quia autem sepe iam diximus quod amici beati Iob hereticorum speciem tenent, qui dum Deum defendere nituntur, offendunt, qui in dictis suis veritati rebelles sunt, cum famulari se in falsa assertione suppli cant, quos Deus sepe illos corpori sancte ecclesie per cognitionem veritatis invisceravit, bene ipsa eorum conversio que sepe misericorditer agit, per hanc veniam quam amici beati Iob perceperunt designatur. Notandum vero magnopere est quod conversionis sue sacrificium Deo non per se, sed per Iob iubentur offerre. Nimirum heretici cum ab errore redeunt, quia erga se iram Dei suo per se oblato sacrificio nequaquam possunt placare, nisi ad katholicam ecclesiam quam beatus Iob significat conveniant, et salutem suam eius precibus obtineant. Omnis

fidem peruersis assertionibus impugnabant. Ait enim: Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non imputetur vobis stultitia. Ac si aperte hereticis dicat: Sacrificia vestra non suscipiam, petitionum vestrarum verba non audiam, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba deinde vera recognosco. Et vos quidem thauros atque arietes exhibendo sacrificia conversionis vestre deditis, sed tamen salutem vestram per catholicam ecclesiam quam diligo postulate. Ipsi enim volo dimittere id quod michi ipsa deliquistis, ut hec vitam inco-lumitatem obtineat, que ex vestro langwore laborabat. Sola quippe est per quam sacrificia dominus libenter accipiat, sola que pro errantibus fideliter intercedat. Unde etiam de agni hostia dominus precepit dicens:

Exo. 12 In una domo comedetur nec efferetis de carnibus eius foras. In una namque domo agnus comeditur, quia in una catholica ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus divina lex foras efferri prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua fructuose bonum opus peragitur. Unde et mercedem de-

Math. narii non nisi qui intra vineam laboraverunt acceperunt. Sola est que intra se positos valida caritatis compage custodit. Unde et aqua diluuii archam quidem ad sub-

Gen. limiora sustulit, omnes autem quos extra archam invenit extinxit. Sola est in qua superna misteria veraciter contemplentur. Unde et ad Moysen dominus dicit: Est locus apud me et stabis supra petram. Et paulo post: Tollam manum meam et videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locum dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur ut dei speciem contempletur, quia qui fidei soliditatem

tenuerit, divinam presentiam non agnoscat. De qua soliditate dominus dicit: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Quid est ergo hoc loco dicere ad Iob: Ite nisi petram ascendite? Quid est faciem eius pro vobis suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia, nisi id quod illic dicitur: Posteriora mea videbis, id est ea que postmodum facienda sunt misteria incarnationis intelligis? Heretici autem pro eo quod in petra stare contempnunt, consequenter domini posteriora non aspiciunt, quia extra ecclesiam positi incarnationis eius sicut sunt misteria non agnoscunt. Sicut autem superius diximus, per thauros ceruix superbie, per arietes vero ducatus exprimitur, quia ab hereticis persuasis plebibus quasi seductis gregibus agitur. De hereticis namque superbientibus dicitur: Qui infirmorum mentes male suadendo corrumpunt, concilium thaurorum inter vaccas populorum. Et quia sequentes se populos velut greges trahunt, arietes aliquando nominantur. Gregem scilicet arietes

ducunt. Unde per increpationem Ieremias Jer. 1

ait: Principes tui velut arietes. Cum igitur heretici ad sanctam ecclesiam redeunt, superbie elationem deserunt, et nequaquam iam quasi sequentes greges populorum tumeos aditum ducunt. Amici beati Iob offerre thauros et arietes iubentur. Thauros etenim et arietes in sacrificio offerre est superbum ducatum conversionis humilitate mactare, ut edomita cervice superbie discant obediendo sequi quam ducendo docendo precire conabantur. Recte quoque hec eorum superbia septem sacrificiis expiatur, quia heretici ad ecclesiam revertentes per humilitatis hostiam dona spiritus gratie septiformis accipiunt, qui ut elationis sue vetustate tabuerunt, novitate gratie

reformentur. Septenarius autem numerus C

apud sapientes huius seculi quadam sua ratione habetur perfectus, quia ex primo pari et ex primo impari consummatur. Primus enim impar ternarius

Eccle. Auctoritas

primus quippe par quaternarius est. Et quia duobus septenarius constat, qui eisdem partibus suis multiplicatus in duodenarium surgit. Nam sive tria per quatuor, sive quatuor per tria ducimus, ad duodenarium pervenimus. Et nos quia superno munere virtutis per doctrinam percepimus, hoc ... scientiae altitudine despiciendo calcamus, hoc procul dubio inconcussa fide retinentes, quia quos spiritus gratiae septiformis replevit, perfecte eis non solum trinitatis noticiam, sed etiam quatuor virtutum, id est prudentiae, temperantiae, fortitudinis atque iustitiae operationem prebet. Cum tamen quoque quos ingreditur suis quodammodo partibus auget. Dum trinitatis noticiam quatuor virtutum actio designat, et per actionem quatuor virtutum usque ad manifestam trinitatis speciem pervenitur. Et crescit nobis ergo septenarius, sed longe dissimiliter, quia plene et non inaniter in duodenarium surgit. Dum et per fidem operam et rursum per opera perficit fidem. Sancti quoque apostoli gratia septiformis spiritus implendi duodecim sunt electi. In quatuor namque mundi partibus trinitatem quae deus est in notitiam mittebantur. Duodecim ergo electi sunt, ut etiam ex ipso numero causa clarescet quod per quatuor infima terrae summa praedicaret. Sive itaque hac seu alia qualibet ratione in scriptura tamen sacra septenario numero aliquando summa requies eternitatis, aliquando universitas presentis huius temporis, aliquando sanctae ecclesiae universitas designatur. Septenario quippe numero perfectio eternitatis innuitur, cum dies septimus in requiem domini sanctificatus notatur, cum etiam vespera in eo esse non dicitur, quia intime beatitudinis requies nullo termino coartatur. Hinc est etiam quod data lege dies septimus feriatus esse praecipitur, ut eterna per illum requies designetur. Gen 2

Hinc est quod in annorum circulo septenarius numerus septies multiplicatus, monade addito, ad quinquagesimum ducitur, ut perpetuam beatitudinem signans iubilei sacratissima requies observetur. Exo 37 Hinc est quod resurgens dominus et frequenter apparens ultimo iam convivio cum septem discipulis comedisse describitur, Luc 24 quia hii qui in illo nunc perfecti sunt, etiam per illum refectione satiantur. Rursum per septenarium numerum hec universitas temporalis accipitur. Hinc est enim quod per septem dies hoc totum interim presentis tempus evolvitur. Hinc est quod in typo sanctae ecclesiae, quae omni hoc tempore mundum predicando circuit, archa domini tubis clangentibus muros Iericho hostium septem diebus circuiens confregit. Josue 6 Hinc propheta ait: Septies in die laudem dixi tibi. Qui ipse hunc versum pro toto atque universo sue devotionis tempore se dixisse significans ait: Semper laus eius in ore meo. Cum vero per septenarium numerum presentis vite universitas designatur, tunc magis ostenditur cum post etiam octonarius subinfertur. Septenario quoque cum ad hoc aliud sequitur, ex ipso eius augmento exprimitur quod finienda temporalitas eternitate concluditur. Hinc est enim quod Salomon admonet dicens: Da partes septem nec non et octo. Eccl 11 Per septenarium quippe numerum hoc quod septem diebus agitur presens tempus exprimitur; per octonarium vita perpetua designatur, quam sua nobis dominus resurrectione patefecit. Dominico scilicet die resurrexit, qui dum diem septimum sequitur, id est sabbatum, a conditione octavus invenitur. Bene autem dicitur: Da partes septem nec non et octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Ac si aperte dicitur: Sic dispensa temporalia, ut appetere non obliviscaris eterna. Oportet namque ut in posterum bene agendo provideas qui devotio

indicto quanta sit tribulatio igno
ras. Hinc est quod quindecim gradibus
templum ascenditur, ut ex ipsa
eius ascensione discatur quia per
septem et octo temporalis actio sollicite
dispensetur et proinde mansio eterna
requiratur. Hinc est etiam quod
dum monas in denarium surgit
centum quinquaginta psalmos
propheta cecinit, quia hunc septena
rium numerum temporalia octonarium
numerum eterna significantem. Super
Act. 2 C xx. fideles in cenaculo sedentes
spiritus sanctus effusus est. Per septem
quippe et octo quindecim compo
nitur et si ab uno usque ad quinde
cim paulatim numerando consurgi
mus usque ad centesimum et vice
simum numerum pervenimus. Quia sub
effusione sancti spiritus didicerunt
ut et temporalia tollerando transirent
et eterna inhyanter appeterent. Rursum
septenario numero sancte ecclesie uni
versitas signatur. Unde et Iohannes in
Is. Apok. septem ecclesiis scribit,
per eas quid aliud quam universalem
ecclesiam intelligi voluit, que ut
universalis ecclesia ut plena
septiformis gratie spiritu signaretur
4 Reg. 4 Helyseus super puerum mortuum sep
ties inspirasse dicitur. Super ex
tinctum quippe populum dominus veni
ens quasi septies inspirat, quia
ei dona septiformis gratie mi
sericorditer tribuit. Quia ergo sep
tenario numero sepe sancte ecclesie
universitas figuratur, veniat ad
beatum Job amici ~~error~~ illius
et iussum domini offerat holo
caustum. Sed vigilanter omnino
septenarii numeri archana custo
diant, ut videlicet hii qui extra
sunt positi prius se universitati
sancte ecclesie misceant, et tunc de
mum veniam deventi pristine
electionis exquirant, pro culpa
sua septem sacrificia offerunt
quia veniam sibi absolutionem
non accipiunt nisi gratie septi
formis spiritus universali pace agnati ex
asse fuerint aggregati. Dicitur ergo:
Sumite vobis septem thauros et
septem arietes ~~et septem arietes~~ et
ite ad servum meum Job et offerte ho
locaustum pro vobis, faciem eius sus
cipiam ut non vobis imputetur stultitia.
Ac si hereticis redemptoribus aperte dicatur:
universali vos ecclesie penitentie humi
litatem iungite, atque eam quam
per vosmetipsos digni non estis ve
niam eius amice precibus obtinete
qui tamen per hanc veraciter sapere
desistis foris apud me in vestre sapientie
stultitiam deletis. Sequitur: Neque enim V.
locuti estis coram me recta sicut V.
servus meus Job. Hec paulo superius
iam protulit et tamen hec eadem
iterando subiungit. Quid est hoc
nisi quod sententiam quam semel indi
cando dixerit iterum replica
do confirmat, atque ut manifes
tius beati Job iustitiam, amicorumque
eius iniustitiam demonstret, eiu
lans illorum quod reprehensio iterata
voce deprimitur ut replicata foris
appareant quam fixa intus ha
beant. Nam quod cum rex Egypti Ge. 41
metuenda venture famis tempora
sub boum spicarumque speciem gemi
na visione agnovisset voce sancti
in scripturis audimus. Quod in dispositi
ones ad eandem rem pertinens
sompnium firmitatis indicium est.
Quia ex re colligitur quia quod sepe
in eloquio divino repetitur robustius
confirmatur. Sed quia quid in derisu
decreverit audivimus, ad dicta quoque
quid faciant audiamus. Sequitur:
Abierunt ergo Elyfas Themani
tes et Baldad Suites et Sophar
Naamathites et fecerunt sicut
locutus fuerat ad eos dominus
et suscepit dominus faciem Job. Horum
interpretationem nominum idcirco reticemus
quia in exhordio huius libri de ea
nos latius disseruisse meminimus. 41
In tuendum vero est quod ita ante
sicut prelatus erat ordo accepte
venie custoditur, ut in sacrificiis

dominus non illorum sed beati Job faciem suscepisse refertur. Sed quia quisquis pro aliis intercedere nititur sibi potius ex ipsa caritate suffragatur, recte subiungitur: Dominus quoque conversus est ad penitentiam Job cum oraret pro amicis suis. Jam enim superius pro amicis suis exauditus ostenditur cum factum quod precepit dominus memoratur: fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dominus et suscepit dominus faciem Job. Sed cum protinus subiungitur: Dominus quoque conversus est ad penitentiam Job cum oraret pro amicis suis, aperte ostenditur quia etiam pro semetipso penitens tanto citius exaudiri meruit quanto devote pro aliis intercessit. Plus enim prece valere preces suas efficit qui has et aliis impendit. Libentius quippe sacrificium orationis accipitur quod in conspectu misericordis iudicis proximi dilectione conditur. Quod tunc veraciter quisque cumulat si hoc etiam pro adversariis impendat. Hinc est enim quod magistra veritas dicit: Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. Hinc rursum ait: Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quantum vero prece obtineat qui pro aliis intercessit illico demonstratur cum subditur: Addidit quoque dominus omnia quecumque fuerant Job duplicia. Cuncta que amiserat duplicia recepit quia per pietatem benigni iudicis temptationis sue dispendium vincunt suffragia consolationum. Quem enim temptat probando, quam remuneratio consolatur ut ex retributionis munito bene fuisse quod tolleraverunt agnoscat qui ex percussionis pondere grave se aliquid tollerare iudicabat. Hinc afflicte quoque iudee dicitur: Ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus magnis congregabo te. Aliquando vero iuxta afflictionis pondus disponitur mensura consolationis. Hinc alias scriptum est: Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tue letificaverunt animam meam. Iuxta enim mensuram consolationem se in qua afflictus fuerat indicat cum letificatum se secundum multitudinem dolorum clamat. Non autem immerito lector miratur si ipsum remunerationis ordinem contempletur. Excessum quippe correptio, correptionem pena, penam venia, veniam vero munera subsequuntur. Sed cum divine dispensationis permissione per eos etiam amicorum verbis afflictus est, divine pietatis muneribus consolatus etiam humana dum caritate refovetur, ut undique ei consolationis gaudia iuvarent que undique dolor tristicie adversa lacerabat. Hinc et subditur: Venerunt autem ad eum omnes fratres sui et universe sorores sue et cuncti qui noverant eum prius, et comederunt cum eo panem in domo eius, et moverunt super eum caput. Quid in comestione panis nisi caritatis, quid vero in motione capitis nisi admiratio designatur? Bene autem subditur: Et consolati sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum. Percussi enim merore consolari est, ei post percussionem de venia congaudere. Nam quanto quisque dum de restituta proximi salute hylarescit, tanto se indicat de ablata doluisse. Et dederunt ei quisque ovem unam et inaurem auream unam. Licet cuncta hec iuxta hystoriam veraciter dicta sint, in ipsis tamen oblatis muneribus cogimur ad allegorie misterium recurrere. Neque enim otiose debemus accipere quod ovem unam quod inaurem auream obtulerunt unam. Et si fortasse iuxta litteram non est mirum omnes oblatam esse unam, valde tamen mirum inauris oblata cur una. Quid vero aut ovis addit aut quid inauris ad honorem pertinet? Ex ipso ergo fine munerum compellimur ut priora quoque que superficietenus iuxta hystoriam solam contingendo transcurrimus in allegorie misteriis

in dragmis. Una igitur Christus et
ecclesia id est caput et corpus una
persona est. Sepe diximus beatum Job mo-
do capitis modo corporis figuram de-
signare. Quanta ergo historie ve-
ritate sub typo sancte ecclesie sentiamus
gestum quod scriptum est. Addidit
dominus omnia quecumque fuerant
Job duplicia. Sancta quippe ecclesia
et si multos nunc pressione temp-
tationis amittit, in fine tamen huius
seculi ea que sua sunt duplicia
recipit quando susceptis ad plenum
gentibus ad eius fidem cuncte
omnes que tunc inventa fuerint
etiam iudea consentit. Hinc namque
Ro. 11 scriptum est. Donec plenitudo gentium
introiret et sic omnis Israel salvus
fieret. Hinc in evangelio veritas dicit. Heli
Mt 17 as veniet et ipse restituet omnia.
Nunc enim amisit israelitas ecclesia
quos predicando convertere non va-
luit, sed tunc Helya predicante dum
quotquot invenerit colligit velut
plenius recipit quod amisit. Vel
certe sancte ecclesie in fine suo dupli-
cia recepisse est in singulis nobis et
de beatitudine anime et de carnis
incorruptione gaudere. Hinc est quod
Isa. 61 per prophetam de electis dicitur. In terra sua
duplicia possidebunt. Hinc est quod
Johannes apostolus de sanctis ante fi-
Apoc. 6 nem querentibus ait. Et date sunt
illis singulis stole albe et dictum
est illis ut requiescerent adhuc mo-
dicum tempus donec impleretur
numerus conservorum et fratrum eorum. Sicut
enim longe superius diximus, an-
te iudicium sancti singulas stolas acci-
piunt, quia sola anime beatitudine
perfruuntur. In fine autem mundi binas
habituri sunt, quia cum mentis
beatitudine etiam gloriam carnis
possidebunt. Sed ea que subne-
xa sunt in fine magis huius sancte
re conversione iudaici populi iuncta
re testantur. Nam subditur. Venerunt
autem ad eum omnes fratres sui et
universe sorores sue et cuncti qui
noverant eum prius et comederunt
cum eo panem in domo eius. Tunc

quippe fratres sui ac sorores ad Christum
veniunt, quando ex plebe iudaica
quotquot inventi fuerint convertuntur.
Ex illo enim populo carnem sumpsit.
Tunc ergo ad eum fratres et sorores
accedunt, quando ex ea plebe que
ei per cognationem iuncta est, vel qui
fortes futuri sunt velut fratres
vel infirmi ut sorores ad eum per
cognitionem fidei devota congratulatione
conveniunt. Tunc apud eum celeber-
rime festivitatis convivium exhibet
quando enim iam nequaquam est priorum
hominum contemptrix et propinquitatis
sue memores dominum illius se in-
herere congaudent. Tunc in domo eius
panem comedunt cum postposita
observatione superiacentis littere mysti-
ca mystico eloquio quasi frugis
medulla pascuntur. Bene autem sub-
iungitur. Cuncti qui noverant eum prius.
Prius quippe noverant quem in passione
sua quasi incognitum contempserunt.
Nam nativitatem incarnationis Christi nullus
qui plene legem didicerant ignorabant.
Unde et rex Herodes magorum occasione
perterritus sacerdotes ac principes stu- Mt 2
duit diligenter inquirere ubi Christum
nasciturum esse preciperet. Cum protinus
responderunt. In Bethleem Iude. Prius
ergo noverant quem passionis tempore
dominum despicientes ignorabant. Quorum
et notitia prior et ignorantia po-
sterior bene ac breviter ysaac calligan- Ge 27
te ostenditur qui dum Jacob benediceret
et quid ei eveniret in futuro previde-
bat, et quis ei presens assisteret nesci-
ebat. Sic enim israelitarum populus fuit
qui prophetie mysteria accepit sed tamen
cecos oculos in contemplatione tenuit
quia eum presentem non vidit, de quo
tanta multa in futuro previdit. Ante
se enim positum nequaquam cernere valuit
cuius adventus per longe in-
nunciavit, sed ecce in fine mundi
venit, et eum quem prius nove-
rant recognoscunt. Ecce in domo
eius panem comedunt, quia ipsi
etiam sacri eloquii fruge pascuntur
et omnem insensibilitatem prisci
temporis exeunt. Unde subditur.

vi 7 Commouerunt super eum caput. Quid
enim in capite nisi principale mentis
accipitur. sicut psalmista dicit. In
pinguasti in oleo caput meum. Ac
si aperte dicat. Arentem in suis cogita
cionibus suis mentem meam caritatis
vnctione rigasti. Caput ergo mouetur
cum pro fortitudine virtutis [struck out]
ab in sensibilitate sua mens quatitur.
Venient ergo fratres ad conuiuium
atque excusso torpore caput mouent.
id est qui redemptori nostro carne
coniuncti fuerunt. refectione quoque
sibi in fide percipiant. et insensibi
litatis pristine duriciam amittunt.
3 Vnde bene per abacuk dicitur. Pedes
eius steterunt et mota est terra. Sta
te enim domino terram procul dubio
mouetur. quia cum cordi nostro timo
ris sui vestigia imprimit. cuncta
in nobis cogitacionis terrena contremis
cit. Hoc itaque loco caput mouere est
in mobilitate mentis excitatum ad
agnicionem fidei credulitatis gressibus
appropinquare. Sed quia sancta etiam
hebreorum nunc visione releuatur
affiat et qui si aue vte subiungitur. Et consolati sunt eum.
super omni malo quod intulerat fr
enim dominus. Consolantur videlicet
Christum. consolantur etiam qui ab infi
delitatis pristine errore resipis
cunt et predicantem nunc per quam vita
docentibus repugnauerunt dese
runt. An non grauis meror est
duris cordibus infructuose predica
re laborem in ostendenda virtute si
ne. sed nullam de conuersione audi
encium fructum inuenire. At cum
magna predicatorum consolacio est
subsequens profectus auditorum. Reue
latio quippe dicentis est in mutuo
proficientis. Et nondum quod flagello
positum consolari voluerint. sed ad
consolandum eum post flagella
venerunt. quia nimirum passionis
tempore hebrei predicamenta fidei con
tempserunt. quem homines ex mor
te probauerunt. deum credere desp
erant. Vnde psalmista dominus dicit.
Sustinui qui simul contristaretur
et non fuit. consolantem me quesiui
et non inueni. Consolantem quippe
in passione minime inuenit. quia

ex despectu mortis etiam ipsos ho
stes pertulit per quibus ad mortem
venit. Post flagella vero fratres
qui ad consolandum venerunt. quia
in membris suis nunc usque dominus
patitur. sed extremo tempore israelite omnes
ad fidem cognita helie predicacione
concurrunt. atque ad eius protectionem
quem fugerant redeunt. et tunc
illud ex nimium multiplici aggregacione
populorum conuiuium celebratur. Tunc
post flagella quasi Job sanus con
ditur. qui ad conuersis atque credentibus
post passionem ac resurrectionem suam dominus
in celis in mortalis vnius per fidei
certitudine sentitur. Tunc quasi remune
ratus iob creditur. qui in maiestate
sue potencia sicut est dominus
creditur. et eius fidei subita hii
qui prius restiterant videntur. Insi
ne igitur mundi credentes hebrei
conueniant. et humani generis
redemptori in potencia diuinitatis
quasi sano Job oblacionem suam
vota persoluant. Vnde et bene subditur.
Et dederunt ei vnusquisque ouem
vnam et inaurem auream vnam.
Quid per ouem nisi innocencia
quid per inaurem nisi obediencia
designatur. Per ouem quippe simplex .3.
animus. per inaurem vero ornatus
humilitatis gracia auditus exprimitur.
Sed quia ad ostendendam virtutem Obediencia
obediencie occasio oportuna se pre
buit. libet hanc paulo vigilancius
solliciciusque discutere. et quanti sit
meriti demonstrare. Sola namque
virtus est que virtutes ceteras
menti inserit. insertasque custodit.
Vnde et primus homo preceptum quod
seruaret accepit. cui si vellet sub
de ad eternitatis beatitudinem sine obediens
labore perueniret. Hinc samuel
ait. Melior est obediencia quam victime. .1. Reg. 17
et auscultare magis quam offerre
adipem arietum. quia quasi peccatum
ariolandi est repugnare. et quasi
scelus ydolatrie nolle acquiescere.
Obediencia quippe victimis iure
preponitur. quia per victimas aliena
caro per obedienciam eius voluntas.

propria mactatur. Tanto igitur deum
quisque citius placat, quanto an-
te eius oculos repressa arbitrii sui
superbia gladio precepti se immolat.
Quo contra ariolandi peccatum in-
obediencia dicitur, ut quanta sit
virtus obediencie demonstretur.
Ex adverso ergo melius ostendit-
ur quid de eius laude senciatur. Si
enim quasi peccatum ariolandi est
repugnare et quasi scelus ydo-
latrie nolle acquiescere, sola est que
fidei meritum possidet, sine qua
quisque infidelis convincitur, etiam
si fidelis esse videatur. Hinc per
Salomonem in ostensione obediencie dicitur:
Pu. 21 Vir obediens loquitur victorias,
quia dum aliene voci humiliter sub-
dimur, nosmetipsos in corde su-
peramus. Hinc in ewangelio veritas dicit:
Jo 6 Eum qui venit ad me non eiciam
eum foras, quia de celo descendi
non ut faciam voluntatem meam, sed
voluntatem eius qui misit me.
Quid enim si suam faceret, eos qui
ad se veniunt repelleret? Quis autem
nesciat quod voluntas filii a patris
voluntate non discrepet? Sed quoniam
Ge 3 primus homo suam facere volun-
tatem voluit, a paradisi gaudio
exiuit; secundus ad redempcionem hominum
veniens, dum voluntatem patris
et non suam facere ostendit, nos in-
tus permanere docuit. Cum igitur
non suam sed voluntatem patris
facit, eos qui ad se veniunt
foras non eicit, quia dum suo
exemplo obediencie nos subicit,
viam nobis egressionis claudit.
Hinc rursum ait: Non possum
ego a meipso facere quidquam, sed sicut
audio iudico. Nobis quippe obe-
diencia usque ad mortem servanda
precipitur. Ipse autem sicut audit
iudicat, tunc quoque obedit cum
iudex venit. Ne igitur nobis us-
que ad presentis vite terminum obediencia
laboriosa appareat, redemptor
noster indicat quia hanc etiam cum
iudex venit servat. Quid ergo
mirum si peccator homo obediencie
in presentis vite brevitate subicit-

sci

quando hanc mediator dei et homi-
num et cum obedientes remunerat non
relinquit. Sciendum vero est quod numquam
per obedienciam malum fieri, aliquando
autem debet per obedienciam bonum quod
agitur intermitti. Neque enim mala in
paradiso arbor exstitit, quam deus
homini ne contingeret interdixit, sed
ut per meliorem obediencie meritum homo
bene conditus cresceret, dignum fuerat
ut hunc etiam a bono prohiberet,
quatenus tanto verius hoc quod ageret
virtus esset, quanto a bono cessans
auctori suo se subditum humilius ex-
hiberet. Sed notandum quod illic dicitur: Ge 2
Ex omni ligno paradisi comede, de
ligno autem sciencie boni et mali
ne tetigeritis. Qui enim ab uno quo-
libet bono subiectos vetat, necesse
est ut multa concedat, ne obedi-
entis mens funditus intereat,
si a bonis omnibus penitus repul-
sa ieiunat. Omnes autem paradisi arbo-
res ad esum dominus concessit,
cum ab una prohibuit, ut creaturam
suam quam nolebat extinguere, sed
provehere, tanto facilius ab una re-
stringeret, quanto ad cunctas licencius
relaxaret. Sed quia nonnumquam
nobis huius mundi prospera, non-
numquam vero iubentur adversa, sci- S. c. 1. Sciendum
endum summopere est quod obediencia
aliquando si de suo aliquid habeat nulla
est, aliquando autem si de suo non habeat
minima est. Nam cum huius mundi
successus precipitur, cum locus superior
imperatur, is qui ad percipienda hec obe-
dit, obediencie sibi virtutem evacu-
at, si ad hec etiam ex proprio deside-
rio anhelat. Neque enim se sub obe-
diencia dirigit, qui ad percipienda
huius vite prospera libidini proprie
ambicionis servit. Rursus cum mundi
despectus precipitur, cum probra adi-
pisci et contumelie iubentur, nisi hoc
ex semetipso animus appetat, obe-
diencie meritum minuit, quia ad ea
que in hac vita sunt despecta in-
vitus nolensque descendit. Ad de-
trimentum quippe obediencia ducitur, cum
mentem ad suscipienda probra huius

seculi negocia ex parte aliqua etiam
sua vota coniungit. Debet obedi- 9o
encia et in adversis ex suo aliquid
habere et rursum in prosperis ex suo omni-
modo aliquid non habere quatinus
et in adversis tanto sit gloriosior
quanto divino ordini etiam ex de-
siderio iungitur et in prosperis tanto sit
verior quanto a presenti ipsa quam
divinitus percipit gloria funditus
ex mente separatur. Sed huius virtutis
pondus melius ostendimus si cele-
stis patrie duorum hominum facta me-
Exo 3 moremus. Moyses namque cum in
deserto oves pasceret a domino per
angelum in igne loquentem vocatus
est ut eripiende omni israelitarum
multitudini preesset. Sed quia apud
se mente humilis extitit oblatam
sibi tanti regiminis gloriam protinus
expavit. Moxque ad infirmitatis
patrocinium recurrit dicens: Obsecro
domine non sum eloquens ab heri
et nudius tercius ex quo cepisti
loqui ad servum tuum tardioris et
impedicioris lingwe factus sum.
Et se postposito alium deposcit dicens
Mitte domine quem missurus
es. Ecce cum auctore lingwe
loquitur et ne tanti regiminis pote-
statem suscipiat elingwem se esse
gall 2 causatur. Paulus quoque divinitus
admonitus fuerat ut Iherusalem as-
cendere debuisset sicut ipse gala-
this dicit: Deinde post annos
quatuordecim iterum ascendi Iherusalem
assumpto Barnaba et Tyto. As-
cendi autem secundum revelacionem. Sed
qui tamen in itinere Agabum prophetam
repperisset quanta se in Iherosolimis
adversitas maneret audivit.
Scriptum quippe est quod idem Aga-
bus zonam Pauli suis pedibus
inserens dixit: Virum cuius hec
zona est sic alligabunt in Iherusalem.
A Paulo autem protinus respondetur: Ego
non solum alligari sed et mori in
Iherusalem paratus sum pro nomine Ihesu.
Neque enim preciosiorem facio animam
meam quam me. Precepto igitur
revelacionis Iherusalem pergens

adversa cognoscit et tamen hec libenter
appetit; audit que timeat sed ad
hec ardencius anhelat. Moyses
itaque ad prospera de suo nil habuit
quia precibus renititur ne israelitice
plebi preferatur. Paulus vero ad
adversa ex suo voto ducitur quia
malorum imminencium cognicione
percipit sed devocione spiritus etiam
ad acriora fervescit. Pemite ergo
utriusque ducum virtute instruimur
ut si obediencie palmam veraciter
apprehendere nitimur prosperis huius
seculi ex sola iussione, adversis
autem etiam ex devocione mili-
temus. Notandum vero est quod
hoc loco cum inaure omnis vel
iii oue in agnis offertur. Quia mi-
nimum innocentis mentibus orna-
mentum obediencie sic iungitur domino
attestante qui ait: Oves mee vo-
cem meam audiunt et ego cognosco Io 6
eas et sequuntur me. Beato igitur 9
Iob nemo inaurem sine oue,
nemo ovem sine inaure ob-
tulit quia profecto redemptori
nostro non obedit qui innocens
non est et innocens esse non potest
qui obedire contempnit. Quia
vero ipsa obediencia non servili
metu sed caritatis affectu serva-
nda est, non timore pene sed amore
iusticie, cuncti qui ad convivium
venerunt inaurem auream ob-
tulisse perhibentur ut scilicet tanta
que exhibetur obediencia caritas ful-
geat que virtutes omnes quasi auri
more cetera metalla transcendat.
Sed quasi nulla esse innocencia
nulla vera esse obediencia in multipli-
cibus hereticorum divisionibus potest.
Ad agnicionem fidei venientes of-
ferant ovem sed unam, offerant
inaurem sed unam, id est tales
veniant qui in unitate sancte
ecclesie innocenti obedientes que per-
sistant. Unum quippe dividi per
modos non potest quia et hoc ipsum
quod dicimus unum nimis non est.
Offerant igitur ovem sed unam.
id est ad sanctam eciam cum in

Ille potentis potestatis gloriam Deo volente iubente declinare; iste Deo aspera et dura disponente se studuit ad grauiora preparare.

notencia et obediencia venien-
tes eam mente deserunt quam
sectarum scismata non dividunt.
Aperire libet oculos fidei et illud
extremum sancte ecclesie de susceptio-
ne israelitici populi convivium
contemplari. Ad quod nimirum
convivium magnus ille veniens
helyas convivancium invitator ad-
hibetur. Et tunc pro magno tunc noti
ad eum cum muneribus veniunt
quem in flagello positum pau-
lo ante contempserunt. Appropinquante
enim die iudicii vel predicatorum
vocibus vel quibusdam erumpen-
tibus signis ipsa iam eis aliquo
advenientis domini maiestas elucet.
Cuius iram dum prevenire fes-
tinat, conversionis sue tempus
accelerat. Conversi autem cum mu-
neribus veniunt, quia cum que
paulo ante in passione derise-
runt, tunc pro virtutum opera
quasi munera offerendo vene-
runt. Illud procul dubio hac sua
oblacione contemplantes quod
et cunctis magna expectacionem
fecit, et adhuc credimus magna
experte faciendum. Adorabunt eum
filie tyri in muneribus, tunc namque
plenius illum filie tyri in mu-
neribus adorant, cum israelitarum
mentes quas nunc iudei desi-
deriis subdite ei quem supplic-
entes negaverunt quoque cognito
sue conversionis hostias apportant.
Et quamvis eisdem temporibus quibus
antichristus appropinquat aliquis vita
fidelium minoris esse virtutis appa-
reat, quamvis in conflictu illius
perditi hominis gravis eciam cor-
da fortium formido constringat,
helia tamen predicante roboran-
tur non solum fideles quique in sancte
ecclesie soliditate consistunt, sed
sicut supius diximus ad cogni-
cionem fidei multi quoque ex infide-
libus convertuntur ita ut israelitice
gentis reliquie que repulse
prius funditus erant ad sinum

matris ecclesie plena omnino devocione
concurrant. Unde et bene nunc
subditur. Dominus autem benedixit vij a
novissimis Job magis quam prin-
cipio eius. Hec historice facta credi-
mus, hec mystice facienda speramus.
Magis enim novissimis Job quam
principio eius benedicitur, quia
quantum ad israeliticum populum suscepcionem
pertinet, in gente fine presentis seculi
dolorem sancte ecclesie dominus mul-
tiplici collectione animarum consolatur.
Tanto quippe locupletius ditabi-
tur quanto et manifestius innotes-
cit, quod ad finem presentis vite temporali-
tas urget. Predicatores namque sancte
ecclesie benedictione extremi temporis
psalmista conspexerat dicturi cum di-
cebat adhuc multiplicabuntur in
senecta uberi, et bene pacientes
erunt ut annuncient. In senecta
scilicet uberi multiplicabuntur, cum corpo- cr
rum differtur semper ad melius
fortitudo producitur, eisque per aug-
menta temporum crescunt lucra meritorum.
Bene autem pacientes sunt ut annun-
cient, quia celestia predicantes, tan-
to robustius adversa tollerant, quan-
to et per tollerantiam sua animarum locupletius
comoda [illegible]. Sequitur. Et facta reportat
sunt ei quatuordecim milia ovium
et sex milia camelorum et mille
iuga boum, et mille asine, et fue-
runt ei septem filii et tres filie. B
Quod septem milia ovium quod tria
milia camelorum et quingenta iuga
boum et quingentas asinas
ante probacionem percussionis fuerint
ipsa eiusdem hystorie prefacio ostendit
que per flagella perdita ei nunc sunt
duplicia restituta. Filii autem
totidem sunt restituti quot amissi.
Septem quippe filios et tres
filias habuit. Septem autem fili-
os nunc ac tres filias recepisse
describitur, ut et hii qui extincti
fuerant vivere demonstret. Dum
enim dicit Addidit dominus quecumque
fuerant Job duplicia, et tamen totidem
ei filios restituit quot amisit

et filios duplex addidit cum decē
postmodum in carne restituit/ Decē
vero qui amissi fuerant ī occulta
animarum vita sunt/ Si quis
aut in predictis animalibus proposito
cuiusmodo hystorie uti intellectuale
videlicet animal pasci mysterio sen-
se desiderat/ necesse est ut que
sentimus agnoscat/ Intelligi enim
possunt quod in his animalibus aggrega-
ta universitas fidelium designet.
Hinc est namque quod psalmista de
filio patri dicit/ Omnia subiecisti
sub pedibus eius oves et boves
universas/ insuper et pecora campi/
Hinc est quod idem propheta statim etiam
simplices quosque inhabitare conspi-
ciens ait/ Animalia tua habitabunt
in ea/ Quid ergo ī ovibus nisi
innocentes/ quid ī camelis nisi
eos qui ceterorum mala transeunt
ex ubertatem tortuosa mole viciorum
Quid ī iugatis bobus nisi israeli-
tas legi subditos/ quid ī asinis
nisi simplices gentilium mentes
accipimus/ Nam quia innocentes
quique ovium nomine designentur
testatur propheta qui ait/ Nos autem
populus eius et oves pascue eius
Neque enim qui innocentiam servare
negligunt/ ille interne pascue re-
B fectione saciantur/ Cameli vero
nomine aliquando in sacro eloquio
dominus/ aliquando autem gentilium superbia
exprimitur quasi ex crescente desuper
tumore tortuosa/ Quia enim ad
suscipienda onera sponte se ca-
melus humiliat/ non immerito redemp-
toris nostri graciam designat qui ī
eo quod infirmitatis nostre onera
suscepit dignatus est a potestate
sue celsitudinis sponte descendere
Unde et in evangelio dicit Potestatem
Jo x habeo ponendi animam meam
et iterum sumendi eam/ Et nemo
tollit a me animam meam/ E
Mt 19 unde iterum dicit/ Facilius est came-
lum per foramen acus transire quam
divitem intrare in regnum celorum
Quid enim nomine divitis nisi

quelibet elatum/ quid appellatione
cameli nisi propriam condescensionem
designat Camelus enim per foramen
acus transit cum idem redemptor
noster usque ad susceptionem mortis
per angustias passionis intravit
Que passio velut acus extitit
quia dolore corpus perpungit/
Facilius igitur camelus per foramen
acus transit quam dives regnum
celorum ingreditur/ quia nisi prius
infirmitatis nostre onera suscipi-
ens passione sua formam no-
bis ostenderet/ nequaquam se ad humili-
tatem illius superba nostra rigiditas
inclinaret/ Rursum cameli
nomine tortuosa ac plena viciis
gentilitas designatur sicut per moy- Gn 24
sen dicitur/ Qui inclinata iam die
egressum ī agrum ysaac super came-
lum sedens rebecca conspexit ac
protinus de camelo descendit et
sese pallio iussione illius verecun-
data cooperuit/ quod ysaac autem
ī eo quod inclinata [illegible] iam die
in agro egressus fuerat designatur
nisi eum qui extremo tempore
mundi/ velut in fine diei ve-
niens/ quasi in agrum foras
exiit/ quia cum sit invisibilis in
hoc mundo visibilem se demon-
stravit/ Que in camelo sedens
rebecca respexit/ quia ecclesia
ex gentibus veniens dominum adhuc
viciis immixta esset/ et nec dum
spiritualibus sed animalibus motibus in-
hereret attendit sed protinus de ca-
melo descendit/ quia vicia qui-
bus prius fuerat superbe elata de-
seruit/ sese etiam pallio coo-
perire studuit/ quia viso domino
infirmitate sue actionis erru-
buit/ et illa que prius in camelo
libere gestabatur descendens primo
dum verecundia tegit/ Unde et
ecclesie a priori elatione conversa per apo-
stolicam vocem quasi rebecce de came-
lo descendenti sibique pallium super-
ducenti dicitur/ Que enim fructum Ro 6
habuistis tunc in illis in quibus nunc

erubescatis. In bobus ergo aliquando
luxuriosorum dementia, aliquando
laboriosa fortitudo predicantium,
aliquando humilitas exprimitur israhelitarum.
Quia enim bovis nomine per compara-
cionem luxuriosorum demencia signatur,
Prov. 8 Salomon indicat qui cum male
suadentis mulieris petulanciam
prosequi expressisset adiunxit: statim eam
sequitur quasi bos ductus ad
victimam. Rursumque bovis nomine
labor predicatoris exprimitur le-
Deut. 27 gis verba testantur: Non obturabis
os bovi trituranti. Ac si dicat: predicatorem
verbi dum ab stipen-
diorum suorum percepcione non prohi-
bebis. Rursumque bovis nomine
israhelitarum plebs figuratur propheta
asserente qui redempcionis adven-
tum annuncians dicit: Cognovit
Isa. 1 bos possessorem suum et asinus
presepe domini sui. Per bovem israhelitarum
populus iugo legis edomitus sig-
natur, asinus vero gentilis populus
in diversis voluptatibus deditus
et quasi brutus. Asinorum quoque vel
asinarum nomine aliquando luxurio-
sorum petulantia, aliquando mansue-
tudo simplicium, aliquando vero ut
prediximus stultitia gentilium
designatur. Quia enim luxurio-
sorum petulancia asinorum appel-
lacione per comparacionem exprimitur a-
perte declaratur cum per prophetam
dicitur: Quorum carnes sunt ut
Ez. 28 carnes asinorum. Rursum quia
asinorum nomine vita simplicium
signatur, redemptor noster cum in Ierusa-
lem pergeret asinam sedisse me-
moratur. Ierusalem quippe visio pa-
cis dicitur. Quid igitur significat
quod dominus sedendo asinam ducit
nisi quod per simplices mentes dum
presidendo possidet eas usque ad
visionem pacis sua sacra ses-
sione perducit. Rursum quoque asino-
rum nomine stultitia gentilium
designatur propheta testatur dicens:
Isa. 32 Beati qui seminatis super omnes
aquas immittentes pedem bo-
vis et asini. Super omnes quippe
aquas seminare est cunctis populis
fructuosa vite verba predicare.

Pedem vero bovis et asini immitte-
re est vias israhelitici ac gentilis populi
preceptorum celestium vinculis religare.
Iuste igitur virtute sancta sub beati Iob
nomine cunctis hiis animalibus non
immerito sancte ecclesie populos de-
signari credimus, quatinus eam que
scripta sunt sancti patris dispen-
sacione cuncta mirabiliter ordina-
te et transacta nobis referrent
et futura predicarent. Agnoscimus
ergo in ovibus fideles et innocen-
tes ex iudea populos legis pascuis
dudum saginatos. Agnoscimus in
camelis simplices ad fidem ex
gentilitate venientes qui prius
sub ritu sacrilego quasi quadam
deformitate membrorum valde tur-
pes ostensi sunt videlicet feditate
viciorum. Et quia sepe ut prediximus
sacra eloquia curant repetere
quod affirmant, possunt rursum
in bobus israhelite accipi qui iugo
legis attriti, in asinis vero ut
dictum est gentiles populi designari
qui dum se colendis lapidibus
inclinabat non reluctanti mente
quasi dorso subposito stulte qui-
buslibet ydolis bruto sensu succum-
bebant. Sancta ergo ecclesia que in
exordiis suis in multis temptacionibus
pressa vel israheliticum populum vel multos
ex gentilibus amisit, modo quos
lucrari non potuit duplicia in fine
recipiet, quia in ea numerus fidelium
ex utraque nacione multiplicior
excrescit. Possunt eciam per boves
boves predicatores intelligi. Un-
de eos dominus ad annuncian-
dum mittit teste evangelio binos
misisse describitur, ut quia vel duo
sunt precepta caritatis vel binarius so-
cietatis minus quam inter duos non
potest. Predicatores sancti ex ipsa
qualitate sue missionis agno-
scerent quatinus concordiam societatis
amarent. Possunt sicut prediximus
per asinas mentes simplicium
designari. Sancta vero ecclesia
duplices boves atque asinas re- Luc. x

capiet quia predicatores sancti
qui prius formidine territi in
die temptationis tacuerant, et
inventos simplicium que victe-
tionibus virtutem illius confiteri
formidabant, tanto robustius
tunc in confessione veritatis
voces suas exerunt, quanto
debilius ante timuerunt. Hec
in significatione ecclesie breviter
diximus que quomodo eiusdem
ecclesie capiti serviant, in exordio
huius operis latius nos dixisse
meminimus. Cum ergo de his
sibi plenius satisfieri nititur
secundum huius operis libro legere
dignetur. Iam vero si queris
ut etiam de ipso animalium numero
disseramus, cur mille iuga
boum, vel mille asine, et
septem milia camelorum et xiiii.
milia ovium inveniuntur, breviter
dici possumus quod apud se-
cularem quidem scientiam mille-
narius numerus idcirco perfectus
habetur quia denarii numeri
quadratum solidumque reddit.
Decem quippe decies ducta
fiunt centum. Que iam figura
quadrata sed plana est, ut autem in
altitudinem surgat et solida
fiat, rursum centum decies
multiplicantur et mille fiunt. Sena-
rius autem numerus idcirco perfectus
est quia primus in numeris completur
partibus suis, id est sexta sui parte et tertia
et dimidia que sunt unum et duo
et tria que in summa ducta sex
fiunt, nec alius ante senarium
numerus reperitur qui suis partibus
dum dividitur, totam eius summam
compleat. Sed quia cuncta hec per
sacre scripture celsitudinem perficien-
do transcendimus, ibi senarius
numerus, ibi septenarius numerus, ibi
denarius, ibi millenarius vero
sit perfectus invenimus. Senarius
quippe numerus in scriptura sacra perfectus
est, quia in origine mundi dominus ea
que primo die cepit sexto die o-
pera complevit. Septenarius in
ea perfectus est, quia omne opus

bonum per spiritum septem virtutibus agi-
tur et fides simul et opera consumitur.
Denarius numerus in ea perfectus est quia
lex in decem preceptis concluditur, omnis
quoque culpa non amplius quam per decem
verba cohibetur. Atque enarrante veri-
tate operatores vinee denario remune- Mt. 22.
rantur. In denario quippe tria iunguntur
ad septem. Homo autem qui ex anima
constat et corpore in septem qualita-
tibus continetur, tribus spiritualiter et
quatuor corporaliter iungitur. In dilectione
etenim dei tribus qualitatibus spiritualiter
excitetur cum ei per legem dicitur: Diliges
dominum deum tuum ex tota mente tua
et ex tota anima tua et ex tota
virtute tua. Corporaliter vero quatuor
qualitatibus continetur quia videlicet
ex materia calida et frigida, humida
et sicca componitur. Homo autem qui ex
septem qualitatibus constat denario
remunerari dicitur, quia in illa percep-
tione superne patrie septem nostra
ad tria iunguntur etiam, ut homo con-
templationem trinitatis accipiat et de
remuneratione operis quasi quodam
denario consummatus vivat. Hec etiam
quod septem virtutes sunt quibus
in hac vita laboramus, dum quod eis in
remuneratione contemplatio trinita-
tis redditur, vita laborantium dena-
rio remuneretur. Sed perfectus quisque
geam in hac vita denarium accipit
dum eisdem septem virtutibus
spem fidem caritatem quoque iungit. Mil-
lenarius quoque numerus in sacro elo-
quio perfectus accipitur quia appellatione
eius universitas designatur. Unde
scriptum est: Verbi quod mandavit
in mille generationes. Cum enim ne-
quaquam credendum sit quod ad certum
generationes numerus extendatur,
quid aliud mille generationibus
nisi universitas generationum signatur.
Beatus igitur Job xiiii. milia ovium
recepit. Quia enim nostra ecclesia
virtutum perfectio ad utrumque sexum
ducitur, septenarius in ea numerus
duplicatur. Et sex milia camelorum
quia plenitudine operis illa acci- plenitudine
piunt qui ab illa dudum victorum

feditate plenius / Mille quoque iuga boum et mille asinas recepit, quia israelitas ac gentiles doctos ac simplices post temptacionum casum in culmine perfectionis assumpsit / Septem quoque filios et tres filias recepit, quia eorum mentibus quos septem virtutibus generat ad perfectionis summam spem fidem caritatemque coniungit / ut tanto verius prole sua gaudeat, quanto sine fidelibus nichil virtutis deesse perpendit. Sed quia hec succincte transcurrimus, nunc ipsis quoque tanda grandis filiarum vocabulis intendamus. Sequitur. Et vocavit nomen unius diem et secunde nomen cassiam, et nomen tertie cornus tibie. Hec nomina pro qualitatibus sumpta sunt apte carent interpretes non esse sicut in arabico sermone inventa sunt ponere, sed in latinum eloquium ipsa apertius demonstrare / Quis enim nesciat diem et cassiam latina esse vocabula. At vero in cornus tibie quamvis non cornus sed cornu dicatur / non cantantium fistula tybium / sed tibia vocatur / in latina tamen lingwa sermonis genere minime custodito recitando prodere maluit / atque in eius lingwe de qua transferebat proprietate durare. Vel quia per cornum et tybium unum tibium ex utroque composuit / utrumque tibium per unam orationis partem in latina lingwa transfusum / quo voluit genere licite vocavit / Quid est ergo quod prima filia Iob dies dicitur / secunda cassia / tertia vero cornus tibie vocata memoratur. Nisi quia universum genus hominum / quod benignitate conditoris atque una eiusdem redemptoris eligitur. istis nominibus designatur. Homo enim quasi dies ex conditione claruit / quia hunc suus auctor in genite innocencie splendore respersit / Sed sponte sua ad peccati tenebras lapsus, quia veritatis lucem deseruit / quasi in nocte erroris se abscondit / qui ut alias dicitur

secutus umbram sed quia auctori nostro non defuit largitas bonitatis sue / etiam contra tenebras iniquitatis eum quem prius potenter ad iusticiam condidit / potencius redimendo postmodum ab errore revocavit / Qui quia post casum similia condicionis sue pristina firmitatis defuit / eum contra bella intima repugnantis corruptionis multiplicibus donorum suorum virtutibus fulcivit / Que nimirum virtutes proficiencium et noticia ceterorum hominum quasi suavitate fragrant odoris 2 cor 2
Hinc est enim quod paulus dicit christi bonus odor sumus deo Hinc est etiam quod sancta ecclesia in electis suis quendam fragrancia suavitatis odorata in cantico canticorum loquitur dicens. Donec rex in recubitu suo est nardus mea dedit odorem suum. Ac si apte dicat / Quo usque in celis obtutibus rex a populo se in requie celestis secreti abscondit / electorum vita miris odoribus virtutum exercetur / ut quo adhuc eum quem appetit non videt / ardencius per desiderium fraglet / Rege quippe in recubitu suo posito nardus odorem dat / dum quiescente in sua beatitudine domino sanctorum virtus in ecclesia magne nobis gratiam suavitatis administrat / Quia ergo et conditum luce innocencie claruit / et redemptum genus humanum ex actio bonorum operum odore suavitatis aspersit / Et prima filia vere dies dicitur et secunda non incongrue cassia nominatur / Bene autem cassia dicitur / que in tanto sublimius vite odore dilatatur / Impia quippe sua origine in qua iustus homo conditus est tantum quantum nunc opus est virtutibus non indigebat. quia si stare sicut erat conditus vellet / hostem extra positum sine difficultate vincere potuisset / Postquam vero peccati sui homine semel ad interiora ad intima irrupit laboriosius iam

vt

victor exstitit qui ad hoc in pugnam nos sine labore repellit. Multa namque nunc adhibenda sunt que in paradiso necessaria non fuerant. Nunc quippe opus est virtute patientie, laboriosa eruditione doctrine, castigatione corporis, assiduitate precum, confessione delictorum, inundatione lacrimarum. Que profecto omnia conditus homo non eguit, quia salutis bonum ex ipsa sua conditione percepit. Ergo appellanti medico amarum potum porrigit, ut ad salutis statum morbo sublato revocet. Sano autem nequaquam precipit quid accipiat ut convalescat. Nunc ergo maioribus studiis utimur, quam salutem nequaquam servavimus habitam, sed reparare curamus amissam. Et quia omnes hi admisse nunc reparationis magnis intra sanctam ecclesiam opinionibus pollent, nomen secunde filie velut cassia unito redolet. Ut quia prima filia quasi dies exstitit per dignitatem conditionis, secunda cassia sit per fragrantiam fortitudinis ex gratia redemptoris. Unde et eidem redemptori venienti per prophetam dicitur: Myrrha et gutta et cassia a vestimentis tuis a gradibus eburneis ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo. Quid enim myrre et gutte et cassie nomine nisi virtutum suavitas designatur? Quid eburneis gradibus nisi magna mentis fortitudine proficientium ascensus exprimitur? Redemptor ergo noster veniens myrrha et gutta et cassia in vestimento utitur, quia ex electis suis quibus se misericorditer induit mire virtutis fragrantiam aspirat. In quibus idem odor a gradibus eburneis dicitur, quia talis virtutum opinio non ex ostensione simulationis sed ex veri ac solidi operis ascensu generatur. Bene autem subditur: Ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo. Sancte namque anime ab antiquis patribus ad cognitionem veritatis edite

[Left margin: Sed ex quibus caveat ne laudes querere sint]
[Left margin: 2 Cor 2]

redemptorem suum in honore eius delectant, quia ex eo quod bene agunt sibi laudis nihil vendicant. Tertia vero tertio ordine filia humani generis etiam cum in fine renovatum in illo contentu eterne laudis assumitur, tertia filia cornu stibii vocatur. Per cornu enim stibii vase cantus letitiam exprimitur. Ibi enim veraciter adimpletur quod modo per prophetam dicitur: Cantate Domino canticum novum. Ibi veraciter adimpletur ubi canticum laudis Dei non iam ex fide sed ex specie contemplata cantabitur. Ibi a nobis conditor noster laudum suarum voces cantus recipit, qui humanum genus et condendo diem et redimendo cassiam et assumendo cornu stibii fecit. Tunc enim lux fuimus conditi et nunc sumus cassia redempti, erimus quoque cornu stibii in exultatione eterne laudis assumpti. Sed pro his ad interna thalami sponsa perveniat, omnem a se ante feditatem respuit, et sponsi amori se preparans sese per species virtutum comit. Studet quippe interni arbitri iudicio placere et internis desideriis sublevata fedos mores conversationis humane contemnere. Unde bene de eisdem filiabus Job dicitur: Non sunt inventae mulieres speciose sicut filie Job in universa terra. Electorum quippe anime omne humanum genus quod in terra secundum hominem conversatur sue pulchritudinis decore transcendunt, quanto quoque se affligendo exterius despiciunt, tanto interius verius componunt. Hinc est enim quod sancte ecclesie que electorum pulchritudine decoratur psalmista dicit: Concupivit rex speciem tuam. De qua paulo post subditur: Omnis gloria eius filie regis ab intus. Nam si foris gloriam quereret, in ea speciem quam rex concupisceret non haberet. In qua quidem quamvis multa decore virtutum fulgeant, atque ipsa

[Right margin: Tuse]

uiuendi perfectione ceterorum multa ex
cedunt, non nulli tamen quia
ad aliorum consequenda non suffici
unt infirmitatis conscii pietatis
eius gremio continentur. Cum in
quantum preualent mala aliorum
bona non impleant, quos tamen
benignus dominus suscipit, eosque
apud se quomodo digne retribuen
dus admittit. Unde et subditur:
Deditque eis pater suus here
ditatem inter fratres earum. Ipse igitur
ex perfectorum numero speciose memo
rantur, ipse etiam quasi ex imperfec
torum tipo uelud infirme inter
fratres hereditatem accipiunt. Usus
namque antique ueteris non habebat
ut hereditate femine inter masculos
sortirentur, quia legis seueritas
fortia eligens infirma contemp
nens, districta pocius studuit
nullus infirmitatis sue
conscius de sortienda celestis
primonii hereditatem desperet.
Pater enim noster inter masculos
et feminas iura successionis
habuit, quia inter fortes ac per
fectos infirmos et humiles ad sor
tem eterne hereditatis admittit.
Unde ipsa ueritas in ewangelio dicit: In do
mo patris mei mansiones multe st
sunt, quia in illa beatitudinis uita
non dispari, unusquisque uero
dispar meritum locum dispare
percipit. Sed eiusdem disparilita
tis dampna non sentit, quia
tantum sibi quantum percepit suf
ficit. Sorores ergo cum fratribus
ad hereditatem ueniunt, quia nimirum
illic cum fortibus infirmi ad
mittuntur, quibus si quis primum perfec
tionum non erit summus, ad hereditatis
tamen sortem per humilitatem non
sit extraneus. Quas bene man
siones paulus in preceptis uite dis
tinctas insinuat cum dicit: A
lia claritas solis et alia claritas
lune et alia claritas stellarum. Stel
la enim ab stella differt in claritate.
Sequitur: Vixit autem Job post hec
centum xl annis et uidit filios
suos et filios filiorum suorum usque

ad quartam generationem et mortuus est
senex et plenus dierum. In scriptu
ra sacra non facile plenus dierum
ponitur, nisi is qui per eandem scriptu
ram laudatur. Vacuus quippe di
erum est qui quamlibet multum
uixerit etatis sue tempora in uanitate
consumit. At contra plenus dicitur
dierum, cui nequaquam dies sui per
eundo transeunt, sed ex cottidiana
mercede sui operis apud iustum
iudicem, et postquam transacti fue
rint reseruantur. Sed quia sunt qui
hec etiam in typo sancte ecclesie
interpretari desiderant, quorum uotis
tanto magis obediendum est quanto
et eorum spiritalis intelligentie
cognoscendum. Si quatuor decim
per denarium ducimus ad centesimum
quadragesimum numerum peruenimus.
Et recte uita sancte ecclesie per mul
tiplicata decem et quatuor com
putatur, quia utrumque testamen
tum custodiens et tam secundum
legis decalogum quam secundum
quatuor ewangelii libros uiuens
usque ad perfectionis culmen exten
ditur. Unde et paulus apostolus quam
uis epistolas quatuordecim scripserit
sancta tamen ecclesia non amplius
quam xiiii tenet ut ex ipso epi
stolarum numero ostenderet quod doctor
egregius legis et ewangelii
secreta rimasset. Bene autem
beatus Job post flagella uiuere
dicitur, quia et sancta ecclesia per
ius discipline flagello percutitur
et postmodum uite perfectione ro
boratur, que etiam filios suos et
filios filiorum suorum usque ad quartam
generationem conspicit, quia hac eta
te que annis quatuor temporibus
uoluitur usque ad finem mundi per
ora predicantium nascentes sibi
cottidie soboles contemplatur.
Nec abhorret a uero quod
per generationes diuina tempora describ
i. Quia enim unaqueque successio
nisi quedam propago est generationis

Marginal notes:
Velut [illegible] incepta appetant
qui beneg[illegible] saluare Sed pro nostro redemptore ueniente
Jo 14
Apud patrem quia mansiones multe
1 cor 15

Byse Et pincerna regis egypti cum in-
disset sompnium quod tres propagines
diceret ioseph peritus in solucione
sompniorum tres propagines tres di-
es denunciauit signari. Si ergo
per tres propagines spacium trium die-
